


Towarzystwo Naukowe
w Toruniu.

Societas Literaria Torunensis.

FONTES
XVI–XIX.
1912–1915.

TORUNI.
TYPIS S. BUSZCZYŃSKI.

AD HISTORIAM ECCLESIASTICAM

POMERANIAE

APPARATUS PAUPER

SUBSIDIA LITERARIA POSCENS

A VIRIS BONIS ET DOCTIS

COLLECTUS AD INTERIM A

GEORGIO SCHWENGEL

CARTUSIAE PRIORE

1749.

CURAVIT

BRUNO CZAPLA

S. THEOL. DOCTOR, PAROCHUS SUBKOVIENSIS.

TORUNI

TYPIS S. BUSZCZYŃSKI

1912—1915.

Lectori S.

Georgius Valentinus Schwengel natus est 5. Februarii 1697 in civitate Mehlsack, dioecesis Varmiensis. Duos dies nato officialis Gedanensis Ioannes Georgius Kunigk baptismi sacramentum contulit [1]). Pueri pater Simon Schwengel proconsulis Mehlsacensis munere fungebatur; matre eius Anna Barbara praematura morte abrepta 28. Maio 1699, noverca eius Catharina Elisabeth de familia Dromler infantem fovendum educandumque suscepit. Talis caritatis officii perquam memor Schwengelius grato animo in testamento suo novercae mentionem facit eique 300 florenos legat „in recognitionem permagnae benevolentiae, quam ipsa ultra obligationem suam per educationis meae annos mihi ostendit" [2]). Postea decimum tertium aetatis annum agens receptus est 14. Iulii 1709 in urbe Rössel in gymnasium Iesuitarum [3]). Inde triennio grammatico peracto deindeque poetica imbutus Brunsbergiam se contulit mense Februario 1712, ut in Iesuitarum collegio philosophiae iurisque canonici litteris totum se traderet [4]). Cum natum se esse arbitraretur ad religiosum statum eligendum, annos 18 natus, die 31. Octobris 1715 Carthusianorum religionem sibi eligens in monasterium, Paradisus B. M. V. dictum, Carthusiae prope Gedanum ingeressus est [5]). Die 8. Decembris

---

[1]) cfr. p. 96 sq.

[2]) p. VII.

[3]) Lühr, Die Schüler des Rösseler Gymnasium: Zeitschrift für die Gesch. u. Altertumskunde Ermlands. Bd. XV Braunsberg 1905. p. 701.

[4]) Hipler, Bibliotheca Varmiensis oder Literaturgesch. des Bistums Ermland: Monum. hist. Varmien. Bd. IV. III Abt. Bd. 1. Braunsberg 1872. p. 175.

[5]) cfr. Schwengelii Connotatio rerum gestarum in hac domo Paradisi B. M. V. ord. Cartus. (liber msc. asservatus Gedani in biblioteca urbis) p. 22.

mane hora 7 pro novitiando investitus est[1]. Toto novitiatus tempore in dies maiore religionis studio atque amore implebatur magis magisque sibi persuadebat se re vera a Deo ad statum religiosum esse vocatum, itaque novitiatus anno peracto a superioribus dignus repertus est, qui profiteretur. Cum autem propter paupertatis votum, quod iam iam erat suscepturus, statutum esset, ut nonnisi rebus temporalibus prius bene dispositis et renuntiatis profiteretur, pridie praecepto huic satisfecit in testamento suo, quod cum aptum sit ad Schwengelii indolem animumque manifestandum hoc loco attulerimus sicut ab ipso propria manu conscriptum est.

„Testamentum[2] F. Georgii Schwengel novitii. In nomine sanctissimae et individuae Trinitatis, Dei Patris, Filii et Spiritus sancti. Postquam divina bonitas, quae me e diliciosa saeculi vita ad austeriorem, sed securiorem religionis et quidem s. Cartusiensis vitae statum vocavit, me in hac s. vocatione per annum integrum (per quem ex more eiusdem sacri status austeritates probans exercui) non solum conservavit, sed et magis accendit ad amplectendum huius sanctae vitae rigorem et ad postponenda deliciosa saeculi commoda. Atque postquam venerabilis conventus eiusdem s. ordinis Cartusiensis, Paradisus B. V. M. dictus, (qui me ad annuam probationem vel novitiatum ex misericordia suscepit) per eundem annum conversationem moresque meos probaverit et exercuerit ac ad onera ordinis sufficientem receptibilemque ad professionem iudicaverit, ut etiam ex hoc in veritate illud Davidis canere possim: In hoc cognovi, quoniam voluisti me. Ideoque immutabiliter statui obtemperare huic sanctae vocationi et in ea me securum et stabilem reddere (uti de lege est) per solenne votum seu sacram professionem. Haec autem cum fieri non possit, nisi temporalibus rebus prius

[1]) Schwengelii Apparatus ad annales Cartusiae Paradisi B. M. V. prope Dantiscum. tom. V p. 113 (tomus hic est Gedani in bibliotheca urbis.

[2]) l. c. p. 263.

bene dispositis et renuntiatis, sicut ipse Sanctissimus Salvator praecipit Lucae 14: Omnis ex vobis, qui non renuntiat omnibus, quae possidet: non potest meus esse discipulus. Propterea et ego, ut Dominum Iesum lucrifaciam, pauca adhuc quae possideo, temporalia bona, dum iam patriae et paternae domui renunciavi, libenter abiicio, voluntarie distribuo ac dispono. Dum autem adhuc omnis possessio et haereditas mea temporalis (quae mihi nimirum tam post obitum pie defunctae dominae matris, quam pie defuncti fratris Ioannis Antonii de iure successionis in partem una cum aliis cohaeredibus venit) in manibus domini parentis mei posita est: ideo volo, ut ipse eam distribuat sic: Primo det mihi mille florenos monetae Pruthenicae (eosque vel in paratis pecuniis vel in materia aliqua pretium hoc continente, qualemcunque venerabilis conventus noster exiget), quos ego offero ecclesiae nostrae conventuali ad intentionem, ut ex eis curetur dignum aliquod decus vel ornamentum, quod ei necessarium est. Secundo det ad usum conventus nostri tot linteamina, quot et quanta pro uno stratu mensis in nostro refectorio necessaria sunt vel eorum pretium, scilicet 150 florenos. Reliquam autem partem in patria distribuat. Paucas autem res, nimirum vestes saeculares, quas hic in conventu in susceptione habitus monachalis deposui, do in manus Adm. venerabilis domini prioris, ut eas libere distribuat quomodocunque et quibuscunque velit. Tertio det avitae fundationi, id est capellae penes ecclesiam Melsaccensem, ab antecessoribus cognatis fundatae, 150 florenos iique impendantur ipso domino parente curante in aliquod ornamentum. Quarto capiat ex eadem haereditatis parte domina mater mea novercaria 300 florenos in recognitionem permagnae benevolentiae, quam ipsa ultra obligationem suam per educationis meae annos mihi ostendit illique cedant in subsidium filio eius, meo autem fratri distincto Simoni Thadaeo prosequendi studia literaria. Quinto det parvam aliquam eleemosynam circiter 50 florenos hospitalariis vel aliis pauperibus civitatis Melsaccen-

sis, ut hi pro delictis meis Deum orent. Sexto reliquam partem accipiant iuxta saeculum haeredes legitimi, germani et indistincti, soror Anna Barbara et frater Andreas Iosephus. Volo tamen, ut eam illis dominus parens pro prudenti iudicio dividat, scilicet uni minus et alteri, praesertim sorori plus vel utrisque aequaliter. Praeterea, si quae haereditas post sacram professionem meam in partem meam veniret, quam de iure capere possem ex obitu domini parentis, fratrum, sororum, propinquorum etc. (quibus omnibus tamen longam vitam et annos multos apprecor) eius nullus haeres esse cupio; sed in tali casu non aliter quam mundo mortuus (uti religiosus esse debet) haberi volo. Ad evitandam tamen inter futuros cohaeredes discordiam, sic nunc dispono: Volo omnino, ut omnis partis haereditariae, quae mihi in futurum post sacram professionem contigeret, sint cum supramemoratis duobus indistinctis et germanis, sorore Anna Barbara et fratre Andrea Iosepho, etiam omnes distincti fratres et sorores cohaeredes, quotquot superstites fuerint, et accipiant omnes aequalem partem.

„Et iam o Deus meus renunciavi omnibus, quae possedi, fiam ergo nunc secundam eloquium tuum discipulus tuus atque humillime rogo Te, aufer a me omnem concupiscentiam oculorum, ne respiciam ad vana et transitoria bona. Tu solus ex nunc sufficias mihi, tu sis pars haereditatis meae, qui es inaestimabilis, immensus. Amen. Praeterea ut dispositio haec firma maneat atque testamentum hoc fidele aestimetur, me propria manu subscribo. Extraditum die proxima ante sacram professionem 7. Decembris anno Domini 1716 F. Georgius Schwengel s. ordinis Cart. in Paradiso B. M. novitius".

Postridie, die 8. Decembris 1716, sacram professionem fecit. Ineunte anno 1717, die 28. Februarii Frauenburgiam venit, ut die 4. Martii ab episcopo suffraganeo Varmiensi Ioanne Kurdwanowski in sacello domestico confirmaretur; patrinus eius erat Henricus liber baro ab Eulenburg, scholasticus Camenecensis, praepositus officialis Elbigensis; praeterea inter cete-

ros adfuerunt eius pater cum noverca. Confirmato eodem die collati sunt tonsura et quattuor ordines minores [1]).

Qualem se exinde in monasterio praestiterit non innotuit, neque tamen mirum, cum de monachi vita agatur. Omnibus mundi illecebris omnino abdicatis atque repudiatis religiosissime electi vitae generis officiis fungebatur, hic exercitiis spiritualibus et asceticis deditus, illic se theologiae studio abdens, itaque se praeparans ad sacros ordines suscipiendos. Neque tamen in solius theologiae studio versabatur, contra etiam historiae studio multum trahebatur multumque in eius scientia profecit. Die 23. Ianuarii 1718 a Constantino Szaniawski, episcopo Vladislaviensi, Gedani in capella regia ordinatus est ad subdiaconatum cum dispensatione a defectu aetatis 13 dierum [2]).

Propter diligentiam, quam in cunctis officiis suis adimplendis ostendebat, superioribus suis carus erat ideoque die 6. Februarii 1718 institutus est in sacristam [3]). Insequente anno die 4. Martii Ioannes Kurdwanowski, episcopus suffraganeus Varmiensis, Frauenburgiae in sacello domestico ei diaconatus ordinem contulit [4]), anno denique 1720 feria II paschae Gedani in capella regia a nominato episcopo Cracoviensi Constantino Szaniawski sacro presbyteratus ordine initiatus est, iterum cum dispensatione super defectu aetatis [5]). Kalendis Maiis eiusdem anni festo ss. apostolorum Philippi et Iacobi primitias celebravit [6]).

Die 10. Septembris 1724 in monasterio suo institutus est in coadiutorem [7]), anno vero 1728 die 15. Iunii difficile et laborum curarumque plenum procuratoris munus subiit [8]). Quo in munere fungendo et rebus domesticis et amplissimis agris, quibus admi-

---

[1]) l. c. p. 115.
[2]) l. c. p. 116.
[3]) l. c. p. 116.
[4]) l. c. p. 117.
[5]) l. c. p. 117.
[6]) l. c. p. 117.
[7]) l. c. p. 121.
[8]) l. c. p. 125.

strandis praeerat, haud paucis afficiebatur curis atque sollicitudine, quae in dies magis magisque augebantur, cum bello civili anno 1733/1734 orto monasteriorum bona valde vexarentur [1]). Stanislaus Leszczyński et Augustus III. de principatu inter se contendebant. Et primo quidem ii, qui cum Stanislao Leszczyński stabant, monasterii bona occupabant; cumque hi vicum Grabau possedissent, qui erat inter cetera monasterii bona, Schwengelius ut procurator domus eo se contulit, ut ibi constitueret atque imperaret, quae usui esse viderentur. Neque tamen multum aberat, quin in hoc munere implendo occideretur. Ipse de hac re ita scribit [2]): „Sub hoc belli strepitu pater procurator Graboviae ad placandos milites commorans discrimini vitae subiectus fuit. Commilito quidam Lithuanus, bene potus illum primo sacrilegis verbis, mox cultro oblongo aggressus, voluit (ut aiebat) pectus eiusdem scindere, cor extrahere et inspicere, utrum Stanislaus an Augustus rex ei insculptus esset, ac si ferme per horam apprehenso pectore illum tenuit. Ante fores vero praedii stabant alii 40 commilitones, quorum ductor morae impatiens irrupit in cubiculum et dictum procuratorem sibi bene notum eripuit de manibus istius ebrii militis. Post quae pater procurator hora undecima noctis ascenso equo inter imbres et ventos sine polendra, sine mitra domum reversus est".

Die 31. Ianuarii 1734 Schwengelio ut procuratori summo studio nec non cura monasterii salutem securitatemque promovere desideranti contigit, ut a rege Stanislao pro Carthusia et bonis huius monasterii litteras protectionales impetraret [3]). Neque tamen multum inde profecit, mense enim subsequente tot milites in monasterio collocati sunt, ut cibaria, quae in monasterio erant, tot hominibus vix sufficerent. His in difficultatibus procuratoris erat rei frumentariae providere. Denique die 21. Februarii accidit, unde sibi curarum

---

[1]) l. c. p. 138 sq.
[2]) l. c. p. 140.
[3]) l. c. p. 287.

levamen speraret; illi enim milites, quos regi Stanislao fovisse diximus, cum Moscorum exercitum, qui Augustum III sequebatur, prope Gedanum esse comperissent, a monasterio discesserunt. Sed maximo suo cum animi dolore ea spe deiectus est. Tunc enim Moscorum milites monasterii bona expilare coeperunt; praecipue autem monasterii praedium Quadendorf exinanibant idque denique 12. Maio incenderunt. Post hoc incendium Schwengelius cum litteris passus a supremo generali concessis invisit dictum praedium et villam, sed media nocte a supervenientibus excubitoribus Moscovitis inde eiectus fuit [1]). Hanc calamitatem aliae sequebantur, neque enim litterae liberationis, quas die 8. Iulii 1734 supremus campi mareschalcus dux Ioannes Adolphus de Weissenfels monasterio dederat [2]), impedire poterant, ne monasterii bona amplius vastarentur atque diriperentur.

Tristi longoque hoc bello monasterii bona facultatesque paene exhausta erant adeo, ut non solum monasterii ipsius fratres, sed etiam agrorum incolae fame valde afflictarentur. Fame ingravescente pater procurator semel atque iterum e monasterio proficiscebatur, ut quaereret, unde victum coemeret. De his itineribus conatibusque suis Schwengelius haec memoriae prodidit [3]): „Ad ceteras angustias hac tempestate accessit, quod per menses 5 (quibus urbs Gedanensis clausa et oppugnata fuit) nulla necessaria alibi acquiri potuerint et quam maxime pauperes homines defectus salis afflixerit. Excucurrerat pater procurator mense Martio in Pomeraniam Leoburgum, mense Maio Dirsaviam, Mariaeburgum, Elbingam pro emendo sale, vino ad ecclesiam (nam patres in conventu a Septuagesima usque ad minutiones generales in Iulio nullum vinum, praeterquam in die Coenae Domini, primo die Paschae, Pentecostes et festo ss. corporis Christi acceperunt), halecibus, salpis aliisque rebus

---

[1]) l. c. p. 143.
[2]) l. c. p. 287.
[3]) l. c. p. 146.

summe necessariis; verum ibidem nec micam salis acquisivit. Moestus tandem per Neotichium domum revertens, insperate ibidem a quodam pistore pro pecuniis accepit 3 tonnas salis, quae domum advectae maiorem in partem subditis depauperatis (qui longo tempore cibos absque condimento salis sumpserant) distributae fuerunt. Iisdem subditis ex granariis monasterii etiam siligo pro pane, hordeum, avena et pisa pro conseminatione data, nihilominus agri multi in bonis nostris deserti iacuere". Non multo post die 8. Ianuarii 1735 „pater procurator iter ingressus interfuit die 10. eiusdem Starogardiae congressui publico palatinatus Pomeraniae, ubi agebatur de repartitione indictae a Moscis contributionis, nempe mille portionum et 500 rationum per menses praestandarum. Ex his tunc bonis Cartusiae impositae fuere 5 portiones et totidem rationes, villae Ronty singulariter 1 portio et 1/2 ratio, sortibus in Sławkowo 1/2 portio. Die 11. Ianuarii idem pater procurator Starogardia ivit Thorunium ibique assignatas portiones et rationes pro 3 mensibus Moscis exsolvit, nempe 402 fl. 2 gr." [1]).

His aliisque curis nunquam defatigatus, nunquam fractus Schwengelius laborioso aerumnosoque munere suo summa industria summoque studio impavidus fungebatur. Unde factum est, ut fratribus suis acceptus esset et deinde priore monasterii Ioanne Marxio 28. Iulii 1735 mortuo dignissimus totius conventus censeretur, qui ab eis vita functi prioris successor eligeretur. Quae nunc sequuntur de electione eius in priorem, afferimus sicut ab ipso litteris consignata sunt [2]). „Die 26. Septembris tertio quadrante ad horam 7 pro missis privatis et hora 8 pro missa conventuali de Spiritu S. pro felici electione novi prioris (quam ipsemet V. P. Convisitator cantavit) pulsatum fuit. Qua finita immediate ad capitulum itum et praemisso sermone lectisque statutis electio auspicata est. Praesides electionis: V^dus^ P. Iacobus Klapper, prior domus Freidni-

---

[1]) l. c. p. 148.
[2]) l. c. p. 150 sq.

censis, convisitator provinciae Alemaniae sup.; V[dus] P. Anthelmus Fournier, prior domus Olomucensis, in socium assumptus. Votantes erant 11: 1. D. Bernardus D'Elgleize vicarius. 2. D. Anthelmus Lyon professus senior. 3. D. Georgius Schwengel procurator. 4. D. Ioan. Weyer cantor. 5. D. Carolus Lyon sacerdos. 6. D. Laur. Brandt instructor. 7. D. Bruno Kadau sacrista. 8. D. Andr. Kuchinka sacerdos. 9. D. Hugo Steiner coadiutor. 10. D. Dion. Hoffman sacerdos. 11. D. Mich. Bartnicki diaconus. D. Alb. le Vasseur, mente aeger, non interfuit capitulo. Ex his 11 vocem utramque habentibus in primo scrutinio inventi fuere 6 electi, quorum unus 5, alter 2, reliqui quatuor singuli unum votum habuerunt. Rotulis combustis et praemissa a venerando patre convisitatore gravi rursus commonitione, de non illudendo Spiritu S. et deponendis privatis affectibus ad secundam votationem descensum est, in qua illico sufficienti votorum numero, medietatem totius conventus supergrediente, electus fuit canonice in priorem domus huius D. Georgius Schwengel professus et procurator eiusdem. Dies oppositionis contra personam electi et formam electionis a scrutatoribus ad biduum concessi fuere.

„Die 28. Septembris hora IX ante meridiem ad pulsum campanae congregatis omnibus, etiam vocem non habentibus in capitulari loco, praemissis praemittendis neoprior a praesidibus electionis confirmatus ac finito capitulo illico in stallum prioris ab eisdem introductus fuit, ubi (ex instructione venerandi patris convisitatoris) dicto Pater noster et Ave Maria, neoprior sedens homagium obedientiae ab omnibus professis domus, hospitibus, conversis et donatis ad formam statutorum recepit. Deinde prior novus hymnum Te Deum laudamus intonavit. Et hoc finito venerandus pater vicarius ad pulpitum preces: Salvum fac servum tuum, Mitte ei auxilium de Sancto etc. cum oratione: Deus, cuius misericordiae non est numerus... dixit.

„Post haec praecedente neo-priore, comitantibus ex utroque latere venerandis patribus commissariis et sequente toto conventu, processum fuit foras per are-

am ad cameras hospitum (in quibus dicti venerandi patres commissarii residebant), ubi sedentibus venerandis patribus commissariis ac neo-priore, stantibus patribus conventualibus et reliquis omnibus venerandus pater convisitator denuo sermonem idiomate Germanico ad fratres laicos, familiam, villicos, scultetos, arendatores bonorum (qui ad id convocati fuerant) habuit et sub ipso sermone singularibus caeremoniis (prout in Austria moris est) neo-priori sigillum maius conventus, 2-do claves ad prioratum, 3-tio protocollum monasterii tradidit, ad finem praecipiens scultetis et reliquis, ut genu flexo et osculo manuum homagium obedientiae neo-priori praestarent, quod et illico factum fuit. Demum pransum est in refectorio. Post prandium vero venerandus conventus et hospites reliquum diei in prioratu laetitiae consecrarunt. In area vero ante prioratum sub dio mensa strata fuit pro scultetis, villicis etc., qui ibidem faustum regimen priori novo acclamarunt.

„Die 30. Septembris alte nominati venerandi patres commissarii comitante eos neo-priore et patre coadiutore, sumpto brevi ientaculo, hinc per Olivam Gedanum abiverunt, inde vero die 4. Octobris circa horam 5. vespere recedentes per Pelplinum, Thorunium, Gnesnam, Vratislaviam etc. reliquum iter ad proprios lares prosecuti sunt.

„Actus visitationis domus nostrae hac vice non fuit celebratus (quod reverendissimus pater generalis aegre tulit). Nonnulla duntaxat monita neo-priori venerandus pater convisitator reliquit [1]).

---

[1]) (l. c. p. 292) «Monita novo venerando domino priori post confirmationem in capitulo tradita: Cum occasione electionis ordinationes praecedentium visitationum minime observatas fuisse adverterimus ex eo, quod cui competebat, earundem exequendarum et observandarum debitam curam sibi minime assumpserit. Propterea illarum omnimodam executionem et observantiam novo priori iterum serio imponimus et commendamus atque sequentia monita addimus. 1. Novus prior sibi concreditos aequaliter omnes charitative foveat et amplectatur, secundum quod nostra statuta p. 2 cap. 3 de

„Praesidium hoc electionis haud parvos sumptus domui nostrae extraxit; cum enim istud iter per postam extraordinariam a venerandis patribus commissariis fuerit susceptum, sic iuxta regestrum nobis porrectum solvere debuimus pro vectura et viatico 3153 flor. 11 gr., pro reparandis 2 ipsorum rhedis 104 flor., pro vino, victualibus etc. ad viam retrorsum 111 flor. 24 gr., Gedani per 5 dies iidem consumpserunt 103 flor., servis ipsorum honoraria data 92 flor., facit in summa 3564 fl. 5 gr. monetae Pruthenicae".

Haec quam modo commemoravimus Schwengelii electio die 22. Decembris 1735 a ministro generali totius ordinis Carthusiensis approbata est litteris confirmationis, in quibus minister generalis patribus con-

---

officio prioris praescribunt, sine differentia nationum, quod etiam in susceptione novitiorum observetur, quoniam in omni gente, qui timet Deum, acceptus est illi. 2. Celebrentur anniversaria fundatorum cum suis officiis et detur conventui gratia, prout ubique moris est. 3. Administrentur conventui charitative necessaria ad normam statutorum. 4. Servetur maior mundities cum in ecclesia tum in culina, verbo: quo ad omnia in tota domo; Iesus Christus sponsus paupertatis sponsam hanc suam tenere diligit, sed sordes et immunditiam odit. 5. Sarta tecta domus successive restaurentur et fiat a priore frequentior inspectio bonorum, habeantur necessarii et experti famuli aut fratres laici pro horto, culina, braxatorio, pistrina, piscinis etc. et officiales pro causis maxime criminalibus diiudicandis; denique totus exterioris oeconomiae status in meliorem ordinem redigatur. 6. Non dentur mutuo pecuniae, nisi ad securam hypothecam. 7. Reddantur rationes iuxta statuta. 8. Ecclesia finito divino officio a venerando patre sacrista claudatur neque per illam emittantur aut introducantur aut intrare permittantur pueri, famuli aut alii saeculares, tollanturque per vigorem statutorum omnes in illa irreverentiae et garritiones serveturque melius silentium et modestia religiosa, quae statuta nobis adeo commendant. 9. Revideantur, quam primum fieri poterit, a venerando patre priore ad indicem prohibitorum omnes libri cum in cellis tum in bibliotheca. — Haec omnia novo venerando patri priori enixe commendamus. In quorum nos subscripsimus cum appositione sigillorum nostrorum. In Cartusia Paradisi B. M. V. anno 1735 die 28. Septembris.

F. Iacobus Klapper Pri. in Freidnitz Alem. sup. et Pol. Convisitator.	L. S. L. S.	F. Anthelmus Fournier Prior Cartusiae Olomucen. in socium assumptus.

ventualibus domus Dantisci haec scripsit[1]): „Virum eligendo secundum cor Dei et vestrum, in quo virtutum forma, scientiae lux, charitatis studium et observantiae zelus simul concurrerent. Ipsissima sunt verba vestra, quae divitem nobis praebent existimandi copiam, vos Deum unice prae oculis habuisse in electione vestra, cum nacti fueritis pastorem a venerandis patribus confirmatoribus summis laudibus commendatum".

Hac laude prior novus haud indignum se praestitit in officii sui partibus implendis nunc monasterii sui rebus temporalibus nunc spiritualibus quam diligentissime providendo easque in quantum fieri potuit promovendo.

Quantopere usque ad illud tempus continuo exercituum transitu, per milites in hospitia divisos, requisitionibus et depopulationibus militum monasterii bona exhausta fuerint dilucide ex iis patet, quae ipse de hac re scribit[2]): „Res temporales idem prior in afflictissimo statu reperit. Villae Quadendorf et Gdingen nuper ex occasione obsidionis urbis Gedanensis a Moscis incensae et combustae, adhuc in cineribus iacebant, aedes nostrae intra urbem Gedanensem ex oppugnatione per bombos et globos ferreos conquassatae et destructae. Praedia frumentis, pabulo et pecoribus multum destituta, villae aliae passim per bellum desolatae, subditi per milites frumentis, pecoribus et omni ferme substantia spoliati et exhausti erant, horum nonnuli domos suas deseruerant alibi labore manuum panem quaerentes, reliqui superstites magna egestate premebantur, agri plerique deserti iacebant. In monasterio nonnulla aedificia prae vetustate ruinam minabantur, quare venerandus pater convisitator inter monita neo-priori imposuit, ut cellas nonnullas ruinae proximiores quantocius restaurari faceret. Pecuniam in prioratu repertam, nempe 15000 florenorum Pruthenicalium neo-prior ex asse tradidit ad arcam communem, contentus ex iis, quae in offi-

[1]) l. c. p. 293.
[2]) l. c. p. 152.

cio procuratoris superaverat, moxque animum applicuit ad reinducendos colonos et restaurandas aedes in villis".

Brevi tempore omnia ex bellis accepta damna explevit, cum munus suum indefesso animo obiret. Gedani monasterii domos et ruri aedificia rustica partim restituit partim denuo aedificavit [1]). Denuo novis maximisque cladibus affectum est monasterium ab anno 1758 usque ad annum 1760, cum Moscus miles iterum in monasterium eiusque bona invaderet [2]). Obsequens eis, quae pater convisitator mandaverat, complures cellas partim aedificandas partim restaurandas curavit [3]). In horto ipsius iussu aedes in forma turris pro recreatione patrum conventualium erecta est (1748) [4]).

Eandem curam et diligentiam prior etiam in ecclesiae usus necessitatesque adhibuit. Supellectilem ecclesiasticam auxit [5]), sacristiam restauravit, imaginibus aliisque rebus exornavit [6]), in ecclesia s. Catharinae nova altaria exstruxit [7]), denique anno 1739 iacta sunt fundamenta pro sacello novo B. M. V. ante fores ecclesiae versus meridiem [8]).

Praeterea studiose operam dabat, ut monasticam disciplinam restitueret. Visitatione enim monasterii anno 1732 habita pater convisitator monachos graviter exprobraverat disciplinam ab eis remissam [9]). Quae tunc, ut malo huic mederetur, statuerat pater convisitator revera non esse facta atque expleta ex monitis patet, quae anno 1735 priori sunt data. Visitatione eiusdem monasteri anno 1746 habita, visitatores apud quos pertinebat iam valde contenti erant. Visitatores ordinarii provinciae Alemaniae superioris et Poloniae

---

[1]) l c. p. 154, 157, 158, 159, 166.
[2]) l. c. p. 172.
[3]) l. c. p. 155 sq.
[4]) l. c. p. 164.
[5]) l. c. p. 156, 159.
[6]) l. c. p. 156.
[7]) l. c. p. 161.
[8]) l. c. p. 157.
[9]) l. c. p. 282 sq.

summis quidem laudibus priorem efferunt, vituperant tamen nimiam eius bonitatem, qua alii summo cum disciplinae monasticae incommodo abutuntur, itaque scribunt de priore [1]): „Venerandus dominus prior huius viridarii, expertus quidem hortulanus, multum impendit conatum, ut huius horti cultura in dies proficiat, sed nimia eius bonitas, qua suos contristare non vult, impedit speratum effectum. Est enim, qui hac bonitate et benignitate in tantum abutitur, ut superioris auctoritatem saepe vilipendat et plus sibi dominii arroget, quam statuta concedant; ne autem per hanc conniventiam vigor simul et rigor disciplinae monasticae tepescat, subditis exorbitantibus vivo zelo, qui tales sunt, corripiendi erunt... Et quia amator solitudinis depraedicatur (nam evagationes et peregrinationes sine necessitate abhorret) quasi in specula positus suis magis invigilare poterit, ut cuncta bene fiant. Vitam et mores taliter disponit, ut aliis pro exemplo servire valeant. Sicut dictum est: sic luceat lux vestra coram hominibus. Hoc autem fit, cum apparet misericordia in affectu, benignitas in vultu, humilitas in habitu, modestia in cohabitatione et patientia in tribulatione. Ecclesiam frequentare dicitur, prout negotia concedunt otia, missae sacrificium devote celebrat et argenteam ecclesiae suppelectilem multum adauxit. Hortulanum igitur hunc Deus pro colendo hoc Paradiso servare dignetur, ut abundet in omni opere bono et adaugeat incrementa frugum iustitiae Eius“. In eadem charta visitationis patres convisitatores laude ornant plurimorum fratrum conventualium castitatem, humilitatem et pietatem, alios vero hisce vituperant [2]): „Nam in quibusdam nulla modestia, nullus amor solitudinis, temperantia incognita, silentii leges minus gratae. Hinc fiunt discursationes per conventum, garritiones sine numero, compotationes usque ad seram quandoque noctem etiam cum excessu“.

Schwengelius apud superiores suos summa gau-

---

[1]) p. 298.
[2]) p. 299.

debat auctoritate propintereaque eum, si quid gravioris momenti erat faciendum, semel atque iterum convenerunt. Mandante generali ministro anno 1743 visitavit Carthusianorum monasterium Bereza in Litthuania situm [1]). Anno 1749 priorem illius monasterii ab officio removere et alium in eius locum sufficere iubetur [2]). Neque tamen pater generalis ignorabat rem, quam iubebat, perquam esse difficilem, quare ita ad Schwengelium scripsit [3]): „Difficilia sane a vobis requiro, sed magna a magnis desiderantur". Officium sibi imperatum felici cum successu Schwengelius persolvit ideoque gratissimum a generali accepit responsum. Deinde annis 1752 et 1753 Carthusianorum monasterium in Gidla visitare iussus est [4]).

Sed quamvis omnia, quae ut prior agebat, nonnisi in summum monasterii sui bonum vergerent, quamvis superiores omnia, quae feciebat, approbarent laudarentque, Schwengelius procul dubio in officio prioris non acquiescebat, nam ter a superioribus suis petivit, ut officio suo exsolveretur. Pater vero generalis precibus eius non annuit; cum tertio absolutionem ab officio petivisset, scripsit ei anno 1749 [5]): „quae tamen non est concessa, cum nonnisi usque ad occasum laborantibus requies promittatur et merces".

Iamque dignus esse videretur, cui illa quam pater generalis dixerat merces iam iam daretur, cum anno 1750 gravi morbo correptus esset. De hac re Schwengelius ipse scribit [6]): „Ad initium mensis Iulii dominus prior incidit in febrim malignam, quae illum intra paucos dies ad extremum pene halitum redegit". Pater generalis cum priorem letali morbo afflictum esse comperisset, Ioanni Weyer, vicario Carthusiae Dantiscanae, scripsit [7]): „Timor et tremor venerunt super me, ut didici infirmari priorem domus vestrae, qui vere

---

[1]) p. 159.
[2]) p. 165.
[3]) p. 300.
[4]) p. 168.
[5]) p. 300.
[6]) p. 166.
[7]) p. 301.

auxilium meum domorumque Poloniae est in die afflictionis; ideo me convertens ad Dominum ex toto corde deprecor illum, ut non extinguat lucernam in Israel et inter metum spemque fluctuans confido, quod vobis communibus annuens, hunc virum dexterae meae sanum et incolumen nobis restituet benignus Salvator". Quae pater generalis in illa epistula exoptaverat desideraretque, priorem quam primum sanitati restitui, sunt facta, nam exeunte mense Septembri ex morbo suo convaluit. De hac re valde gavisus pater generalis priori, quem valde diligebat, statim ita scripsit [1]: „ast in gaudium conversus est luctus meus et consolatione perfundor sciens vos redivivos, ideo precor Dominum, ut vitam vestram mi charissimam ad plurima lustra conservet". Et revera hoc quoque accidit, nam adhuc per 16 continuos annos Schwengelius monasterio Mariae Paradisus dictus praeerat. Kalendarium defunctorum fratrum haec de morte eius affert: „1766 27. Decembris Ven. DD. Georgius Schwengel, professus, prior ac alias procurator, coadiutor ac sacrista huius domus, in Varmia Mesaciae natus, obiit appoplexia sinistri lateris, vir solide doctus, patientissimus, humilis ac benignus erga omnes, habens missam de Beata per totum s. ordinem, in quo 51 annos vixit, aetatis habuit annos 70, requiescat in sancta pace. Laudabiliter vixit".

His 51 annis, quos in hoc monasterio erat, primum magnam, praecipue multos codices manuscriptos amplectentem bibliothecam et congessit et optime disposuit atque digessit, deinde ut prior novos codices librosque coemendo auxit [2] Praetereae ipse plurimos libros scripsit, praecipue de historia patriae suae et ordinis Carthusianorum, qui magnam omnimodamque eius doctrinam praesertim in historia ostendunt. Ex omnibus ab eo editis libris, quos quasi calligraphus propria manu conscripsit et delineationibus, miniaturis aliisque ornavit, dilucide apparet, Schwengelium nihil

---

[1]) p. 301.
[2]) p. 154, 156, 169.

prorsus afferre voluisse, quod historicae fidei non responderet. Maxime tamen dolendum est, quod summo studio, industria atque labore ab eo conscripti libri non iam uno loco omnes existunt, sed ineunte saeculo 19. tempore saecularisationis monasteriorum, quam dicunt, in omnes partes dispersi et partim Dantiscum, partim Pelplinum, partim Londinum, partim denique alibi diffusi sunt. Unde factum est, ut nonnulla ab eius operibus plane interierint, alia nonisi multa industria et patientia inter harum aliarumve bibliothecarum libros detegere possis. Nunc iam conabimur componere omnia ab eo scripta opera.

I. *De ortu et progressu Cartusiae Gedanensis. 1726* [1]). — Hic codex erat antea Pelplini in bibliotheca seminarii clericorum, nunc autem reperiri non potest.

II. *Documenta Varia de prima fundatione domus nostrae, de erectione ecclesiarum et Parochiarum in Culpin, Goręzyn, Grabau et de aliis Ecclesiis et Monasteriis per Pomeraniam; collecta per F. G. S. Priorem Cartusiae 1749.* — Hic codex adhuc quinto 19 saeculi decennio extabat [2]), nunc autem inveniri non potest.

III. *Ad historiam ecclesiasticam Pomeraniae apparatus pauper subsidia literaria poscens a viris bonis et doctis collectus ad interim a G. S. Cartusiae priore 1749.* — Codex asservatur Pelplini in bibliotheca seminarii clericorum et hoc loco typis exaratur; scriptus est in 4to et habet opercula chartacea corio tecta cum impressis in priore tegmine litteris inauratis C. P. M., in dorso vero codicis conspicitur titulus, item impressus: Ad Hist. Eccl. Pom. Apparatus Pauper.

IV. Propago sacri ordinis Cartusiensis:

a) *Propago Sacri Ordinis Cartusiensis per Franciam. Pars I. De provinciis Cartusiae, Provinciae, Aquitaniae, Cataloniae et Castellae conscripta a F. G. S.*

---

[1]) cfr. Kętrzyński, Calendarium vetus Cartusiae Dantiscanae: Monum. Polon. hist. Lwów 1884. IV, 125.

[2]) Zum Andenken an den Prior des Karthäuser-Klosters Marien Paradies bei Danzig, Georg Schwengel: Der neuen Preus. Provinz. Blätter andere Folge. Bd. IX. 1856 S. 344.

priore Cartusiae Dantiscanae 1750. — Codex in folio scriptus, foliorum 5 et paginarum 300, habet opercula chartacea corio tecta cum impressis in priore tegmine litteris inauratis C. P. M., in dorso codicis item impressum: Chronic. Ordin. Cartus. Liber hic est in archivo ecclesiae catholicae Brodnicensi (al. Strasburgensi) et haec continet: fol. 1 album est; folio sequenti procul dubio inscriptus erat titulus operis, sed hoc folium excisum est; fol. 2 invenitur epistola dedicatoria scripta 23. Iunii 1750: Venerabili Conventui Cartusiae Paradisi B. V. Mariae ad Dantiscum; fol. 2v — 4: Elogia virorum aliquot illustrium de ordine Cartus.; fol. 4v — 5: Repartitio operis; fol. 5v. depicta est imago s. Brunonis; p. 1 — 12: De origine ordinis Cartus.; p. 13 — 22: RR^{di} PP. Generales S. O. Cart; p. 23 - 30: Propagatio S. O. Cartus; p. 30 — 33: Provinciae et Domus Sac. Ord. Cartusien. a. 1510; p. 34 — 46: Catalogus Provinciarum et Domorum S. O. Cartus. ad an. 1676; p. 37 — 38: Facies hodierna Sac. Ord. Cartus. ad an. 1750; p. 39 invenitur inscriptio: Provincia Cartusiae et p. 40 tabula geographica repraesentans eius situm; p. 41 — 132: De Provincia Cartusiae; p. 44 et 45 invenies pictam imaginem: Domus Cartusiae; p. 133 cernitur inscriptio: „Provincia Provinciae“ et in sequenti pagina depicta est tabula geographica istius provinciae; p. 135 — 180: De Provincia Provinciae; p. 181 habet inscriptionem: Provincia Aquitaniae et pag. sequens pictam tabulam cum situ domorum huius provinciae; p. 183 — 216: De Provincia Aquitaniae; in pag. 217 est titulus: Propago Sac. Ord. Cartusien. per Hispaniam seu de duabus Provinciis Hispaniae Cathaloniae et Castellae; p. 218 est tabula geographica repraesentans situm provinciae Cathaloniae; p. 219 — 254: De Provincia Cathaloniae; p. 255 invenies inscriptionem: „Provincia Castellae“ et p. 256 eius situm geographice depictum; p. 257 — 280: De Provincia Castellae; p. 281 — 290: Index; p. 291 — 300: Addenda et corrigenda.

b) *Propago Sacri Ordinis Cartusiensis per Franciam. Pars II. De provinciis Burgundiae, Franciae et*

Picardiae item de provinciis Teutoniae et Angliae conscripta a F. G. S. priore Cartusiae Dantiscanae 1750. — Hic codex est Londini in „British Museum" et ita signatus: Additional Manuscripts nr. 17085 [1]).

c) *Propago Sacri Ordinis Cartusiensis per Germaniam. Pars I. De provinciis Alemaniae Superioris et domibus Poloniae, conscripta a F. G. S. priore Cartusiae Dantiscanae 1751* [2]). — Codex asservatur Londini in British Museum (Add. nr. 17086) [3]).

d) *Propago Sacri Ordinis Cartusiensis per Germaniam. Pars II. De provinciis Alemaniae Inferioris, Rhenii et Saxoniae, conscripta a F. G. S. priore Car-*

---

[1]) De codicibus a Schwengelio exaratis, qui Londini sunt in British Museum, Czaplewski scripsit in «Zapiski Towarzystwa Naukowego w Toruniu. IV kwartał 1910 p. 255 sqq»; ne longi simus, satis habemus hoc loco hanc descriptionem commemoravisse.

[2]) Gedani in tabulario publico (Staatsarchiv) est codex (signatus: Stadt Danzig 300 Abt. H. q. Tt Nr. 4) propria Schwengelii manu conscriptus, in cuius fol. I hic titulus invenitur: *Propago Sac. Ord. Cartusiensis per Germaniam seu De 7 Provinciis Alemaniae nempe Alem. sup. p. 1 Alem. inf. p. 91 Rheni p. 123 Saxoniae p. 184 Angliae p. 200 Theutoniae p. 206 Picardiae p. 259 et Domibus Ord. earundem Provinciarum Pars II. collecta per F. G. S. Priorem domus Paradisi Mariae 1750.* — De his, quas modo diximus, 7 provinciis sermo est a p. 1—292; p. 293—317 sequuntur: Addenda et corrigenda; p. 318—370 alia sub titulo «Miscellanea» supplementi causa addita sunt, praecipue «Ordinationes Capituli Generalis; p. 371—382: Series Chronographica domorum Ord. Cartusiensis; p. 383—387: Facies hodierna domorum S. Ord. Cartusiensis; p. 388—400: Documenta ad hist. S. O. Cartus. concinnandam in forma annalium, praeterea alia additamenta; p. 401—409: Index. Hic codex in 8vo habet tegumentum chartaceum, cuius dorsum et anguli corio tecti sunt. — Verisimile est, hoc opus praeparare aliud eiusdem tituli opus, scilicet partem II. Propaginis S. O. Cartus. per Franciam et partem I et II Propaginis S. O. Cartus. per Germaniam. Unde suspicari licet, Schwengelium primam quoque partem Propaginis S. O. Cartus. per Franciam alio minore opere praeparavisse. Titulus enim huius codicis videtur ostendere velle, hanc II. partem praecesisse conscriptionem I. partis; accedit quod in hac parte mentionem facit I. partis; neque tamen negaverimus, hisce Schwengelii verbis indicari posse, primam eiusdem maioris operis partem.

[3]) Czaplewski l. c. p. 257.

tusiae Dantiscanae 1751. — Codex invenitur Londini in British Museum (Add. nr. 17087) [1]).

e) *Appendix ad tom. I Propaginis S. O. Cartusiensis. De provinciis Cartusiae, Provinciae, Aquitaniae, Cataloniae et Castellae, collecta a F. G. S. priore Cartusiae Dantiscanae 1755.* — Codex habetur Londini in British Museum (Add. nr. 17088) [2]).

f) *Appendix ad tom. II Propaginis S. O. Cartusiensis. De provinciis Burgundiae, Franciae, Picardiae, Teutoniae et Angliae, collecta a F. G. S. priore Cartusiae Dantiscanae 1755.* — Codex est Londini in British Museum (Add. nr. 17089) [3]).

g) *Appendix ad tomum III Propaginis S. O. Cartusiensis. De provincia Alemaniae Superioris, collecta a F. G. S. priore Cartusiae Dantiscanae 1756.* — Codex invenitur Londini in British Museum (Add. nr. 17090) [4]).

h) *Appendix ad tom. IV Propaginis S. O. Cartusiensis. De provinciis Alemaniae Inferioris, Rheni, Saxoniae nec non Lombardiae, Tusciae et s. Brunonis, collecta a F. G. S. priore Cartusiae Dantiscanae 1756.* — Codex asservatur Londini in British Museum (Add. nr. 17091) [5]).

V. Gedani in bibliotheca urbis est (No. 1313) codex, qui exhibet Schwengelii plura commentaria de historia monasterii Cartusiae Paradisi B. M. V. fol. 1: *Connotatio rerum gestarum in hac domo Paradisi B. M. V. S. Ord. Cartusiensis sub felici regimine A. V. D. Guilielmi Loesberg primum Rectoris, deinde Prioris ab a. 1712;* p. 67: Continuatio rerum gestarum in hac domo Paradisi B. M. V. S. Ord. Cartusiensis sub regimine A. V. D. *Ioan. Marx* Prioris 1728; p. 147: Continuatio rerum gestarum in hac domo Paradisi B. M. V. sub regimine A. V. D. *Georgii Schwengell* Prioris 1735; p. 207 — 429 sequuntur diversae no-

---

[1]) Czaplewski l. c. p. 258.
[2]) Czaplewski l. c. p. 258.
[3]) Czaplewski l. c. p. 259.
[4]) Czaplewski l. c. p. 259.
[5]) Czaplewski l. c. p. 260.

tationes et collationes de s. ord. Cartusiensi: p. 207: Fundationes domorum Ord. Cartusiensis ordine chronologico; p. 219: Fundatores; p. 258: Domus per Provincias distributae; p. 342: Visitatores; p. 351: Priores obierunt et alia; p. 430 sequitur sub titulo „Addenda post p. 206“ continuatio rerum gestarum ab a. 1751 — 1758. — Forma huius codicis ligati corio est: 16 et 10 cm.

VI. Gedani in archivo urbis est codex in 4to (signatus: Stadt Danzig 300 Abt. H q Ll Nr. 34), qui in priore parte continet „Manuale pro procuratore Cartusiae Mariae Paradisi“ ignoti authoris, in altera parte Georgii Schwengel *„Annales domus Dantisci ab anno 1670“* (usque ad a. 1691). Dissertatio haec complectens 23 folia videtur denotationem praeparatoriam tantum fuisse ad alia opera, quae Schwengelius de hac re scripsit. Opercula codicis chartacea sunt, dorsum tantum et anguli corio tecti.

VII. *Apparatus ad annales Cartusiae Paradisi B. M. V. collectus a F. Georgio Schwengel priore MDCCL.* — Codex est Londini in British Museum (Add. nr. 17093)[1].

VIII. Apparatus ad annales Cartusiae Paradisi B. M. V. prope Dantiscum:

a. *Apparatus Ad Annales Cartusiae Paradisi B. M. V. Prope Dantiscum. Tomus I ab anno 1380 ad annum 1521 Collectus a F. G. S. Priore.* — Hic codex in folio invenitur Pelplini in archivo cancellariae episcopalis; opercula codicis sunt chartacea corio inducta. Haec, quae sequntur, continet: fol. 1 album est; fol. 2 invenies titulum operis et fol. 3 epistolam dedicatoriam; p. 1 — 18: Commentarius praevius de primordiis Domus huius; post p. 10 est tabula geographica Cartusiae Paradisi B. M. V. et possessionum monasterii; a p. 19 usque ad p. 164 pertinet Apparatus ad annalas Cart. Parad. B. M. V., res tractatur secundum tempus

---

[1]) cfr. Czaplewski l. c. p. 261. — Gedani in bibliotheca urbis (No. 1314) inveniuntur duae a Schwengelio scriptae chartae, quae continent notationes ad historiam Cartusiae pertinentes.

eorum priorum, qui tunc erant; p. 39 est tabula geographica monasteriorum ord. Cartus. provinciae Saxoniae; p. 165 — 406 inveniuntur 193 documenta; p. 407 — 416: Indices.

b. *Apparatus Ad Annales Cartusiae Paradisi B. M. V. Prope Dantiscum. Tomus II ab anno 1521 ad annum 1582. Collectus a F. G. S. Priore.* — Hic quoque codex asservatur Pelplini in archivo cancellariae episcopalis, habet eandem formam et opercula ut ille et haec continet: fol. 1 album est; fol. 2 est titulus operis, fol 3v. imago B. M. V. cum inscriptione circumcirca litteris maiusculis posita: Insignia Carthusiae Paradisi Beatae Mariae Virginis in Prussia; a p. 1 usque ad p. 82 narratur historia monasterii ab a. 1521 1582 secundum tempus priorum, qui tunc erant; p. 83 — 375 sequuntur 167 documenta; post p. 84 est tabula repraesentans Cartusiam Paradisi B. M.; p. 376 — 381: Tabula defunctorum nostrorum; p. 382 — 388: Indices.

c. *Apparatus Ad Annales Cartusiae Paradisi B. M. V. Prope Dantiscum. Tomus III ab anno 1582 ad annum 1589. Collectus a F. G. S. Priore.* — Ubi hic codex sit, ignoramus [1]).

d. *Apparatus Ad Annales Cartusiae Paradisi B. M. V. Prope Dantiscum. Tomus IV ab anno 1589 ad annum 1645. Collectus a F. G. S. Priore.* — Codex hic in folio est Gedani in bibliotheca urbis (No. 1311); opercula codicis sunt chartacea corio inducta cum impressis in priore tegmine litteris: C. M. P. Liber iste haec continet: fol. 1 invenies titulum operis, fol. 2 epistolam dedicatoriam, fol. 3 imaginem B. M. V. cum inscriptione ut supra ad b. commemoravimus; p. 1 — 252 exhibent annales huius domus digestas secundum priores regnantes memorato tempore; in folio sequenti est tabula repraesentans situm Cartusiae Gedanensis; p. 253 — 504 sequuntur 176 documenta; p. 505 et 506 excisae sunt; p. 507 — 521: Schema conventus

[1]) cfr. Strehlke, Georg Schwengels Chronik von Kloboczyn: Der neuen Preuss. Provinzial-Blätter andere Folge. Bd. IX. 1856 S. 251.

per annos singulos; p. 522 alba est; p. 523 — 524: Index onomasticus.

e. *Apparatus Ad Annales Cartusiae Paradisi B. M. V. Prope Dantiscum. Tomus V ab anno 1645 ad annum 1760 Collectus a F. G. S. Priore.* — Hic quoque codex invenitur Gedani in bibliotheca urbis (No. 1312); eius forma et opercula eadem sunt ut tomi IV. Codex haec continet: fol. 1 est imago B. M. V. cum inscriptione ut supra ad b. commemoravimus, fol. 2 titulus operis; fol. 3 extat solus titulus epistolae dedicatoriae: Venerabili conventui Cartusiae Paradisi B. V. Mariae ad Dantiscum; p. 1 — 172 sequuntur annales Cartusiae Dantiscanae ab a. 1645 — 1760 digestae secundum priores tunc regnantes; post p. 58 invenies tabulam repraesentantem Cartusiam Ilmbacensem Horti B. V. Mariae in Francia et p. 173v Cartusiam Dantiscanam; p. 173 — 304 sequuntur 143 documenta; p. 305 – 340: Schema conventus Paradisi B. M. per singulos annos.

IX. Gedani in tabulario publico (Staatsarchiv) invenitur codex (signatus: Stadt Danzig 300 Abt H q Tt Nr. 6) in 8-vo, cuius tegumentum chartaceum corio inductum, in priore tegimine exhibet litteras C. P. M. impressas et inauratas, in dorso vero codicis conspicitur titulus: Annales S. O. Cartus. Sed codex praeter annales s. ordinis Cartusiensis continet etiam alia opera Schwengelii. Post fol. I et II, quae alba sunt, invenitur in fol. III titulus: *Apparatus ad Annales S. Ord. Cartusiensis collectus a F. G. S. Priore Cartusiae Dantisc. 1753;* in fol. IIIv. est dedicatio: Ven. Conventui Cartusiae Paradisi B. V. M. ad Dantiscum Quidquid laboris, quidquid amoris, quidquid calami devovet, dedicat, consecrat F. Georgius Schwengel Prior indignus 29. Dec. 1753; in fol. IV est imago B. M. V. cum inscriptione, ut supra ad VIII b commemoravimus. Pag. 1 — 272 exhibent Apparatum ad annales s. ord. Cart. una cum 4 supplementis; annales digessit Schwengelius secundum annos a 1080 — 1750. Hoc opusculo Schwengelius videtur praeparare voluisse aliud eiusdem tituli opus, quod commemomoramus sub no. XIII. — Pag. 273 — 335 sequuntur:

Epistolae Selectae Cartusianorum ad Viros SS et illustres et vicissim. Pag. 336 alba est. Pag. 337 incipit aliud opus Schwengelii, cui inscriptum est: *Chronostica sacra ab anno nati Salvatoris usque ad tempus praesens collecta per F. G. S. Priorem Cartusiae Dantiscanae* (pag. 337 – 428), p. 429 – 432 albae sunt. Quae sequuntur sine paginarum numero folia 14 continent haec: Index Sum. Pontificum a fund. S. O. Cartusiensis, Generales Ordinis, Cartusiani illustres, Index Domorum Ord., Provinciae S. O. Cartusiensis, Index materiarum.

X. Gedani in bibliotheca urbis asservatur (No. 1315) codex (34 : 20 cm.), qui fragmenta operum Schwengelii de historia ecclesiastica Prussiae affert: fol. 1 — 9: *De Episcopatu Pomezaniensi;* fol. 9 — 18: *Tariffa Terrarum Prussiae w Warszawie 15. Februarii 1726;* fol. 19 — 41: *Sambia* (i. e. compendium historiae rerum civilium et ecclesiasticarum Sambiae); fol 42 — 49 sequitur fragmentum ex conspectu *historiae episcopatus Culmensis*, initium interiit.

XI. *Ad historiam ecclesiasticam Poloniae apparatus collectus a G. S. Priore Cartusiae Paradisi B. M. V. 1754.* – Hic liber novissimo demum tempore inventus est a Rndo canonico cathedrali Culmensi Neubauer et referetur procul dubio in bibliothecam Pelplinensem seminarii clericorum. Opercula codicis sunt chartacea recenter corio tecta. Scriptus est in 4-to, habet folia II et paginas 461. In prima parte (p. 1 416) haec continet: fol. I. est titulus operis, fol. II imago B. M. V. cum inscriptione ut supra no. VIII b commemoravimus, fol. IIv. sequuntur litterae dedicatoriae; p. 1 – 12: Kalendarium patronum regni Poloniae; p. 13 — 36: Proprium sanctorum regni Poloniae; p. 37 — 48: Status ecclesiasticus regni Poloniae; p. 48 – 60: Ecclesiae collegiatae secularium; p. 61 — 64: Episcopi regni Poloniae ad a. 1744; p. 64 — 70 sequuntur cathedrae et enumerantur praelati et canonici Gnesnenses ad a. 1741, Leopolienses ad a. 1754, Posnanienses ad a. 1741, Varmienses ab a. 1263 — 1753; p. 71 — 82 sequuntur variae ecclesiae infulatae et collegiatae;

p. 82 — 84 enumerantur nonnuli sancti et beati regni Poloniae; p. 84 enumerantur praelati et canonici Vladislavienses ad a. 1754; p. 85 — 96: Ecclesiae collegiatae regularium; p. 97 105: Status religiosus regni Poloniae; p. 106 — 192: Documenta de multis coenobiis, abbatiis, parthenonibus, collegiis et residentiis; p. 193 — 204: Addenda et corrigenda de aliquot abbatiis et monasteriis; p. 205 — 215: Catalogus monasteriorum et personarum S. O. Cisterc. per Poloniam 1754; p. 215 — 217: Festa sing. monasteriorum Cisterc. in Polonia; p. 217 — 218: Thaumaturga B. V. M. apud Cisterc. in Polonia; p. 219 — 222 sequuntur rursus notationes de coenobiis; p. 223 — 226: Provincia Polona Soc. Iesu; p. 226 — 279 sequuntur alia collegia, conventus, monasteria; p. 280 — 378: Excerpta ex Niesiecki de regularibus familiis; p. 379 — 383: PP. Cistercienses Suleioviae — diploma Vladislai ducis Poloniae ex a. 1233 cum nota de b. Christiano, episcopo Prussiae, sequitur: Pieczary seu magna Laura Kijoviensis, nota de monasterio Landensi et Wągrovecensi s. o. Cist., enumerantur praelati et canonici ecclesiae collegiatae Crusvicensis ad a. 1754; p. 384 est alba; p. 385 — 406: Index; p. 406 — 416: Catalogus conventuum et personarum provinciae maioris Poloniae ss. Corporis Christi Ord. FF. B. M. V. de Monte Carmelo strictioris observantiae. Sequitur pars II (p. 417 — 461) codicis, cui hic titulus p. 417 praefixus est: *Appendix ad Apparatum historiae ecclesiasticae Pomeraniae;* p. 418 est alba; p. 419 scriptum est: Antonius Sebastianus a Dembowa Gora Dembowski episcopus Vladislav. LXIX, superius est insigne generis eiusdem; p. 420 alba est; p. 421 — 428 invenies varia documenta, p. 429 — 432 adnotationes concernentes ecclesiam Neoburgensem, Komorscensem et Weyeropolensem; p. 432 — 442: Monumenta et inscriptiones, quae inveniuntur in nonnullis ecclesiis; p. 443 — 459 sequuntur documenta de nonnullis parochiis, villis ad eas pertinentibus, possessionibus etc.; p. 459 — 461: *De episcopatu Pomesaniensi.*

XII. a. *Diplomata Poloniae et Prussiae collecta a F. G. S. priore Cartusiae Dantiscanae 1758. Tomus I ab anno 1067 ad an. 1440.* – Codex est Londini in British Museum (Add. nr. 17094) [1]).

b. *Diplomata Poloniae et Prussiae collecta a F. G. S. priore Cartusiae Dantiscanae 1759. Tomus II ab anno 1440 ad an. 1526* (incl.) -- Codex asservatur Londini in British Museum (Add. nr. 17095) [2]).

XIII. *Apparatus ad Annales S. O. Cartusiensis, collectus a F. G. S. Priore domus Dantiscanae 1760.* — Codex invenitur Londini in British Museum (Add. nr. 17092) [3]).

XIV. In Pelplinensi bibliotheca seminarii clericorum est codex in 4[to] paginarum VIII et 323, quem conscripsisse videtur Georgius Schwengel; tegumentum codicis est chartaceum corio inductum, in priore tegmine exhibet litteras C. M. P. impressas et inauratas, in dorso vero codicis conspicitur titulus item impressus: Gesta S. P. Brunonis S. Ord. Cart. Liber iste haec continet: p. I — VII albae sunt, p. VIII imago B. M. V. cum inscriptione ut supra ad VIII b commemoravimus; p. 1 — 13: *Gesta S. P. Brunonis ante fundatum S. Ord. Cartusiensem;* p. 14 — 58: *Initia Sac. Ord. Cartusiensis;* p. 20 est tabula geographica exhibens situm Calabriae; p. 59 — 64 albae sunt; p. 65 -- 68: *Synopsis Sum. Pontificum ab incepto Ordine Cartusien.;* p. 69 — 71: *Generales Ord. Cartusien.;* p. 71 — 80: *Catalogus Domorum Ord.;* p. 81 — 84: *Domorum quarundam cognomina;* p. 84 — 88: *Tabula Provinciarum et Domorum Ord. Cartus. 1509;* p. 88 — 90: *Facies hodierna S. O. Cartusien.;* p. 91 — 117: *Tabula Paschalis ab incoepto Ord. Cartusien.;* p. 118 — 139: *Menologium Virorum Illustrium S. Ord. Cartusien.;* p. 141 est tabula confecta et impressa a. 1678 repraesentans situm Cartusiae Gedanensis cum tali inscriptione: Cartusia Paradisi B[ae] Mariae In Cassubia prope

---

[1]) Czaplewski l. c. p. 262.
[2]) Czaplewski l. c. p. 262.
[3]) Czaplewski l. c. p. 260.

Gedanum Sita fundata Anno 1382; p. 142 — 311 invenies 800 documenta ex annis 1090 — 1754 concernentia ord. Cartus.; p. 312 — 323 sunt albae.

XV. Gedani in archivo urbis asservatur a Schwengelio ipso exaratus codex (signatus: Stadt Danzig 300 Abt. H ff Ll Nr. 67) in folio, cuius opercula chartacea sunt. In fol. I. legitur hic titulus: „Historica“, deinde consignatio 12 dissertationum, quarum omnium hic quidem tomus tres tantum, quas iam iam allaturi sumus, continet: 1) *Pars historiae Pruss. ex Manuscripto pervetusto descripta ab a. 1351 — 1408;* constat 22 foliis. 2) Poema germanico idiomate conscriptum, cui in designatione folii I. hic quidem titulus datus est: *Relatio rythmica cujusdam P. Dominicani de tumultu a novis haereticis Gedani excitato 1524, ex eodem Manuscripto;* poema explet 7 folia. 3) Sequitur in foliis 50 dissertatio: *Collecta de gente equestri in terris Prussiae et Pomeraniae.* (Desunt in hoc codice sequentes 9 in folio I. consignatae dissertationes: 1. Specificatio omnium Gedani baptizatorum, copulatorum et mortuorum ab 1701 usque 1743. — 2. Acta Interregni post mortem Vladislai IV Regis Pol. — 3. 1669 d. 20. Sept. Smarzeviciis Decretum inter Regulares Can. Lateran. in causa criminali. — 4. Sermo Legati ad Sponsam Regiam Eleonoram Archiduc. Austriae. — 5. Expugnatio Chocimi. - 6. Ius patronatus Regum Pol. — 7. De obitu abbatis Pelplinen. — 8. Censura Civ. libelli Responsio Civ. Ged. ad scriptum Illsmi Rybinski. – 9. Augusti III Reg. conversio ad ss. fidem cath.). In fine codex haec additamenta habet: 1) Epistolam Dregerii ad von Kamcke d. d. 1743 30. Octob. 2) Epistolam Kamckii ad Georgium Schwengel d. d. 1743 3. Dec. 3) Epistolam Georgii Schwengel ad Dregerium d. d. 19. Dec. 1743 cum transcriptione privilegiorum, scilicet Samborii de a. 1260, Mistwini de a. 1283 et 1291, Boguslai de a. 1430, Literarum obligatoriarum civitatis Stolpen. de 1413. — Praeter epistolas Dregerii et Kamckii omnia a Schwengelio ipso sunt depicta.

XVI. Chronik von Klobczyn. — Transcriptio hu-

ius chronicae, cuius archetypus Mariaeburgi in archivo arcis esse dicitur, invenitur Gedani in archivo urbis (Stadt Danzig 300 Abt. H q L 1 Nr. 30) et in archivo pagi Kłoboczyn al. Klobschin. Strehlke eam typis exarari curavit in: Der neuen Preussischen Provinzial Blätter andere Folge. Bd. IX. Königsberg 1856. p. 252.

XVII. Pelplini in archivo cancellariae episcopalis invenitur in fasciculo continente varia documenta dissertatio a Schwengelio in 3 foliis exarata, cui titulus est: *De antiquitate Ecclesiae S. Adalberti et de dignitate Praeposituralì ad eandem.*

Iniuste vindicat Kętrzyński (Monum. Polon. hist. t. IV Lwów 1884. p. 125) Schwengelio opus, quod asservatur Pelplini in bibliotheca seminarii clericorum et cui titulus est: Limites Pogotkovienses.

Scribebam die 23. Octobris 1912.

Editor.

AD HISTORIAM ECCLESIASTICAM POMERANIAE

APPARATVS PAVPER

subsidia literaria poscens

A VIRIS BONIS ET DOCTIS

collectus ad interim a G. S. Cartusiae Priore

MDCCXLIX.

Cartusiae Gedanensis.[1])

[1]) Verba „Cartusiae Gedanensis“ posteriore manu addita.

Interroga Patrem tuum et annunciabit tibi, maiores tuos et dicent tibi. Deut 32.[1])

---

[1]) Sequens pagina vacua est; in pagina autem insequente est imago B. M. V. cum inscriptione circumcirca literis maiusculis posita: Insignia Carthusiae Paradisi Beatae Mariae Virginis in Prussia.

*Venerabili Conventui Cartusiae Paradisi Beatae Mariae Virginis in Pomerania. p. III

VV. PP. Collegi ex bibliotheca et archivo domestico fragmenta de ecclesiis et monasteriis Pomeraniae, in qua haec domus nostra posita est, nonnulla ad eandem rem recentiora a vicinis spiritualibus mihi communicata sunt. Lima, lubens fateor, opus habet a capite ad calcem usque hiulcum hoc opusculum, hanc Vobis relinquo. Satagebam de singulis ecclesiis et monasteriis aliqualem saltem notitiam Vobis exhibere; sed id praestare non potui. Quare id a Vobis expeto, ut dum plura et meliora didiceritis, hiatus impleatis et in quibus me claudicasse deprehenderitis, corrigatis, sic transmissuri ad posteros historiam integriorem et facturi rem Vobis commendabilem. Valete.

Dab. die 12. Decembris 1749.

Pietati, charitati ac benevolentiae Vestrae

devotissimus

F. Georgius Schwengel, Prior.

*Lectori. p. III v

Non de Pomerania universa, sed de eius duntaxat parte, quae Illustrissimis ac Reverendissimis Episcopis Cuiaviensibus in spiritualibus subiecta est, hic sermo fit. Scripsit ad annum 1642 vir perillustris Stephanus Damalevicz[1]), sanctae theologiae doctor, canonicus Vla-

[1]) Stephanus Damalevicz, Vitae Vladislaviensium episcoporum. 1642.

dislaviensis, opus insigne in vitas episcoporum Vladislaviensium et in eo praeter alia ecclesias et monasteria omnia et singula archidiaconatus Pomeraniae ad numerum revocavit. Abinde archidiaconatus idem incrementa haud parva per novas ecclesiarum ac monasteriorum erectiones et fundationes, templorum aliquot ab haereticis vindicatorum restitutionem atque haereseos suppressionem accepit. In nonnullis hierarchia Pomeraniae faciem aliam induit, nempe per translationes ecclesiarum ab uno decanatu ad alium. Denique haud pauca accedunt, ex quibus historia vetus ecclesiarum Pomeraniae elucidari et augeri potest quaeque a viris ecclesiasticis desiderantur. Scribunt hac nostra aetate multa haeretici et mirum in modum res suas perfidas dilatare quaerunt; vix aliquis praedicans moritur, mox vita eius typis excuditur, quasi orbi literato multum intersit scire, quantas opes uxori viduae reliquerit, quot proles procreaverit. Hem! quot zelosissimi inter catholicos parochi et curatores animarum, quot eximii praedicatores verbi divini, quot pii sacerdotes et reli-
p. IV giosi * nostris etiam temporibus sancto fine occubuerunt et vix nomine tenus commemorantur. Mutuavi de rebus istis consilia semel secundo cum viris ecclesiasticis et religiosis conventumque inter nos est, ut quisque pro concredito sibi talento, ea quae ad historiam ecclesiasticam Pomeraniae illustrandam facere possunt, colligat et chartae consignet. Et haec fuere vera motiva et incitamenta, quod apparatum hunc ad historiam ecclesiasticam Pomeraniae collegerim. Adiuvit me in his strenue sacerdos pius et doctus Ioannes Bork[1]), ecclesiastes Zukoviensis, eidem studio impense deditus, cui proinde gratias habeo. Utut vero novi, quod a me eremiticen professo, nemo eam, quae requiritur, de singulis ecclesiis historiae integritatem ac puritatem exposcere possit, ita confido, veniam dabit unusquisque, si me in nonnullis hallucinari deprehenderit. Ordinem historiae servare satagebam, non tamen servare potui. Qui ego me scire ad amussim haec omnia as-

---

[1]) cfr. p. 139 ad calcem.

seram! nihil hic ego ullius ecclesiae aut monasterii antiquitati ac dignitati vel praeeminentiae praeiudicatum iri volo, si quam aut quod recentius fundatam vel fundatum seniori et eminentiori alteri praeposui; sint singulis sua iura, nulli sum iniuriosus nec dedita opera id feci. Altius rem caepi, quam forte necesse fuit, nempe ab ipsis religionis christianae in Polonia initiis, quae aliunde satis cognita sunt. Quae mox sequuntur: De erectione cathedrae Crusviciensis, de amplitudine dioeceseos Vladislaviensis, Damalevicius fuse ac eleganter tradit. De conversione Gedanensium et Pomeranorum collecta sunt ex variis libris. Series regum Poloniae, genealogia ducum Pomeraniae, dominium Crucigerorum adhibita sunt pro distinctione temporis et regiminis. Deinceps series nuntiorum apostolicorum, episcoporum, suffraganeorum * Vladislavien- p. IV v.
sium, archidiaconorum Pomeraniae, officialium et surrogatorum Gedanensium atque decanorum ruralium per Pomeraniam sequitur. Postea per singulos decanatus ecclesias earumque curatos, quotquot noscere licuit, recensui nec non visitationes ecclesiarum Pomeraniae generales. Demum fundationes monasteriorum eorumque superiores et quae alia de eisdem didici, item de monasteriis desolatis scripsi. Ad calcem addidi chronicon breve rerum ecclesiasticarum Pomeraniae et supplementum ad praemissa. Iudicium de his omnibus penes aequum lectorem esto.

*De religionis christianae in Polonia initiis. p. 1

Quamvis Iesu Christi Evangelium apostolorum iam temporibus ad Sarmatas penetrasse Tertullianus [1]) aliique veteres scriptores asseverent, ipsum tamen Poloniae regnum nonnisi sub Miecislao I. circa annum Domini 965 Christo nomen feliciter dedisse christianoque nomine insignitum esse, scriptorum omnium, qui res Poloniarum tractaverunt, consensio est. Cromerus [2])

---

[1]) Tertullianus, Liber adrersus Iudaeos cap. 7: Migne s. l. II, 610.

[2]) Martini Cromeri De origine et rebus gestis Polonorum. Basileae. l. III. Miezislaus p. 46 sq.

felicia haec tempora sic commemorat: „Miecislaus I. peracto Gnesnae funere Zemomysli, patris sui, principatum suscepit et iuste quidem administrabat. Uxores septem barbarico more duxit; ex iis nullos tamen suscipiebat liberos. Erant iam tunc inter Polonos nonnulli, qui peregre revertentes a Boemis et Moravis religionem christianam domum referebant. Erant et externi partim in ministerio et comitatu principis, partim mercaturam in Polonia exercentes, partim etiam in recessibus silvarum et solitudinum, quo liberius cultui divino vacarent, degentes, christiani non pauci. His monentibus atque suadentibus et religionis christianae veritatem castitatemque praedicantibus, posteritatem denique et felicitatem principi, si eam religionem amplecteretur, pollicentibus, Miecislaus priores uxores dimittit Dambrowcamque christianam, Boleslai I. Boemorum ducis filiam, virginem de consilii sententia novo matrimonio sibi iungit. Quae posteaquam Gnesnam splendido comitatu advecta est, Miecislaus princeps baptismo, ut convenerat, ritu christianorum initiatur et subsequentibus diebus nuptias magna celebritate peragit anno Christi 965. Mox totum sese
p. 2 ad propagandam per omnem * principatum suum religionem, hortante et adiuvante uxore, convertit, basilicas 9 diversis locis aedificat easque suppellectili omnis generis pretiosa ornat, censibus et possessionibus locupletat et in dioeceses distributas, 2 quidem ex his archiepiscopis, nempe Gnesnensem et Cracoviensem, reliquas vero hoc est Posnaniensem, Smogoroviensem (quae postea Bicinensis ac demum Vratislaviensis dicta est), Crusviciensem (quae Vladislaviam successu temporis translata est), Plocensem, Culmensem, Lubussensem et Camenensem singulis episcopis attribuit iisque decimas omnis generis frugum de suis iuxta ac nobilitatis plebisque agris edicto perpetuo adscribit, ita quidem, ut eae decimae post messem ab iis, qui dant, ad constitutum locum comportentur. Tuncque quidem primum episcopae et basilicae in Polonia conditae et solenni ceremonia dedicatae sunt. His autem rebus perficiendis Aegidius cardinalis, episcopus Tusculanus,

Ioannis XIII. pontificis maximi legatus, praefuit, qui
primos archiepiscopos et episcopos Italici generis fecit,
cum nostri rudes adhuc essent et novitii. Additi sunt
et inferiores sacerdotes, qui partim socii et consiliarii,
partim administri essent episcoporum, quos vulgo prae-
latos et canonicos et plebanos dicimus; quibus etiam
possessiones a principe et locupletioribus quibusque
ac certae decimae ab episcopis attributae sunt tem-
plaque in oppidis et pagis permulta studio pietatis
exstructa. Horum igitur opera religio christiana cele-
riter magna caepit incrementa in Polonia, praesertim
cum alii muneribus et honoribus a pio principe di-
tionem suam omnem eius rei gratia circumeunte alli-
cerentur, alii minis adigerentur; deorum simulachra
ubique in oppidis atque villis confringerentur combu-
rerenturque et vani priscae superstitionis ritus abole-
rentur a magistratibus, edicto regio constituta ad eam
rem publice peragendam 7. die Martii. Repraesentari
au*tem eius rei memoriam etiam sua aetate Długossus p. 3
testatur, quod in pagis quibusdam simulachra Marza-
nae et Zievoniae contis praefixa (vel ut nos e maio-
ribus natu didicimus, trahis imposita) cum quaerulo
et lugubri cantu vulgo in pompa gestari et in paludem
vel in flumen abiici soleant ea die, quae est IV. do-
minica Quadragesimae“. Haec Cromerus.

Długossus[1]) ipsa omnia eodem ordine sed paulo
fusius enarrat, ad calcem vero addit: „Ordinatus est
autem in Gnesnensi ecclesia primus archiepiscopus
Vilibaldinus, in Cracoviensi Prochorius, in Posnaniensi
Iordanus, in Vratislaviensi Gotfridus, in Vladislaviensi
Lucidus, in Plocensi Angelotus, in Culmensi Octavia-
nus, in Camenecensi (Camenensi habet Cromerus)
Iulianus, in Lubucensi Iacinthus. Aegidius, episcopus
Tusculanus, cardinalis, Poloniam a summo pontifice
Ioanne XIII. missus, singulos episcopatus confirmavit
et singulis dioecesibus terminos posuit. Ex omnibus
ecclesiis praefatis devotione et sumptu regis Miecislai

[1]) Ioannis Długossi Historiae Polonicae libri XII. Franco-
furti 1711. lib. II. col. 96 sq.

fabricatis, unam tantummodo Crusvicensem videmus antiquitatem suae fabricae saxo, artificio et muro attestantem".

De his christianae religionis in regno Poloniae initiis ac episcopatuum fundatione Długosso et Cromero consentiunt omnes reliqui scriptores domestici Miechovius[1]) liber 2, Bielski pag. 50[2]), Neugebauer[3]), Herburt[4]), Stryikovius[5]), Guagvinus[6]), Damalevius[7]), Starovolscius[8]).

Porro Kadłubko[9]), scriptor omnium antiquissimus, rem paulo aliter refert, epistola X. Matthei episcopi Cracoviensis: „Mieszco 7 scortis repudiatis, de Bohemia quandam Dambrowkam nomine matrimonio copulat, cuius felici consortio glacies infidelitatis dissolvitur, et nostrorum labrusca gentilium in verae vitis palmites transmigrat. Huic enim catholicae fidei amantissimae non prius nubere collibuit, quam universum
p. 4 regnum Poloniae cum ipso rege christia*nae professionis suscepisset characterem. Primus itaque rex Polonorum Miesco gratiam baptismi suscepit". — Commentarius: „Mieszko anno Domini 966 cum sua tota gente Lechitica divina gratia disponente ac Dąmbrowka, sorore s. Wenceslai et filia ducis Vratislaviensis, ut creditur, quam Mieszko cupiebat ducere in uxorem sibi, sacrum baptisma suscepit. De qua anno 967 filium genuit, cui nomen Boleslaus in sancto baptismate imponi fecit. Anno vero 968 Iordanum in episcopum Poloniae et praepositum Cracoviensem ordinare procuravit. Tunc ecclesiae et episcopatus caeteri in Polonia per Dąmbrowkam dispositi, ex quibus discitur, quod haec regina maxime catholica fuit et magni meriti apud Deum. Fidem

---

[1]) Matthias de Miechovia, Chronica regni Poloniae. Cracoviae 1571. lib. II. c. 1. p. XXI.

[2]) Marcin Bielski, Kronika Polska wydał Turowski. Sanok 1856. p. 67 sqq.

[3]) Salomon Neugebauer a Cadano, Historia rerum Polonicarum. Hanoviae 1618 p. 50 sq.

[4]) Ioannes Herburt de Fulstin, Chronica sive historiae Polonicae descriptio. Basileae. lib. II c. 1 p. 17.

[5]) Stryjkowski, Kronika Polska. Królewiec 1582.

[6]) Guagninus, Historia Sarmaciae Enropeae. 1581. p. 9v.

[7]) Damalevicz l. c. p. 13 sq.

[8]) Starovolscius, Sarmatiae bellatores. Coloniae 1631 p. 2.

[9]) Vincentii, Cracoviensis episcopi, Chronica. lib II: Monum. Polon. hist. ed. Bielowski. Lwów 1872 t. II. p. 275.

enim in Poloniam apportavit, nec zelo Dei connubia sua Mieszko non baptizato habere voluit, nisi prius ipse cum sua gente fidem suscepit" [1]).

Epistola XI [2]): „Porro de tam generoso stipite surculus vegetatior, palma erupit faecundior, Mieszkonides Boleslaus. Qui adhuc tenellas fidei primitias, adhuc in cunis vagientem ecclesiam tam tenero amplexu, tam adulta fovit teneritate, ut geminam metropolim institueret et debitas suffraganeorum dioeceses utrique deputavit, ipsarumque dioecesium distinctiones certis limitibus insculpsit. Ad cumulum religionis patrem sanctitatis ac patronum sanctum Adalbertum, infinitis Boemorum iniuriis actum, devotissime suscipit, reverentiam exhibet, omni studio veneratur". — Commentarius: „Boleslaus dictus magnus et animosus, polonice Chrobri, terminos Lechitarum ab aliis deperditos strenue recuperaverat et sex cathedrales ecclesias: Posnaniensem, quam primo fundaverat, in cuius medio ecclesiae tumulatus quiescit, Gnesnensem, post Plocensem, Cracoviensem, Vratislaviensem, Lubieciensem et Kuiaviensem, quae nunc Vladislaviensis nuncupatur, fundat et multa monasteria construxit et dotavit. S. Adalbertus, postquam fides catholica in Poloniam per Dąmbrowkam allata quasi 30 annis viguit, in * Poloniam venit, novellos p. 5
in fide roboravit verbo et exemplo. Deinde versus Prussiam augendo fidem catholicam processit et ibidem martyrium suscepit anno 997".

Prodiit ante annos non multos Corpus scriptorum rerum Silesiacarum authore de Sommersberg, in cuius tomo II. habetur Chronicon Boguphali, episcopi Posnaniensis, qui obiit 1253. Hic pagina 24 ait [3]): „Meszka anno 965 Dąmbrowkam duxit in uxorem. Anno sequente cum tota gente Lechitarum seu Polonica, uxore suadente ac divina gratia inspirante, sacrum baptisma suscepit. Anno 968 idem Iordanum in episcopum Poloniae ordinari fecit". In eodem tomo habetur et aliud Chronicon anonymi archidiaconi Gnesnensis, saeculi XIV. scriptoris, qui pagina 81 inquit [4]): „Anno Domini

---

[1]) Vincentii Kadłubkonis Historia Polonica. Dobromili 1612. p. 641.

[2]) Vincentii Chronica: Monum. Polon. hist. II, 276.

[3]) Sommersberg, Silesiarum rerum scriptores. Boguphali Chronicon. t. II. Lipsiae 1730 p. 24.

[4]) Sommersberg l. c. Anonymi archidiaconi Gneznensis brevior chronica Cracoviae p. 81.

965 Iordan primus episcopus in Polonia ordinatus est et obiit anno 984. Item anno Domini 965 Dąmbrowka venit ad ducem Meszkonem. Anno 966 Meszko baptizatur et fides catholica recipitur". Et alio loco: „Anno Domini 965 Dąmbrowka de Bohemia nupsit Meszkoni, duci Poloniae, qui Meszko anno secundo baptizatus est".

Opinionem hanc Kadłubkonis, Boguphali et anonymi archidiaconi Gnesnensis fulciunt multi exteri veteres scriptores, nempe quod ecclesia Polonica sub Miecislao I. nonnisi in cunis vagiebat, quod universa Polonia unicam tunc nonnisi efficiebat dioecesim, cuius ab anno 965 usque ad 984 praesul erat Iordanus, quod denique metropolitana sedes aliaeque cathedrae nonnisi sub Boleslai Chrobri regimine fundatae ac erectae sint. In eo tamen, quod religio christiana in regno Poloniae circa annum Domini 965 exordium sumpserit, consentiunt omnes. Inter hos sunt Ditmarus Merseburgensis[1]), Chronicon Magdeburgense, Chronographus Saxo[2]), Annalista Saxo[3]) aliique plures. Imo B. Petrus Damia-
p. 6 nus[4]), episcopus Ostiensis, * sanctae romanae ecclesiae cardinalis, in rebus gestis s. Romualdi[5]), et eminentissimus cardinalis Baronius hanc properam sub ipso christianae religionis exordio novem episcopatuum in Polonia fundationem et erectionem videntur in dubium vertere. Sed refellit hos illustrissimus ac doctissimus praesul Plocencis, Stanislaus Łubienski[6]), vetustatem metropolitanae sedis aliorumque episcopatuum vindicans verbis huiuscemodi: „Non me sane movet Dithmari et Petri Damiani a cardinali Baronio allegatorum scriptorum auctoritas. Namque Dithmarus tot falsis

---

[1]) Thietmari Chronicon lib. IV: Monum. Polon. hist. ed. Bielowski. t. I. Lwów 1864 p. 261.

[2]) Annales Magdeburgenses (Chronographi Saxonis): Monum. Germ. hist. SS. XVI, 149.

[3]) Analista Saxo: Monum. Germ. hist. SS. VI, 633.

[4]) S. Petrus Damianus, Vita s. Romualdi c. 28: Migne s. l. 144, 979.

[5]) Baronius, Annales ecclesiastici. t. X. Antverpiae 1618 p. 777.

[6]) Stanislaus Lubienski, Vitae et series episcoporum Plocensium: Lubienski, Opera posthuma. Antverpiae 1643 p. 311 sq.

narrationibus farsit suam historiam, ut ei, uti nominis Poloni osori, fides haberi non possit. Ac, ut caetera taceamus, quis unquam credet, Boleslao demum principe archiepiscopatum Gnesnensem esse constitutum, cum parietes ipsi loquantur, ab Aegidio, episcopo Tusculano, cardinali, auctoritate Ioannis XIII. summi pontificis prope 40, antequam Otto imperator in Poloniam venisset, annis, ita statum ecclesiasticum formatum fuisse, ut et Gnesnae ac Cracoviae essent archiepiscopi et reliquas cathedras tenerent episcopi, ac sanctus ille Adalbertus ab omnibus scriptoribus Gnesnensis ecclesiae archiepiscopali dignitate fuisse ornatus perhibeatur. Et Petrus Damiani, qui prope sexagesimo anno a suscepta per Boleslaum regia corona vixit, quamvis vir magnus et pius fuerit, tamen dum res externas et longe ab Italia remotas scribere aggreditur, in multis falli et decipi potuit. Ut in eo cum referente Baronio scribit, Boleslaum regem quendam monachum ordinis Camaldulensium ad summum pontificem petendae coronae regiae causa ablegasse, cuius ne nomen quidem refert, nec ex quo monasterio prodierit, significat. Extant adhuc in maiori Polonia, sexto a Gnesna milliario, 5 martyrum Camaldulensium, regnante Boleslao quinto a coronatione ipsius anno, a Christo vero nato 1005, a latronibus immaniter caesorum sepulchra, singulis cellis distincta, quorum nomina * ea fuerunt: Benedictus, Ioannes, Matthaeus, Isaacus atque Christinus; p. 7
Barnabas insuper, qui caedis tempore cum abesset, martyrii coronam non est adeptus, sed postea vitae sanctitate illis par et vita functus separato itidem a fratribus tumulo conditus est. Fuisse hos divi Adalberti socios peregrinationis, semper antiqua traditione credidit ecclesia Polonica eorumque memoriam pridie Idus Novembris pia veneratione colit".

Dąbrowka erat Boleslai Bohemiae ducis filia, cui saevi cognomen datum ex moribus, quod fratrem s. Wenceslaum occiderat, adeoque non soror (uti Kadłubko scribit) sed neptis illius sancti martyris dicenda est.

De erectione cathedrae Crusvicensis.

Sat superque ex praemissis docemur, ecclesiam Crusviciensem adeoque et episcopatum Cuiaviensem primum fundatorem ac dotatorem habuisse Miecislaum I. monarcham Poloniae[1]; intelleximus pariter superius ex Długosso, ex omnibus ecclesiis devotione et sumptu Miecislai fabricatis, unam duntaxat Crusvicensem superesse, antiquitatem suae fabricae saxo, artificio et muro attestantem. Hanc sanctam ecclesiam ab ipso fundationis exordio, principibus apostolorum BB. Petro et Paulo dedicatam, suppellectili preciosa omnis generis a Miecislao fundatore ornatam, censibus et possessionibus locupletatam atque decimas illi omnis grani frugum de regiis iuxta ac nobilitatis plebisque agris perpetuo assignatam esse, ita ut ab ipsis aratoribus post messem ad constitutum locum convehantur, testatur Damalevicius[2], item quod eadem vigilantiae primi praesulis Lucidi, bono omine nominis totam dioecesim suam illustrantis, ab Aegidio cardinali, s. sedis apostolicae legato, commissa est, nec non quod idem
p. 8 primus antistes mox ad eandem * ecclesiam collegium praelatorum septem, nempe: praepositi, decani, archidiaconi, scholastici, cantoris, custodis, cancellarii et canonicorum 15 constituerit, attributa ipsis magna parte decimarum suarum illud dotaverit, dioecesim in parochias diviserit, ecclesias parochiales, ubi commoditas loci erat, concurrente munificentia Miecislai et Dambrowcae nobiliumque statuerit atque sacerdotes in iis collocaverit.

Ecclesiam hanc, quae a prima sui fundatione cathedralis nomen et auctoritatem annos prope ducentos retinuit, summa antistitum et sacri senatus gloria, tan-

---

[1]) Hodierni historici affirmant episcopatum Vladislaviensem conditum esse a Boleslao Audace (a. 1058—1080), qui bulla clarissima Gregorii VII. excitatus, tres episcopatus fundavit et dotavit: Vladislaviensem, Plocensem, Lubussiensem. cfr. Chodyński, Statuta synodalia dioec. Wladisl. et Pomeraniae. Varsaviae 1890 p. IV.

[2]) Damalevicz l. c. p. 41 sq.

dem horum utroque loci desolatio et cathedrae translatio in locum populosiorem, nempe Vladislaviam, exauthoravit[1]). Manet nunc collegiata.

De Crusvicia civitate monumenta. Długosz liber I[2]): „Popielus I. suscepto Poloniae regno, montana, sub quibus urbs Cracov consistit, pertaesus, in campestribus et planiciebus delectari caepit. Unde et sedem regni sui a Cracoviensi arce urbeque transferrens, ad originariam priscorum principum Poloniae, Gnesnam videlicet, rediit. Sed cum huius quoque inhabitatio sibi ingessisset fastidium, volens principatus sui in posteros relinquere monumenta, in campestribus lon-

---

[1]) Causa translationis, quam Długossius (Vitae episc. Poloniae p. 180) pari modo refert, commentitia esse videtur. Vladislavia enim tum temporis silvis continentibus undique cincta, dici nequit „locus populosior"; adhuc saec. XV sine moenibus erat, nihil momenti habuit, sola ecclesia cathedrali insignis fuit. Certe non loci opportunitas, sed res sive politicae, sive ecclesiasticae poterant esse causa translationis. Politicis rationibus duci potuisse Wladislaum Hermanum coniicitur ex eo, quod relicta Cracovia sedem regni fixit Plociae novamque urbem, Wladislaviam, condidit, ut episcopus ibi habitaret haud procul a principe suo; sed verisimile est, Wladislaviam iam ante religionem christianam in Poloniam inductam exstitisse; originem ethnicam urbis huius probant urnae, qua hodiedum in areis eius effodiuntur. Antiquissimis iam temporibus utraque urbs, Crusvicia et Wladislavia, habuit ecclesiam christianam suumque parochum, cui fortasse plures sacerdotes subditi erant. Parochos istos charactere episcopali insignitos fuisse, verisimile est, cum fere ubique primi religionis christianae praecones episcopi fuerint; posteriore tempore unus ex iis iurisdictionem episcopalem et regimen dioecesis obtinuit. Quo id tempore acciderit, nullum docet historicum documentum. Bulla Eugenii III de a. 1148 solius Wladislav. episcopatus possessiones enumerat, Crusvicienses ne memorat quidem; in eadem bulla Warner dicitur esse episcopus Wladislav. Translatio itaque, si quando fuit, acciderat ante tempus ab authore nostro assignatum cfr. Chodyński l. c. p. VI sq. — Abraham (Organizacya kościoła w Polsce. Lwów 1890 p. 84 sqq.) suspicatur episcopatum Crusvicensem Mieszcone II. regnante quidem erectum suique iuris esse constitutum, sed cum rege mortuo pagani odio christianae religionis incensi, in christianos saevire coepissent veramque religionem prorsus excidere studerent, interiisse et posteriore tempore a Boleslao III. (annis 1123—1124) episcopatui Vladislaviensi adiunctum esse, qui tunc erat constitutus.

[2]) Długossus l. c. p. 68, 76.

gum prospectum habentibus novam arcem novamque urbem iuxta lacus et paludes condidit eamque Crusviciam nominavit; in illam suam continuam mansionem transtulit, principalem eam sedem regni sui constituens. Ob quam rem urbs nova mercatorum et colonorum facile numero impleta, inter Poloniae urbes pro ea tempestate famosa et insignis habebatur. Ibidem rex idem morbo correptus vita decessit". Ibidem in turri arcis Popielus II., filius antedicti, cum uxore et liberis a muribus lenta morte consumptus est. Ibidem comitia pro electione novi regis antiquitus celebrata sunt. Civitati huic stirps Piastea, quae per tot saecula regium
p. 9 diadema * in capite gestavit regnique gubernacula gloriose tenuit, primos natales debet. In hac denique urbe divina bonitas praeludia propagandae mox per Poloniam religionis christianae exhibuit, de quo idem author[1]) alio loco sic scribit: „Placuit divinae bonitati post castigatum memorando exemplo Popielum II., mitioribus paternae clementiae signis, ad cognoscendam piissimi bonorum operum remuneratoris liberalitatem, gentem Polonorum allicere; itaque ut olim Abraamum et Cornelium (qui hospitalitatis officia sollicite peregrinis impensa remunerarentur) ad Piastum, virum plebeiae conditionis, victu facili vitam tolerantem et conquisita vitae subsidia in egenos et hospites large partientem, angelos duos sive, ut plerique explicant, Ioannem et Paulum, martyres, Crusviciam mittit; qui ab eo solita hilaritate excepti et penu non deficiente, cibo potuque auxerunt et regium diadema patrifamiliae eiusque posteritati contulerunt. Qui si aliquam divinae cognitionis lucem iam tunc adspexit et hanc a suis hospitibus potissimam partem remunerationis pro hospitalitate accepit, est quod Crusviciensis ecclesia agendo supremo numini grates, inter alias sibi gratuletur, quod suis principibus coelitus missa legatione, ad veri Dei cognitionem fuerit invitata. Reservabatur tamen ut publica christianae legis promulgatio, ita

[1]) Quae sequntur verba, non uti Schwengel censet, in Długossi libro habentur, sed inveniuntur in libro Damaleviczii (l. c. p. 24) cfr. Długossus l. c. p. 79 sq.

templorum in Polonia exaedificatio (Deo ita ordinante) Piasteo nepoti Miecislao". Idem habent Damalevicz[1]), Cromerus[2]), Lubienski[3]).

Anno 1113 hoc coeleste visum est Crusviciae prodigium[4]): „Boleslaus Krivoustus dux in Pomeranos exercitum ducebat Crusviciamque pervenit, ubi de stativis decedente exercitu in oculis omnium apparuit iuvenis formae venustissimae in pinnaculo capellae s. Viti, quae in civitate Crusviciensi e regione castri fuerat sita (nostra aetate nullum vestigium illius exstat). Tan*tus a splendente adolescentis vultu irradiabat fulgor, ut non modo Crusviciam totam, sed et campos vicinos illustraret. Cumque universus exercitus religiosa percitus admiratione, in eum ora et oculos, sed maxime dux ipse Boleslaus convertisset, e pinnaculo templi exiliens agmini copiarum anteibat atque recto tendens itinere, exercitu ductum ipsius sequente, Naklum pervenit, intra cuius pomerium pomo aureo iacto, spem certam urbis capiendae in animis Polonici exercitus ingeneravit ac mox disparuit". Damalevicz pagina 107. p. 10


De amplitudine dioeceseos Cuiaviensis.

Dioecesis haec a primaeva sui fundatione ab Aegidio, s. apostolicae sedis legato, latissima limitum institutione protensa est, utpote cuius non solum per oram Cuiaviensem, quae duos palatinatus, Brestensem et Iunivladislaviensem, complectitur, sed etiam per Pomeraniam usque ad extremas maris Balthici oras tractus patet[5]), ut ex approbatione terminorum a praedicto cardinali assignatorum perspicuum est, facta ab Eugenio III. Papa 1148[6]):

---

[1]) Damalevicz l. c. p. 24.
[2]) Cromerus l. c. lib. II Interregnum p. 19.
[3]) Lubienski l. c. p. 302.
[4]) cfr. Damalevicz l. c. p. 107 sq.
[5]) Limites dioecesis: Chodyński l. c. p. VII sq.
[6]) Damalevicz l. c. p. 32; Monum. Polon. hist. II, 15; Pommerellisches Urkundenbuch bearbeitet von Perlbach. Danzig 1882 p. 1.

Eugenius episcopus, servus servorum Dei. Venerabili fratri Vernero Vladislaviensi episcopo et successoribus cannonice instituendis. Quoties illud a Nobis petitur, quod rationi et honestati convenire dignoscitur, animo Nos decet libenti concedere et petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Quocirca, Venerabilis Frater, tuis iustis postulationibus clementer annuimus et Vladislaviensem ecclesiam, cui Deo authore praeesse dignosceris, sub B. Petri et Nostra protectione suscipimus et praesentis scripti privilegio communimus, statuentes, ut terminos tui episcopatus quemadmodum a bonae memoriae Aegidio, Tusculano episcopo, tunc apostolicae sedis legato, et a Boleslao, nobili eiusdem terrae duce, statuti sunt, absque diminutione aliqua Tu et successores Tui in perpetuum possideatis. Quascunque praeterea possessiones, quaecunque
p. 11 bona ad ecclesiam in praesentiarum iuste et ca*nonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis Deo propitio poterit adipisci, firma Tibi Tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus haec specialiter duximus exprimenda: Castrum videlicet Wolborz cum omnibus suis appenditiis, ecclesiam s. Mariae in Zawichost cum castro Lagow et decima eius aliisque suis appenditiis, nonum nummum de omnibus, quae solvuntur ecclesiae s. Mariae de Sendomierz secundum Polonicam iustitiam, praeposituram s. Michaelis in Cracovia cum omnibus ad eam pertinentibus, castrum Gdansk in Pomerania cum decima tam annonae quam omnium eorum, quae de navibus solvuntur, decimam partem de moneta et iudiciis totius episcopatus. Nulli ergo hominum liceat praefatam Vladislaviensem ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet molestiis fatigare, sed omnia conserventur eorum, pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolicae authoritate. Si quae igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona hanc Nostrae constitutionis paginam sciens contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non praesumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et sacratissimo Corpore et Sanguine Domini Nostri Iesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini Nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen. Ego Eugenius catholicae ecclesiae episcopus. Ego Linarus Tusculanus episcopus. Ego Oddo diaconus cardinalis s. Georgii. Ego Octavianus diaconus cardinalis s. Nicolai in carcere Tulliano. Ego Gregorius diaconus cardinalis
p. 12 s. Angeli. * Ego Guido diaconus cardinalis s. Mariae in Porticu. Ego Hiacynthus diaconus cardinalis s. Mariae in Cosmedin. Ego Hubaldus presbyter cardinalis tituli s. Praxedis. Ego Ari-


Gatczygorz
Leba
DECAN: LEOBVRGEŇ:
Lauenburg
Brzezno
Rozlązyno
CHOV:
Belgard
Lusino
Neudorf
Gora
Weiſheropol
Rheda
Swarzewo
DECAN: PVCEN:
Zarnowiec
Strzelno
Mechowo
Starzyno
Putck
Lepcz
Oxiwa
Oliva
Hela
MARE BALTHICVM:
Septentrio
39
40.


ARCHIDIACONAT.
POMERANIÆ.
Occidens
Oriens
Meridies
Septentrio
GNESNEN: ARCHIDIOEC:
CVIAVIA
CVLMENSIS DIOEC.
MARE BALTHICVM:
DECAN: BVTOVIEN:
DECAN: MIRACHOV:
DECAN: LEOBVRGEN:
DECAN: STAROGARD:
DECAN: PVCEN:
DECAN: GEDANEN:
DECAN: SVECEN:
DECAN: NOVEN:
DECAN: MEVEN:
DECAN: DIRSAV:
DECAN: STVBELAV:
Brdo fl.
Vistula fl.
Dantzig
Bütou
Leba
Lauenburg
Belgard
Bern
Cartusia
Putek
Hela
Starogard
Skarszewy
Dirsau
Mewe
Neuburg
Swiec
Oliva
S. Adalberti
Langnou

bertus presbyter cardinalis tituli s. Anastasiae. Ego Iulius presbyter cardinalis tituli s. Marcelli. Ego Bernardus presbyter cardinalis tituli s. Clementis. Ego Iordanus presbyter cardinalis tituli s. Susannae. Datum Romae per manum Guidonis, sanctae Romanae ecclesiae diaconi cardinalis et cancellarii, 9 Aprilis, indictione XI, Incarnationis Dominicae Anno MCXLVIII, pontificatus vero Eugenii III. papae anno 4.

Dioecesis Cuiaviensis ob amplitudinem suam in tres archidiaconatus exdivisus est, nempe in Vladislaviensem, in quo sunt decanatus 7, Crusviciensem, in quo sunt decanatus 4, et Pomeraniae[1]), in quo sunt decanatus 11.

Archidiaconatus Pomeraniae inclusus est inter flumina Brdo alias Brahe et Vistulam protensusque usque ad mare Balthicum, habens conterminam ab oriente dioecesim Culmensem et Pomesaniae, a quibus per fluvium Vistulae in longum dividitur, a meridie Cuiaviam sive archidiaconatum Crusviciensem nec non archidioecesim Gnesnensem, a quibus per flumen Brdo separatur, a septentrione mare Balthicum, ab occidente episcopatum Caminensem, quibus tamen limitibus aut signis ab hoc dividitur, compertum non habeo. Archidiaconatus iste Pomeraniae reliquos duos non tantum pluralitate decanatuum, sed et ecclesiarum ac monasteriorum nec non civitatum et populi longe antecellit, de quibus singulis inferius suo loco dicetur[2]).

*De conversione Gedanensium. p. 13

Limites episcopatus Cuiaviensis a primaeva eiusdem erectione ad extremas usque oras maris Balthici incluso Gedano per Aegidium, s. sedis apostolicae legatum, constitutos fuisse, paulo ante dictum est. Gedanenses vero, sicuti et Pomeranos Prussosque reliquos tunc dum ista fierent, circa annum 966, in cimmeriis superstitionum tenebris et densa paganismi caligine sedisse, neque citius ad cognitionem Dei veri et unici, quam ex praedicatione sancti praesulis Adal-

---

[1]) Prima mentio archidiaconi Pomeraniae occurrit anno 1240. cfr. Perlbach, Pom. Urkundenbuch 1882 p. 60.

[2]) Post pag. 12 invenies tabellam geographicam exhibentem singulos decanatus archidiaconatus Pomeraniae.

berti, Prussiae apostoli, pervenisse communis scriptorum veterum et recentiorum opinio est. Auctor[1]) vitae sancti huius pontificis et martyris aequaevus (habetur in tomo V. antiquae lectionis Canisii[2]), meminit et Baronius[3]) eiusdem ad annum 983) de prima Gedanensium conversione sic ait: „Sanctus Adalbertus a Bohemis repulsus, declinavit ad Bolezlaum Poloniarum ducem, quia sibi amicissimus erat. Inde adversus diram barbariem prophanosque idololatras gladium praedicationis acuens et aptans, cum quibus primum dimicare oporteret, animo deliberare cepit, utrum Luiticenses, quos christianorum praeda miserorumque hominum damna pascunt, an Pruzzorum fines adiret, quorum deus venter est et avaritia iuncta cum morte est. Tandem alternanti potior sententia successit animo, ut quia haec regio proxima et nota fuerit duci praedicto, Pruziae deos et idola iret debellaturus. Dux vero cognita voluntate eius, dat ei navem et ipsam pace pro itineris ter deno milite armat. Ipse vero primo adiit urbem Gidanie, quam ducis latissima regna dirimentem maris confinia tangunt. Ibi divina misericordia adventum eius prosperante, baptizabantur hominum multae catervae; ibi missarum solemnia celebrans, Patri immolat Christum; cui non post multos illos dies seipsum pro hostia fuerat oblaturus. Quidquid vero superfuit Deo[4]), quod ipse et novi baptizati communicarunt,
p. 14 colligere iubet * et mundissimo panno involutum sibi servavit pro viatico deportandum. Postera autem die salutatis omnibus imponitur carinae et pelago et tollitur ab eorum oculis, nunquam postea videndus. Hinc nauticum iter velocissimo cursu peragens, post paucos dies marinum littus egreditur, et reversa est navis cum armato custode. Ipse autem pro praestitis beneficiis

---

1) cfr. Iohannis Canaparii Vita et passio s. Adalberti martyris: Monum. Poloniae historica ed. Bielowski t. I Lwów 1864. p. 179 sq.

2) Henricus Canisius, Antiquae lectiones t. V. Ingolstadii 1604. Vita vel passio s. Adalberti p. 350.

3) Baronius l. c. t. X p. 837, 906.

4) Legendum: de eo. cfr. Canaparii Vita s. Adalberti l. c.

gratiam vectoribus et vectorum domino agens, remansit ibi cum geminis fratribus, quorum alter presbyter Benedictus, alter dilectus et a puero sibi comes frater Gaudentius erat".

Quis vero abinde neophytos istos in fide confirmavit, qui sacerdos ipsis ecclesiastica sacramenta administravit, an aliquod templum assurrexit, nullibi hactenus legi[1]).

Curicke[2]) lib. 4. Gedanographiae aestimat, Gedanenses in ethnicismo non ita feros sicuti alios Pruthenos, sed mitioris ingenii animique bene culti fuisse, inde id probans, quod praedicationi sancti praesulis Adalberti tam faciles aures praebuerint Christique iugo suavissimo tam libenter colla submiserint. Sed et supponendum est, ipsos ex commerciis cum christianis transmarinis mores eorundem saltem exteriores induisse.

De conversione Pomeranorum.

Kadłubko[3]), Długosz, Cromerus, Damalevicz, Micraelius aliique domestici, Ditmarus, Adam Bremensis, Helmoldus, Krantzius in Vandalia aliique exteri scriptores enarrant, Pomeranos non semel, secundo, sed pluries christianam fidem suscepisse, sed et toties repudiasse. Anno Domini 814 evangelium Iesu Christi Pomeranis praedicatum est per religiosos Corbeienses ordinis sancti Benedicti, promovente Ludovico imperatore. Anno Domini 919 Pomerani secundo ad Christum

---

[1]) cfr. Kujot, Kto założył parafie w dzisiejszej dyecezyi chełmińskiej: Roczniki Tow. Nauk. w Toruniu. 1902. IX, 9 sqq.

[2]) Reinhold Curicken, Der Stadt Dantzig historische Beschreibung. Amsterdam u. Dantzigh 1868. S. 297.

[3]) Kronika Mistrza Wincentego II, 22: Monum. Polon. hist. t. II. Lwów 1872 p. 303 sqq. — Długossus l. c. lib. IV p. 368 sqq. — Cromerus l. c. lib. V p. 109. — Damalevicz l. c. p. 104. — Micraelius, Sechs Bücher vom alten Pommerlande. Stettin 1723 II, 66 p. 145 sqq. — Thietmari Chronicon VII, 52, VIII, 16: Monum. Polon. hist. I, 310, 317. — Adami Gesta Hamburgensis eccles. pontificum: Monum Germ. hist. SS. VII, 313. — Helmold, Chronica Slavorum. Francoforti 1573. cap. 6 p. 14. — A. Krantzii Wandalia. Francofurti 1575. lib. III c. 28 p. 71 sqq.

p. 15 perducti ope Henrici I. * imperatoris, sed et secundo recesserunt. Neque dubitandum est inter multas illas catervas hominum, quos sanctus Adalbertus anno Domini 997 Gedani baptizavit (uti paulo ante dictum est), Pomeranos etiam fuisse. Anno 1000 institutus est Reinbernus episcopus Colbergensis in Pomerania et metropolitanae sedi Gnesnensi subiectus[1]). De quo Dithmarus Merseburgensis[2]) sic ait: „Vlodimirus, rex Russorum, 3 habens filios, uni eorum Bolizlavi, ducis Poloniae, filiam in matrimonium duxit, cum qua missus est a Polonis Reinbernus, praesul Salsae Cholbergiensis. Ille in pago Hassegun (Hasseken habet Micraelius) dicto natus liberalique scientia a prudentibus magistris educatus, gradum episcopalem ascendit, ut spero dignus. Quantum autem in cura sibi commissa laboraverit idem, non mea sufficit scientia nec etiam facundia. Fana idolorum destruens incendit et mare daemonibus cultum, immissis quatuor lapidibus sacro chrismate perunctis et aqua purgans benedicta, novam Domino omnipotenti propaginem in infructuosa arbore, id est in populo nimis insulso, sanctae praedicationis plantationem eduxit. Vigiliarum et abstinentiae et silentii assiduitate corpus suum affligens, cor ad speculum divinae contemplationais infixit. Quem praedictus rex audiens, filium suimet hortatu Bolizlavi tacito reluctaturum sibi, cepit cum eodem et uxore et in singulari custodia claudit. In qua pater venerabilis, quod in aperto fieri non potuit, in secreto studiosus in divina laude peregit. Hic cum se lacrimis assiduaeque orationis ex corde contrito prolatae, hostia summo sacerdoti reconciliaret, ex atro corporis carcere solutus, ad libertatem perennis gloriae gaudens transiit 1008“[3]).

Mortuo Reinberno successit in cathedra Colbergensi Benno, canonicus Hamburgensis, vir prudens,
p. 16 qui in populo Slavorum (Pomerano*rum habet Micrae-

[1]) cfr. Kujot l. c. p. 12; Wehrmann, Gesch. von Pommern. Gotha 1904 I, 51.

[2]) Thietmari Chronicon VII, 52: Monum. Polon. hist. I, 310.

[3]) Reinbernus cr. a. 1013 Kijoviae mortuus est.

lius[1]) multum in praedicando fructum attulit. Adam Bremensis[2]) utriusque istius episcopi meminit, Baronius[3]) Reinberni ad annum 1008, Bennonis ad annum 1013, nec non rebellionis Pomeranorum seu Slavorum ad annum 1012 his verbis: „Tunc vero et Slavi a christianis iudicibus plus iusto compressi, excusso tandem iugo servitutis, libertatem suam armis defendere coacti sunt. Principes Winulorum (*) erant Mizzidrog et Mistrowoi, quorum ductu seditio inflammata est. His ducibus Slavi rebellantes totam primo Nordalbingiam ferro et igne depopulati sunt. Deinde reliquam peragrantes Slavoniam, omnes ecclesias incenderunt et ad solum usque diruerunt; sacerdotes autem et reliquos ecclesiarum ministros variis suppliciis enecantes, nullum christianitatis vestigium reliquerunt“.

(*) Micraelius liber 2[4]) habet: „Mestiboy und Mizdraw regierten über die Mechlenburger und Pommern. Mestiboy verschwur gäntzlich den Christlichen Glauben, mit dem Vorgeben, er könnte die schwere Bürde und Auflagen, so die Geistlichen dem Lande auflegeten nicht ertragen. Die Priester und Münche die er nicht tödete, vertrieb er aus dem Lande. Doch hat dieser Mestiboy endlich im Alter sich wieder zum Christenthum gewendet".

Circa annum 1026 donatione Miecislai II., regis Poloniae, potitus est ducatu Pomeraniae Bela, exul princeps Ungariae, qui res christianorum collapsas denuo erexit et per annos 30, quibus hanc provinciam gubernavit, egregie tuitus est. Antonius Bonfinius[5]) rerum Ungaricarum decade 2 lib. 2 ad hanc rem sic scribit: „Andreas, Bela et Leventa, qui sancti Stephani, regis Ungariae, iussu extorres in Boemiam aufugerant, egestate affecti in Poloniam se receperant, ubi a Mescone, Poloniae principe, benigne suscepti sunt. Hac tempestate inter Pomeranos, christianae fidei expertes

---

[1]) Micraelius l. c. lib. II no. 49 p. 127.
[2]) Adami Gesta Hamb. eccl. pontif. l. c. p. 323.
[3]) Baronius l. c. t. XI p. 33, 41.
[4]) Micraelius l. c. lib. II no. 50 p. 127 sq.
[5]) Antonii Bonfinii Rerum Ungaricarum decades quatuor cum dimidia. Hanoviae 1606 Dec. II lib. II p. 194.

p. 17 Polo*norumque vectigales, et Polonos orta discordia, res armis agi cepta. Verum cum utrinque acies constitissent, utrique genti visum est, ut commodius saluti publicae consuleretur, ambo duces singulari certamine litem dirimerent. Placuit populis utrisque conditio. Bela itaque in medium prodiens, si vobis (inquit) Poloni placet, ut pro principatu ac dignitate vestra in certamen ipse descendam, ultro pro vobis subibo periculum. Accepit Mesco, quod Bela detulerat, nec Pomeranus recusat. Quare ubi se certamini ambo commisere, cum infestis hastis primo concurrerent, dicto celerius Bela hostem equo deturbat, mox gladio confossum prostravit humi. Mesco, qui Belae opera victoriam sibi compararat, Belam non modo multis muneribus affecit, verum etiam filiae nuptiis et Pomeranorum provincia ample donavit. Bela ex Mesconis filia Geysam Ladislaumque sanctum suscepit. Anno 1051 reversus est in Ungariam". Fusius haec tractat Bonfinius. Meminit eorum et Cromerus[1]), sed alio sensu duellum istud explicat, similiter Długosz[2]).

Post abitum Belae, Pomeranos illico ad vomitum rediisse rursumque immundorum idolorum cultum renovasse, docent perennes illae rebelliones in regnum Poloniae, quas Cromerus aliique enarrant.

Tanden ad annum 1107 ex singulari occasione Pomeranorum orientalium conversio seria subsecuta est. De qua Damalevicz[3]) sic ait: „Operae pretium esse videtur, hic reminisci conversionis Pomeranorum, quorum maxima pars ab initio episcopatus Crusviciensis fundati, sollicitudini eiusdem episcopi est assignata decimasque pendere iussa, talem occasionem consecuta; Martinus, Gnesnensis archiepiscopus, una cum Nicolao, archidiacono Gnesnensi, iter faciebat, in quo ecclesiam parochialem Spicimiriensem, sacrum missae sacrificium auditurus, invisit iamque cum presbytero sacris ope-
p. 18 rante ex more * generalem confessionem recitabat archiepiscopus, cum subito a ministris nuntiatur hostium

[1]) Cromerus l. c. lib. III p. 68.
[2]) Długossus l. c. lib. II p. 186.
[3]) Damalevicz l. c. p. 103.

Pomeranorum incursus. Hi per exploratores suos facti
certiores de adventu archiepiscopi, quod eos ab impio
falsorum numinum cultu avocaret religionemque catho-
licam colendam ac decimas et primitias persolvendas
urgeret frequentius, ad ipsum comprehendendum denso
agmine irruerunt. Consternatum metu archiepiscopum
et quo se in tam inopinato casu verteret fluctuantem
(neque enim familiae numerus sibi tunc adhaerentis
turmae hostili par erat, imo plerique in latebras, quas
cuique casus obtulit, se abdiderant) archidiaconus fugae
salutem permissurus, foras erumpens deserit. Hunc
Pomerani archiepiscopum rati, cultiore namque vestitu
splendebat, elapsum aede sacra intercipiunt et magno-
pere laeti honesta exceptum veneratione rhedae im-
ponunt optataque, ut putabant, potiti praeda, cum
reliquos comites in ecclesiam regressi non comperis-
sent, ecclesiam vero sacra suppellectili spoliassent, in
Pomeraniam revertuntur tanto velocius, quanto iustiore
fuissent perculsi timore, ne ipsi praeda cessissent Po-
lonis. Martinus interea, dum hostes ad captivandum
archidiaconum accurrerant, meta intendente, vires gran-
devae senectutis, sublimius tectum oratorii conscen-
derat; sacerdos, qui divinam rem orsus fuerat, se inter
aram et templi frontem occultaverat, cum Pomerani
curiose abdita aedium loca scrutari supersederent, veriti
maxime, ne quid mora periculi a Polonis afferret. Non
abiit impune tam sacrilega hostium temeritas; singuli
namque, qui ecclesiae Spicimiriensis vasa irreverenti
audacia contigerant eaque profanis usibus applicanda
animo statuerant, aut in insaniam mentisque aliena-
tionem versi sunt aut epilepsia acti conciderunt; ex
his denique deliri ferro et saxis obvios quosque, nullo
sanguinis aut necessitudinis discrimine habito, impe-
tebant. Coniuges et familiares * aedibus exturbabant, p. 19
quos si assequi non possent, dentibus et unguibus
semet laniabant cruentisque morsibus saeviebant in
propria corpora; neque sceleris istius auctores duntaxat
tali aegritudine, verum etiam coniuges ipsorum et li-
beri fuerunt obnoxii. Eius gravitate supplicii caeteri
ad meliorem reducti mentem, impiae temeritatis a nu-

minis vindicta poenas metuentes, cum plurimos iam suorum misere viderent exanimatos, omnia sacra archidiacono restituunt, superstitiosis gentilium sectis renuntiant, fidei orthodoxae manus dant atque solutionem primitiarum et decimarum hactenus negatam, perpetuis temporibus se reddituros vovent. Non poterat non laetari pius antistes Crusviciensis Paulinus, dum plures oves ad ovile Domini suae dioecesi a prima episcopatus institutione destinatas, hactenus in barbara superstitione errabundas, videret properare. Qui cum annis duodecim Crusviciensem rexisset ecclesiam, obiit anno Domini 1111 Crusviciaeque sepultus est". Hanc eanden historiam habent Kadłubko[1]), Długosz[2]), Cromerus[3]). Sed neque hac divina castigatione Pomeraniae totius stetit conversio.

De Pomeranorum conversione per sanctum Ottonem, episcopum Bambergensem.

Ex vita huius sancti praesulis et Pomeraniae apostoli, quam habet Canisius[4]) tomo 2 epistolam Boleslai Crivousti, ducis Poloniae, ad sanctum Ottonem: „Domino suo et Patri amantissimo Ottoni, Venerabili episcopo, Polizlaus, dux Poloniae, filialis obsequii humilem devotionem. Quia in diebus iuventutis Tuae apud patrem meum decentissima honestate te conversatum memini et nunc quoque Dominus tecum est, firmans te et benedicens tibi in omnibus viis tuis, si tuae non displicet dignitati, veteres tecum amicitias renovare Tuoque consilio simul et auxilio uti ad Dei gloriam promovendam, ipsius gratia coadiuvante. Nosti enim, ut arbitror, quomodo Pomeranorum cruda barbaries, non mea quidem sed Dei virtute humiliata, societati
p. 20 ecclesiae per baptismi lava*crum se admitti petunt. Sed ecce per triennium laboro, quod nullum episcoporum vel sacerdotum (*) idoneorum mihive affinium

---

[1]) Vincentii Chronica l. c. Mon. Pol. Hist. II, 337.
[2]) Długossius l. c. lib. IV p. 368.
[3]) Cromerus l. c. lib. IV p. 109.
[4]) Canitius l. c. t. II. Vita b. Ottonis auctore anonymo, p. 372 sq. cfr. Wehrmann l. c. p. 61 sqq.

ad hoc opus inducere queo. Unde quia tua sanctitas ad omne opus bonum prompta et indefessa praedicatur, rogamus, Pater amantissime, non Te pigeat, nostro comitante servitio, pro Dei gloria Tuaeque beatitudinis incremento, id laboris assumere. Sed et ego Tuae paternitatis devotus famulus, impensas omnes et socios itinerum et linguae interpretes et coadiutores presbyteros et quaecunque necessaria fuerint, praebebo. Tu tantum Sanctissime Pater venire dignare“.

(*) vide, quid hactenus retardavit seriam Pomeranorum conversionem.

„His auditis sanctus praesul misit legatos ad sedem apostolicam pro petenda licentia et benedictione. Demum paratis omnibus, postridie sancti Georgii (1124) itineri se dedit, assumptis clericis idoneis Gneznamque cum gaudio pervenit. Inde post septem dies, collatis sibi a Boleslao duce satellitibus sub centurione Paulitio, viro strenuo et catholico, curribus, victualibus et moneta illius terrae atque societatis ipsi tribus sacerdotibus, capellanis de latere suo, coadiutoribus verbi, Pomeraniam intraverunt. Dux vero Pomeranorum Vartizlaus (qui occulte christianus erat) adventus eorum praescius, cum 500 viris occurrens, pontificem amplectitur iterque ad castrum Piryssam (Pieritz) insimul direxerunt. In ipso autem itinere viculos paucos per bellum vastatos et raros incolas invenimus (interfuit praesens author vitae sancti Ottonis), qui de fide christiana interrogati, pedibus episcopi advolvuntur, catechizari se atque baptizari postulantes. Hos ergo, quasi primitias messis Dominicae in aream Domini sui messor devotus componens, baptizavit illic homines triginta. Piryssae autem septem diebus catechizans, exstructis tribus baptisteriis, multitudinem gentium baptizavit abindeque per viginti dies ipsam docuit veritatem evangelicam. Relictoque ibidem sacerdote, Caminum progressus est; ubi per quadraginta dies evangelizans et ipsius loci atque circumiacentis provinciae populum catervatim accedentem bapti*zavit, ducem p. 21
Vartizlaum in fide confirmavit, milites, qui cum duce illuc venerant, catechizavit statimque et baptizavit ex-

structaque quoque ecclesia et altari sanctificato atque sacerdote ibidem collocato, profectus est Iulinum; sed illic a barbaris repulsam passus, divertit Stetinum; ubi per tres menses evangelizans, tandem destructis fanis atque simulachris, victoriam crucis erexit exstructaque in medio foro ecclesia, sacerdotem ad eandem investivit. Hinc Graticiam (Gartz) et Lubinum; inde reversus Iulinum illicque populo baptizato, ecclesias duas et sedem episcopatus constituit. Inde Clodonam, Kolbergam, Belgardiam profectus, ibidem crucis trophaeum erexit terminumque evangelii posuit. Demum Poloniam repetiit indeque mox ad episcopatum suum reversus, Bambergam ante diem Palmarum 1125 pervenit. In Pomerania vero ad praesulatum sublimatus est Adalbertus, unus ex capellanis ducis Boleslai, quem cum 2 aliis sacerdotibus in adiutorium sancti Ottoni concesserat.

Anno Domini 1128 sanctus Otto Pomeraniam revisit acceptoque itinere per Saxoniam, primum Timinam (Dämmin) pervenit ante Pentecosten; in qua civitate dux Vartislaus ad festum Pentecosten conventum generalem indixerat, qui non antea solutus est, quam principes ipsi et omnes, qui cum eis advenerant, baptismi sacramentum percepissent. Inde sanctus praesul progressus est Hologostam (Wolgast), Gozgangiam (Gutzkou), Stetinum, Iulinum. Demum ad cathedram suam revertens, Bambergam in vigilia sancti Thomae 1128 pervenit. Sacerdotes autem, quos sanctus Otto adduxerat, ad loca alia evangelizandi gratia diverterunt.

Anno Domini 1175 sedes episcopalis Iulino Caminum translata est".

Quo vero anno Subislaus princeps (qui inter duces Pomerelliae primus fidem christianam suscepisse legitur et 1170 Olivam fundavit) et quo docente conversus, cuius ministerio baptizatus est, nemo scriptorum recordatur. Sub hoc principe fides catholica firmas radices egit in Pomerellia et post tantas varietates ad maturitatem pervenit.

*Reges Poloniae a suscepta religione catholica.

p. 22

1. Anno 963 Miecislaus I. fit christianus, obiit 992.
2. 992 Boleslaus I. coronatus anno 1000, obiit 1025.
3. 1025 Miecislaus II. obiit 1034.

Interregnum.

4. 1041[1]) Casimirus I. ex monasterio Cluniacensi revocatus, obiit 1058.
5. 1058 Boleslaus Audax, qui sanctum Stanislaum necavit 1079 et abinde exulavit.
6. 1082 Vladislaus Hermanni, frater Boleslai, obiit 1102.
7. 1103 Boleslaus Krzywousty.
8. 1140 Vladislaus II., expulsus 1146.
9. 1146 Boleslaus Crispus, obiit 1173.
10. 1173 Miecislaus III. per 4 menses.
11. 1174 Casimirus II., obiit 1194.
12. 1194 Lesco Albus.
    (Miecislaus III. secundo regnat.)
13. Vladislaus Lasconogus.
    (Lesco Albus 2do, occisus 1227.)
14. 1228 Boleslaus Pudicus, obiit 1279. Inter medii imperabant Henricus I., qui obiit 1238. Cui successit Henricus II. Pius a Tattaris occisus 1241. Item Conradus dux Masoviae et Boleslaus filius eiusdem.
15. 1279 Lesco Niger obiit 1289.
16. Vladislaus Locticus.
17. Premislaus II. occisus 1295.

Interregnum 5 annis.

18. 1300 Wenceslaus rex Poloniae et Bohemiae, obiit 1305.
19. 1306 Vladislaus Locticus secundo; sed in maiori Polonia imperabat Henricus dux, qui obiit 1309. Cui successit Boleslaus. Tandem Maiorem Poloniam recuperavit Vladislaus Locticus et 1320 in regem unctus est. Mortuus 1333.
20. 1333 Casimirus Magnus, obiit 1370.
21. 1370 Ludovicus rex Poloniae et Ungariae, obiit 1381.
22. 1384 Hedwigis.

---

[1]) a. 1038.

23. 1386 Vladislaus Iagello, magnus dux Lithuaniae,
p. 23 qui hoc anno baptizatus et una Hed*wigi reginae in matrimonium iunctus atque in regem coronatus est. Hic totam Lithuaniam regno Poloniae perpetuo incorporavit et fidem christianam ibidem strenue promovit. Obiit 1434.

24. 1434 Vladislaus Iagellonides, qui in conflictu Varnensi occubuit 1444.

25. 1445 Casimirus Iagellonides, qui obiit 1492.

26. 1492 Ioannes Albertus, qui obiit Thorunii 1501.

27. 1501 Alexander, filius alter Casimiri regis. Obiit 1506.

28. 1506 Sigismundus I., filius tertius Casimiri regis. Obiit 1548.

29. 1548 Sigismundus Augustus, sub cuius regimine haereses in Polonia magnos progressus fecerunt. Obiit Knisini 1572 die 7. Iulii. Ultimus ex stirpe virili Iagellonica.

30. 1573 Henricus de Valois, princeps regius Franciae, qui post aliquot menses Poloniam clam relinquens in Franciam reversus est.

Interregnum.

31. 1576 Stephanus, princeps Transilvaniae, qui obiit 1586, aetatis 44[1]).

Interregnum.

32. 1587 die 27. Decembris coronatus Sigismundus III., princeps Sveciae, qui haeresibus suppressis, res catholicorum strenue promovit. Obiit 30. Aprilis 1632, longiore vita dignus.

33. 1632 Vladislaus IV., filius Sigismundi, obiit 20. Maii 1647.

Interregnum.

34. 1648 die 17. Novembris electus Ioannes Casimirus, filius alter Sigismundi III. regis, qui novo exemplo cura salutis aeternae regnum abdicavit 1668 et in Franciam abiit, ubi in abbatia s. Germani prope Parisios pie obiit 1672.

---

[1]) Aetatis 53.

35. 1669 Michael dux Koributh Wisniowiecki, obiit florente aetate 10. Novembris 1673.
36. 1674 electus Ioannes III. Sobieski, supremus regni marescalcus et exercituum dux. Post bella multa contra Turcas gloriose peracta, obiit 17. Iunii 1696, aetate 66.
37. 1697 Augustus II., dux et elector Saxoniae. Obiit 1. Februarii 1733.
38. 1733 Augustus III. vivat.

*Genealogia ducum Pomeraniae. p. 24

1. Suantiborus I., princeps Sclauoniae, Vandaliae, Cassuborum, Pomeranorum et Stetinensium, vir ethnicis superstitionibus adhuc addictus, obiit 1107. Liberi eius paternas terras partiti, distinctionem citerioris et ulterioris Pomeraniae primi fecere gentemque in duas familias scidere. Ex his Vartislaus et Ratiborius citeriorem sortiti Pomeraniam, ubi Stetinum amplissimae familiae sedes est. Bugslaus et Suantepolcus, quorum descendentes hic recensentur, ulteriorem Pomeraniam, quae nunc Pomerellia nuncupatur, occuparunt. Reusnerus [1]).

2. Bugslaus I., princeps ulterioris Pomeraniae (ditionis quae est inter Caslinum et Vistulam sita et Pomerellia vocatur), religionem ethnicam sub Boleslao Crivousto, cum quo gravissima gessit bella, abiecit et christianam profiteri coepit. Primus Cassuborum princeps a rege Poloniae investitus. Putcium aedificavit 1145 et obiit 1150. Reusnerus [2]).

3. Suantopelcus, frater Bugslai, princeps Pomeraniae ulterioris, regis Poloniae vasallus, a Boleslao Crivousto victus captusque, in vinculis expiravit 1120. *ἄγαμος*. Reusnerus [3]).

4. Subislaus, filius Bugslai, dux Pomeraniae, qui primus christianam religionem publice professus, Ge-

---

[1]) Eliae Reusneri *Βασιλικῶν* opus genealogicum catholicum. Francofurti 1592 p. 467.
[2]) Reusnerus l. c. p. 467.
[3]) Reusnerus l. c. p. 467.

danum reaedificavit 1185 et coenobium Olivense exstruere coepit 1170. Obiit in senectute bona 28. Decembris 1187, sepultus Olivae. Uxor eius Anna Miecislai III. regis Poloniae filia[1]), ex qua reliquit binos filios, principes Samborium et Mestuinum. Reusnerus[2]).

(Menologium Zukoviense[3]) recenset ad diem 23. Augusti 1235 obitum Euphrosinae, matris Mestuini ducis; quo si ita sit, dicendum esset, Subislaum ducem mortua Anna, prima coniuge, secundo voto du-
p. 25 xisse Euphrosinam et ex hac Mestuinum principem[4]) * filium genuisse.)

(Grimisclavus, princeps Pomeraniae: docebitur inferius[5]) sub titulo ecclesiae Starogardensis, Lybiszeviensis, Svecensis. Principem hunc magnam Pomerelliae partem possedisse circa annum 1198 et aliquot pias fundationes fecisse. Cuius filius fuerit, non satis compertum est.)

5. Samborius, princeps Cassuborum et Pomerellorum, qui Olivense monasterium a patre Subislao duce inchoatum perfecit et 7 pagis locupletavit. Obiit 1207.

---

[1]) Balzer (l. c. p. 218) haec verba non fide digna esse dicit; vulgo enim putant, Subislai uxorem non fuisse filiam Miecislai III., sed filiam Ianussi, sororem Zyronis, palatini Masoviae.

[2]) Reusnerus l. c. p. 467.

[3]) cfr. Fragm. menologii Zukoviensis ed. Kętrzyński: Monum. Polon. hist. IV, 141; Perlbach, Das Totenbuch des Prämonstratenserinnen-Klosters Zuckau bei Danzig. Danzig 1906. p. 51.


[4]) Post paginam 24 invenitur stemma ducum Pomeraniae expressum imagine arboris ramos suos late diffundentis; per huius arboris stirpem Suantiborus designatus, singulis autem ramis singuli Suantiborio prognati denotantur. Quo facilius legentes ipsi rem omni ex parte cognoscant, illud ipsum stemma hoc loco describendum curavimus. In dextera parte huius paginae subscripta sunt, quae sequuntur: Genealogia Ducum Pomeraniae Fundatorum Monasteriosum Oliven., Pelplinen., Zarnovecen., Zukovien., Gedanen. et Dirsavien. PP. Praedicatorum et multarum Ecclesiarum per Pomeraniam. — In superiore parte huius inscriptionis depictum est ducum Pomeraniae insigne generis, Gryf nuncupatum, hoc modo: In clipeo insignis gentilicii purpureo vides illud fabulis multis ornatum animal, Gryf nuncupatum, cuius superior pars corporis similis est aquilae, cuius alae et ungues sunt expassae, inferior pars corporis exhibet similitudinem leonis. In summo hoc clipeo

Quam consortem vitae habuerit, ignoratur. Reliquit binam sobolem, Subislaum filium (qui post brevissimum tempus patrem ad vitam aeternam secutus et in uno eodemque tumulo cum patre Olivae sepultus est) et Adelheidem filiam. Reusner[1]), Schütz[2]), Monumenta Olivensia[3]).

6. Mestuinus I. Mortuo Samborio duce ac Subislao principe, Pomerellia ex integro devoluta est ad Mestuinum, secundogenitum Subislai I. ducis. Consortem vitae habuit Mariam, Miecislai III. regis Poloniae filiam, teste Micraelio[4]) (vereor ne iste author erraverit in hoc. Reusnerus[5]) habet: In coenobio Olivensi vixit Maria, filia Miecislai III. principis Poloniae Mestuini matertera), et reliquit quattuor principes filios: Suantepolcum, Samborium, Ratiborium et Vartislaum, totidem etiam filias principissas: Salomeam, Tribisławam, Helingam et Miłosławam, de quibus singulis infra dicetur.

---

insignis gentilicii vides coronam cum malo, quod inter imperii insignia enumerari solet.



[5]) cfr. p. 161 ad calcem.

[1]) Reusnerus l. c. p. 467 sq.

[2]) Caspar Schütz, Rerum Prussicarum historia. Gedani 1769 p. 33.

[3]) De prima fundatione monasterii Olivae: SS. rer. Pruss. I. Leipzig 1861 p. 671; Chronica Olivensis auctore Stanislao, abbate Olivensi: Monum. Polon. hist. VI, 310.

[4]) Micraelius lib. II no. 95 p. 172; Balzero teste (l. c. p. 216) ei non erat nomen Maria, sed Zvinislava. cfr. Perlbach, Preuss.-poln. Studien. Halle 1886 I, 6.

[5]) Reusnerus l. c. p. 468.

Dux iste Mestuinus I. cum uxore sua (cuius tamen nomen neque in privilegiis fundationis neque in Menologio Zukoviensi adscriptum est) 1209 fundavit et amplissime dotavit monasterium Zukoviense pro sanctimonialibus s. ordinis Praemonstratensium et obiit pie in Domino 2. Maii 1220 Olivaeque sepultus est. Reusner[1]), Schütz[2]), Olivensia[3]), Zukoviensia[4]), Pelplinensia[5]) monumenta.

7. Subislaus II., princeps Pomeraniae, filius Samborii ducis, uti iam supra dictum est. ἄπαις. Reusner[6]). Hic 1207 (quo et obiit) monasterium Zarnovecense pro sanctimonialibus s. ordinis Cisterciensium exstruere
p. 26 coepit, quod de*inde 1213 mater Suantepolci ducis perfecit, uti ex monumentis Zarnovecensibus infra docebitur.

8. Adelheidis, filia Samborii ducis, nupsit Boleslao Calvo, duci Poloniae. Cromerus[7]), Micraelius pag. 270[8]).

9. Suantepolcus II., primogenitus Mestuini ducis filius. Vir heroica virtute excellens, opibus florens et victoriis clarus. Recuperavit, quae maiores ipsius amiserant, universa. Lescum album, principem Poloniae, Gansevae in balneo interemit excussoque Polonorum iugo, proprium ducatum in Pomerania constituit. Crucigeris primum in subiugandis Pruthenis ethnicis magna tulit auxilia, postmodum tamen, cum illi aliquos progressus fecissent, eosdem hostili animo aggressus est et neophytos Pruthenos ad defectionem ac rebellionem contra Crucigeros concitavit. Senio confectus piis demum operibus vacare coepit. 1227 die 22. Ianuarii condidit Gedani monasterium s. ordinis Praedicatorum, 1224 Camini adiud s. ordinis eiusdem, 1232

---

[1]) Reusnerus l. c. p. 468.
[2]) Schütz l. c. p. 33.
[3]) SS. rer. Pruss. l. c. p. 686.
[4]) cfr. Fregmentum menologii Zukoviensis ed. Kętrzyński: Monum. Polon. hist. IV, 140; Perlbach l. c. p. 29.
[5]) cfr. Monumentorum fundationis monasterii Pelplinensis fragmentum ed. Kętrzyński: Monum. Polon. hist. IV, 59.
[6]) Reusner l. c. p. 468.
[7]) Cromerus l. c. lib. IX p. 242.
[8]) Micraelius lib. II no. 95 p. 172.

monasterium Buccoviense in Pomerania. Monasteria Olivense, Zarnovecense, Zukoviense pluribus locupletavit possessionibus. Gedani admodum senex vita defunctus est tertio Idus Ianuarii 1466[1]), aetatis 92 Olivaeque sepultus. Uxorem habuit Salome sive Salonicam, Romari ducis Russiae filiam, ex qua plurimam sobolem, ut infra docebitur, suscepit. Cromerus[2]), Reusner[3]), Olivensia, Zukoviensia[4]).

10. Samborius II., filius alter Mestuini I. ducis, qui monasterium pro s. ordine Cisterciensium fundavit in Pogotkow 1258, quod dein Mestuinus II. princeps 1274 Pelplinum transtulit et possessionibus auxit. Uxorem habuit Mechtildem, quae obiit 9. Kalendas Decembris 1270, et ex ea filium Subislaum, qui obiit ante patrem 3. Idus Aprilis 1254, sepultus apud patres Dominicanos in Stralsund. Menologium Pelplinense[5]). Ipsemet dux mortua uxore et filio, ordinem Crucigerorum ingressus una cum 2 * fratribus, Ratiborio et p. 27
Vartislao principibus, qui ordini Teutonico omnia bona et iura sua legarunt. Reusnerus[6]). Obiit Samborius dux exul in terra Cuiaviensi 3 Kalendas Ianuarii 1276. Menologium Pelplinense[5]).

11. Ratiborius, filius tertius Mestuini ducis. Hunc passim historici scribunt ordinem Theutonicum ingressum, in Palaestinam ad visitandum sepulchrum Christi profectum, in insula Rhodis mortuum ibidemque sepultum esse. Schütz[7]). Menologium Zukoviense[8]) ipsius obitum recenset ad diem 6. Aprilis, sed sine anno.

12. Vartislaus, quartus Mestuini filius, pariter or-

---

[1]) Legendum: 1266.
[2]) Cromerus l. c. lib. VII et VIII p. 194 et 214.
[3]) Reusnerus l. c. p. 468.
[4]) Addendum: monumenta. cfr. SS. rer. Pruss. l. c. I, 684; Chron. Oliv.: Monum. Pol. hist. VI, 313; Fragm. menologii Zukov.: Monum. Polon. hist. IV, 140; Perlbach l. c. p. 5.
[5]) Monum. fundationis monast. Pelplin.: Monum. Polon. hist. IV, 59.
[6]) Reusnerus l. c. p. 468.
[7]) Schütz l. c. p. 34.
[8]) Fragm. menologii Zukov.: Monum. Polon. hist. IV, 140; Perlbach l. c. p. 22.

dinem Theutonicum ingressus. Desiderio flagrans contra ethnicos pugnandi, constitutus in itinere Wissogrodi in Masovia mortuus et in cathedrali ecclesia Vladislaviensi sepultus est. Schütz[1]). Adscriptus menologio Zukoviensi[2]) 9. Maii.

13. Salomea, Mestuini ducis filia, nupta Wizlao, Rugiae principi. Micraelius[3]).

14. Tribisława, eiusdem ducis secunda filia, nupta Pribizlao, duci Mechlenburgensi. Micraelius[3]).

15. Helinga vel Helena, tertia filia, nupta Vladislao Sputatori, duci maioris Poloniae. Micraelius[3]). Reusnerus[4]) vero asserit istam principissam Helenam non Mestuini, sed Suantepolci ducis filiam fuisse.

16. Miłosława, Mestuini ducis quarta filia, monasterium Zukoviense s. ordinis Praemonstratensium ingressa, ubi et priorissam egit, de qua menologium Zukoviense[5]) sic habet: Misłosława domina et magistra in Zukow, soror ducis Suantepolci, obiit 9. Iulii 1290.

17. Subislaus III., Samborii ducis filius, de quo iam supra No. 10 dictum est, quod ante patrem obierit 1254.

18. Mestuinus II., primogenitus Suantepolci ducis filius et Cassuborum, Pomerellorum dux ultimus. In matrimonium sibi adoptaverat Fulcam, sanctimonialem coenobii Stolpensis, sed nullam ex ea sobolem suscepit. Fundavit monasterium Dirsaviense s. ordinis Praedi-
p. 28 catorum 8. Kalendas Maii 1289. Mo*nasterium Cisterciensium a Samborio duce in Pogotkow fundatum, transtulit Pelplinum 1274 illudque tum et Olivense, Zarnovecense, Zukoviense pluribus locupletavit possessionibus. Tribuitur ei a nonnullis scriptoribus fundatio Cartusiae in Pomerellia, sed error est; monasterium etenim istud nonnisi circa annum 1380 prima initia

---

[1]) Schütz l. c. p. 34.
[2]) Fragm. menol. Zukov. l. c.; Perlbach l. c. p. 31.
[3]) Micraelius lib. II no. 95 p. 172; cfr. Balzer l. c. p. 221: Cognomen uxoris Vladislai Sputatoris erat Hedvigis.
[4]) Reusnerus l. c. p. 468.
[5]) Frag. menol. Zukov.: Monum. Polon. hist. IV, 141; Perlbach l. c. p. 43.

habuit, ut infra dicetur[1]). Obiit 8. Kalendas Ianuarii 1295 Olivaeque sepultus est. Cumque nullam haberet prolem, haeredem instituit Premislaum II., regem Poloniae, sicque ulterior Pomeraniae pars, quae Vistulae adiacet, a regione avulsa est. Reusnerus[2]) et reliqui passim.

19. Vartislaus, Suantepolci ducis secundogenitus princeps, qui cum fratre Mestuino de haereditate contendens, captum custodiae tradidit. Sed hic per suos milites liberatus, Vartislaum vicissim custodiae tradidit. Inde elapsus, in ipso belli apparatu animi moerore extinctus Wissegrodi in Masovia Vladislaviaeque tumulatus est 1275. *ἄπαις*. Uxorem habuit N. filiam Zemoviti, ducis Masoviae, ita Reusnerus[3]), Micraelius[4]). Schütz[5]) autem pag. 51 scribit, hunc in exilio Elbingae mortuum ac sepultum, alium vero Vartislaum, cuius supra No. 12 meminimus, Wissogrodi mortuum et Vladislaviae sepultum esse, sed Reusnero aliisque hac in re fides habenda est.

20. Samborius, Suantepolci ducis filius tertius, quem Dusburg[6]), Cromerus[7]) aliique plures perhibent ordinem Theutonicum amplexum esse. Reusnerus[8]) vero habet, ipsum in infantia 1222 (quo ordo Theutonicus in terris Prussiae nondum pedem fixerat) mortuum esse.

21. Ratiborius, Suantepolci ducis filius quartus; hunc Dusburg[9]), Cromerus[10]) aliique dicunt pariter

---

[1]) cfr. p. 418 ad calcem.
[2]) Reusnerus l. c. p. 468.
[3]) Reusnerus l. c. p. 468.
[4]) Micraelius lib. II no. 105 p. 181 sq; Balzer (Genealogia Piastów. Kraków 1895. p. 432) haec falsa esse effecit.
[5]) Schütz l. c. p. 35, 82. Vratislaus, filius Suantepolci, Vladislaviae iuniori sepultus est. cfr. Kujot, Czternasty listopada 1308 r. w Pomorzu Gdańskim: Roczniki Tow. Nauk. w Toruniu. 1908. XV, 11.
[6]) Dusburg, Cronica terre Prussiae III, 46, 213: SS. rer. Pruss. I Leipzig 1861 p. 77, 143.
[7]) Cromerus l. c. lib. X. p. 250.
[8]) Reusnerus l. c. p. 468.
[9]) Dusburg l. c. p. 143.
[10]) Cromerus l. c. lib. X p. 250.

ordinem Crucigerorum ingressum esse. Reusnerus[1]) autem scribit eum in iuventute extinctum. Principes proxime dictos Vartislaum, Samborium et Ratiborium nonnulli scriptores confundunt cum ducibus Vartislao sub numero 12, Samborio numero 10, Ratiborio numero 11 supra recensitis, his quod illis debetur et econtra tribuentes.

p. 29 * 22. Ioannes, Suantepolci ducis filius quintus. Huius memoria habetur in menologio Zukoviensi[2]) ad diem 26. Augusti, sed sine anno cum hac expressione: Ioannes filius Suantepolci ducis. In chronicis nulla eiusdem mentio invenitur, crediderim eundem in iuventute diem extremum vitae clausisse.

23. Salomea, primogenita Suantepolci ducis filia[3]), nupsit Ziemomyslo duci Cuiaviae, de qua natus est Primislaus II., rex Poloniae. Dusburg[4]), Micraelius[5]) et alii.

24. Elisabeth, filia altera ducis eiusdem, Iaromiro, Rugiae principi, in matrimonium data. Micraelius[6]).

25. Dambrowka, filia Suantepolci. De qua menologium Zukoviense[7]): Anno 1223 die 25. Maii obiit Damroca (alibi Dambrowka), filia Suantepolci. Ta Panna zbudowała Kośćioł w Chmielnie, Zukowskiey maiętnośći. Fortassis in castro Chmielnensi residentiam habuit.

26. Gertrudis, filia Suantepolci[8]). De qua habetur

---

[1]) Reusnerus l. c. p. 468.

[2]) Legendum: ad diem 22. Augusti; cfr. Perlbach l. c. p. 51.

[3]) Salomea uxor Ziemomysli erat filia Samborii. Primislaus II. non erat, ut autor refert, filius Salomeae, sed nepos Hedvigis, filiae Mestvini I et uxoris Vladislai Sputatoris. cfr. Balzer l. c. p. 336.

[4]) cfr. Reusnerus l. c. p. 468.

[5]) Micraelius lib. II no. 104 p. 180.

[6]) Micraelius lib. II no. 104 p. 181.

[7]) Perlbach l. c. p. 35; Kętrzyński (Monum. Polon. IV, 140) putat illa verba: Ta: Panna... posteriore demum tempore addita esse. In hoc autem libro Schwengelii haec ipsa verba non solum hoc loco, sed etiam p. 352 ad calcem eadem manu scripta sunt.

[8]) Gertrudis erat filia Samborii. cfr. Pommerellisches Urkundenbuch p. 349; Kujot l. c. p. 22.

in actis Cartusiae authenticum testimonium, nempe diploma Mestuini ducis huius tenoris[1]): Nos Mestuinus Dei gratia dux Pomeranorum, primogenitus illustrissimi principis ducis Suantepolci, dilectissimae sorori nostrae nomine Gertrud contulimus terram, quae Pirsna dicitur, cum villis Costina, Zelonino, Bandomino etc. iure haereditario. Datum in Słupsk 1284.

Attribuit Reusnerus[2]) duci Suantepolco filias duntaxat duas, nempe Helingam seu Helenam, de qua supra numero 15, et Salomeam, de qua numero 23 dictum est.

(De duce Mestuino monumenta Olivensia[3]) inquiunt sic: „Hunc ducem Mestuinum, quia illegitime vixerat et sponsam Christi, sanctimonialem de coenobio Stolpensi, Fulcam nomine[4]), suo matrimonio adoptaverat, Deus privavit sui seminis legitimo successore tamquam indignum, quamvis alias * esset competenter p. 30
dignus. Et ideo tempore vitae suae, iam senex designavit suum successorem dominum Primislaum, ducem Poloniae, cui milites Pomeraniae vivente adhuc domino Mestuino homagium praestiterunt".)

Reusnerus[5]) in opere Genealogiae pagina 468 ait: Mestuinus moriturus, quum haeredes masculos non haberet, odio agnatorum haeredem instituit Primislaum, ducem Poloniae, asseritque eundem reliquisse filias tres, nempe:

27. Margaretham, nuptam Witzlauo venerabili principi Rugiae,

28. Mesteuinam[6]), nuptam Pribizlauo iuniori, principi Henetorum,

---

[1]) cfr. Pommerellisches Urkundenbuch ed. Perlbach. Danzig 1882 p. 349.

[2]) Reusnerus l. c. p. 468.

[3]) De prima fundatione monasterii Olivae: SS. rer. Pruss. l. c. I, 693; Chron. Oliv.: Monum. Pol. hist. VI, 315.

[4]) Uxor Mestvini II. erat Eufrosina, quae post mortem Kazimiri Cujaviensis, mariti sui, nupsit huic principi. cfr. Balzer l. c. p. 301, Kujot l. c. p. 17, 23.

[5]) Reusnerus l. c.

[6]) Huic filiae Mestvini erat nomen Catharina. cfr. SS. rer. Pruss. l. c.

29 et III filiam *ανωνυμος*, nuptam Adolpho venerabili comiti Holsatiae in Wagria.

30. Primislaus II., rex Poloniae. De quo monumenta Olivensia[1]) ita loquuntur: „Primislaus, dux regni Poloniae, in Gdantzk veniens et ducatum totius Pomeraniae sibi per ducem Mestuinum resignatum suscipiens, ipsam civitatem Gdantzk plantis muniri procurat. Qui post haec coronam regni Poloniae a sede apostolica consecutus, uno tantum anno supervixit captusque per satellites Woldemiri, marchionis de Brandenburg, occisus est in ultionem sanctae Lucardis, coniugis suae, quam ille suspectam habens, fecerat iugulari". Długosz[2]) lib. 8 ait, quod 6. Idus Februarii 1296 in Rogozno interemptus et paulo post in sepulchro praedecessorum Posnaniae sepultus est.

(A morte Primislai regis de dominio terrae Pomeraniae controvertebatur et acriter pugnabatur inter reges Poloniae et marchiones Brandeburgenses per annos 15. Anno demum 1311 occuparunt Pomerelliam Crucigeri ipsamque tenuerunt ac possederunt usque ad annum 1454. Quo excusso a Pruthenis illorum iugo, postliminio ad reges Poloniae devoluta est.)

p. 31 *De Crucigeris, quanto tempore Pomerelliam possederunt.

Ex chronica Petri de Düsburg cap. 208[3]): „Suantepolcus, dux Pomeraniae, quattuor habuit filios, Mestovinum, Samborium, Vartislaum et quendam alium. Iste Vartislaus factus fuit frater ordinis domus Teutonicae et partem ducatus, quae ipsum contingebat, dedit fratribus domus Teutonicae in Pruschia in eleemosinam. Samborius videns, quod de parte sua non posset honeste secundum status sui dignitatem vivere, tradidit eam praedictis fratribus, ut ipsi et familiae suae in

---

[1]) De prima fundatione monasterii Olivae: SS. rer. Pruss. I, 694 sq; Chron. Oliv.: Monum. Pol. hist. VI, 315.

[2]) Długossus l. c. lib. VIII p. 880.

[3]) Dusburg l. c. III. c. 213 (208): SS. rer. Pruss. I, 143.

necessariis providerent. Idem fecit quartus frater...[1]) Mestuinus autem audiens haec, violenter has tres partes ducatus Pomeraniae occupavit et invitis fratribus detinuit multis annis. Tandem venit dominus Philippus, episcopus Firmanus, legatus a sede apostolica missus ad terram Poloniae, coram quo frater Conradus de Tierberg magister conquestus fuit de violentia, quam dictus Mestuinus fecit fratribus de Pruschia in his tribus partibus ducatus praedicti, et ad probandum, se et fratres habere merum ius in illis, obtulit privilegia accepta. Audita ergo utriusque partis allegatione, idem legatus ordinavit, quod fratres domus Teutonicae haberent territorium dictum Wantecke in dicto ducatu Pomeraniae, ubi nunc situm est castrum Gemeva (Mewa), et sic cessaret omnis discordia intra eos. Unde fratres anno Domini 1283 transtulerunt de terra Culmensi castrum Poterberg et cum aedificiis eius castrum Gemevam aedificaverunt in eum locum super Viselam, ubi nunc situm est, ad laudem et gloriam Iesu Christi".

* Audivimus iam superius Samborium, Ratiborium p. 32
et Vartislaum fratres Suantepolci ducis partes suas haereditarias in Pomerania ordini Theutonico renuntiasse ipsumque ingressos esse. De principe tamen Vartislao, quid hic narratur, melius convenit filio, quam fratri Suantopolci.

Mestuinus partim proprio motu partim legati pontificii interventione Mevam Crucigeris donavit cum 15 pagis[2]). Et hoc territorium primum est, quod in Pomerellia Crucigeri iure possederunt. Miechovius[3]), Cromerus[4]).

Qualiter demum 1310 Cruciferi Gedanum et paulo post Pomerelliam totam in suam redegerint potestatem eique usque ad annum 1454 imperaverint, enarrant in longum Długosz[5]), Cromerus[6]) et alii. Hic duntaxat

---

[1]) Addendum: Ratiborius.
[2]) cfr. Pommerell. Urkundenbuch p. 291.
[3]) Matthias de Miechovia l. c. lib. III. c. 61 p. 180.
[4]) Cromerus l. c. lib. X. p. 250.
[5]) Długossus l. c. lib. IX. p. 921 sqq.
[6]) Cromerus l. c. lib. XI. p. 273 sqq.

magistros ordinis Theutonici, qui per tempus istud ad gubernaculum sederunt, recensere libet[1]).

1. Sigfridus a Feuchtwangen, hic nonnisi anno praecedente 1309 sedem magistrorum generalium Marpurgo (quod est in Landgraviatu Hassiae) Mariaeburgum transtulerat provincialemque Prussiae magistrum (cassato titulo hoc) eiusque successores titulo magni commendatoris insigniverat et iam 1310 Gedanum, dein et Pomerelliam occupavit. Obiit initio Maii 1311.

2. Carolus Beffart de Treveris, electus 1312, praefuit annis fere 13. Vocatus Romam de occupata per vim Pomerania et denegatis ex ea illustrissimo antistiti Vladislaviensi decimis, infirmatus ibidem, reversus est in Germaniam et in civitate Treverensi apud fratres suos 1324 mortuus atque sepultus est.

3. Wernerus de Orsele electus 6. Iulii 1324. Dusburg[2]). Praefuit 6 annis et occisus est a fratre Ioanne a Bindorf Mariaeburgi ante templum in vigilia s. Elisabethae 1330, cum a vesperis domum rediret, sepultusque in Marienwerder in ecclesia cathedrali[3]).

p. 33 * 4. Luderus, dux Brunsvicensis, electus 1331, praefuit annis 4 et obiit 1335, sepultus Regiomonti in ecclesia cathedrali.

5. Didericus, comes Oldenburgensis, electus 1335, obiit 1341.

6. Ludolphus König, dominus de Weitzau, electus 1342. Hic 1343 in die s. Iacobi pacem fecit cum rege Polonorum, reddendo terram Cuiaviensem, Dobrinensem, castrum Bromberg. Et eodem anno feria IV. post Laetare primum lapidem muri maioris oppidi Dantzk ac postea proxima feria VI. primum lapidem maioris ecclesiae Beatae Mariae Virginis ibidem posuit. Postea ex moerore in laesionem cerebri incidens, reclusus est in castro Engelsburg, restitutus dein valetudini, no-

---

[1]) cfr. Magistri generales ordinis Teuthonicorum fratrum ed. Kętrzyński: Monum. Polon. hist. IV, 53.

[2]) Dusburg l. c.: SS. rer. Pruss. I, 190.

[3]) cfr. Die ältere Hochmeisterchronik bearbeitet von Toeppen: SS. rer. Pruss. III, 590.

luit amplius munus magisterii gerere. Obiit in dicto castro 1346.

7. Henricus Dusener ab Arffberg, electus stante vita et aegritudine mentis antecessoris sui 1345, indigena Pomeraniae. Renuntiavit ante mortem dignitati magisterii. Obiit Bratiani et Mariaeburgi sepultus est 1351.

8. Winricus de Knieprode, vir literis addictus et literatos fovens. Praefuit ordini cum laude annis 31 et obiit in vigilia s. Ioannis Baptistae 1382.

VInCLa sVbIt MortIs VVInrICVs noCte IoannIs, anni regiminis:

qVI VIVens fortIs In tantIs reXerat annIs.

Sub huius magistri regimine Cartusia ad Gedanum incunabula seu prima initia egit, uti infra docebitur[1]). Civitas iunior (die junge Stadt) Gedani assurexit cum aliquot ecclesiis et monasteriis.

9. Conradus Zolner de Rotenstein, electus die 2. Octobris 1382. Hic fundationem Cartusiae antedictae amplissimo diplomate confirmavit eandemque pluribus possessionibus locupletavit. Vir pius et religiosus, zelator statutorum ordinis sui, fratres equites Theutonicos crebro redarguit de superbia et commonuit de humilitate religiosa observanda. Praefuit annis 8 et obiit Christburgi, sepultus Mariaeburgi 1390.

* 10. Conradus Tieber de Wallenrode, electus dominica Iudica 1391, obiit in die s. Iacobi 1393. Magistrum hunc detestantur scriptores omnes non tantum Poloni et Pruthenici, sed ipsiusmet ordinis Theutonici. Arguitur de haeresi, contemptu fidei sacrosanctae, tyrannide, superbia aliisque vitiis. Demum in rabiem versus, misere extinctus est, in cuius transitu fuere fulmina, tonitrua[2]). p. 34

11. Conradus de Iungingen, electus in die s. Andreae 1393. Vir plurimum venerabilis, devotus, pius, castus et pluribus virtutibus insignitus atque ante om-

---

[1]) p. 417 ad calcem.

[2]) cfr. Die ältere Hochmeisterchronik bearbeitet von Toeppen: SS. rer. Pruss. III, 619. Roczniki Tow. Nauk. w Toruniu 1898. V, 7 sqq.

nia pacis studiosissimus omnium encomio. Sub huius regimine 1394 in crastino s. Ioannis Baptistae obiit s. Dorothea Pruthena Quidzini inclusa. Hic 1396 in veteri civitate Gedanensi aedificari fecit duplex monasterium, unum pro fratribus, alterum pro sororibus ordinis ss. Salvatoris et s. Birgittae illudque amplissime dotavit[1]). Cartusiam ad Gedanum possessionibus pluribus ditavit et maximis favoribus prosecutus est. Ordinem Theutonicum rexit et terris Prussiae praefuit annis 14, subditis omnibus charus. Medicis ei rem veneream suadentibus respondit: malo decem annis citius mori, quam tantum tamque enorme flagitium committere. Sub ipso Prussia ad fastigium sane pervenit, numerans illo tempore praeter magnum commendatorem, marescalcum, hospitalarium, trapiarium, thesaurarium, 4 episcopatus, commendatores 28, quorum quisque centum equos alebat, commendatores conventuum 46, canonicos eiusdem ordinis 35, conventuales 38, hospitalarios 81, pincernas 65, provisores 37, advocatos 18, praefectos piscaturae 39, praefectos molendinarum 93, parochos 25 ex ordine, quae functiones omnes praestantes erant, 3162 equites fratres, 162 sacerdotes et fratres chorales, 6200 servos ad obsequia, 60 civitates et totidem arces, 18368 pagos communes, 740 pagos parochiales et 2000 praedia. In censibus annuis prodibant 800000 floreni Rhenenses praeter
p. 35 accidentalia. Idem magister insuper * 1404 emit ab imperatore novam Marchiam pro 160000 aureis florenis. Obiit cum maximo totius populi luctu feria IV. post festum Paschae 1407 Mariaeburgi ibidemque sepultus est. Ioannes Venator[2]).

12. Ulricus de Iungingen, frater germanus aut patruelis supradicti Conradi, electus dominica proxima post festum s. Ioannis Baptistae 1407. Occubuit in conflictu Tannenbergensi 1410 in die Divisionis Apostolorum.

---

[1]) cfr. p. 369 ad calcem.

[2]) Johann Caspar Venator, Historischer Bericht von dem marianischteutschen Ritter-Orden. Nürnberg 1680. S. 125 ff.

13. Henricus Reuss de Plauen elegit seipsum, cum nonnisi tres ordinis fratres ex potentiore nobilitate post proelium et cladem Tannebergensem superstites mansissent. Cessit officio magistratus vel potius depositus est 1413. Ioannes Venator[1]).

14. Michael Kuchenmeister de Sternberg electus 1414. Resignavit officium libere 1422 in medio Quadragesimae.

15. Paulus Pelnitzer de Rusdorf, electus 1422. Vir pius et timens Deum atque pacis studiosus. Multa passus a fatribus ordinis, in moerorem et morbum incidit, ob quem tum et aetatem grandaevam cessit officio ac paulo post Elbingae mortuus est 1441.

16. Conradus de Erlichshausen, electus feria IV. ante Pascha 1441. Vir religiosus. Fundator Cartusiae Pacis Dei in nova Marchia et Cartusiae Paradisi B. M. V. amplissimus benefactor. In ultimo morbo constitutus ingeminavit verba haec: O quam bene mihi esset, si ingressus fuissem ordinem Cartusiensem. Hic auspicato magistratu pacem perpetuam cum regno Poloniae sumpto ss. Sacramento iuramento firmavit et idipsum secundo Thorunii 1446 praesente serenissimo rege Poloniae Casimiro repetiit. Ex fratrum discordiis moerore confectus pie obiit 1449 ultimusque ex magistris Mariaeburgi sepultus est.

17. Ludovicus de Erlichshausen, frater aut ex fratre nepos Conradi proxime nominati, electus 1449. Huic tandem 1454 die 4. Februarii sta*tus et ordines p. 36
terrarum Prussiae, pertaesi durum Crucigerorum imperium et iugum, renuntiarunt homagium et obsequium, se subiicientes serenissimis Poloniae regibus Prussiamque ac Pomeraniam incorporantes regno Poloniae. Inde mox bellum cruentum ortum et usque ad annum 1466 continuatum est, quo demum propitiante Deo et studio indefesso legati sanctae sedis apostolicae die 19. Octobris Thorunii pax perpetua confecta est his conditionibus: ut reges Poloniae terram Culmensem, Michaloviensem, Pomeraniam, ad haec Mariaeburgum,

---

[1]) Johann Venator a. a. O. S. 130.

Stumam, Christiburgum, Elbingam, Tolckmittam arces et oppida cum suis territoriis, Neringam peninsulam etc. iure perpetuo obtineant, reliquum Prussiae Crucigeri habeant et in fide ac clientela regum Poloniae sint ac maneant[1]).

Horrendum lectu, ad quam desolationem per istud bellum Prussia et Pomerania devenit. Ioannes Leo[2]) scribit in bello hoc milites regios occubuisse 85000, exceptis voluntariis innumeris, magistrum amisisse stipendiarios 69300 praeter rusticos, civitates Prussiae: Gedanum cives 1982, stipendiarios autem 1483, Elbingam cives 1090, minores civitates cum pagis 90000. Cumque ad aures Casimiri regis piissimi numerus occisorum devenisset, dixisse fertur: totam Prussiam atque Pomerelliam non respondere sanguini christianorum fuso in iis obtinendis. Ex 21000 papis remanserunt salvi 3013, desertae ecclesiae erant 1019.

Ab hoc igitur tempore Pomerellia immediate semper paruit dulci serenissimorum Poloniae regum imperio parebitque eorundem successoribus fidelissime in perpetuum. Ad laudem et gloriam Dei. Amen.

p. 37 *Nuntii apostolici in regno Poloniae.

965 1. Aegidius Tusculanus episcopus, quem scriptores Poloni cardinalem dicunt, non autem Baronius[3]), legatus a latere, missus a Ioanne XIII. pontifice maximo, qui baptizatum et credentem regem Miecislaum cum populo stabiliret in fide, episcopatus diversos erigeret, sacerdotes et ministros reliquos in iisdem ad erudiendum populum constitueret, denique hierarchiam ecclesiasticam institueret. Baronius anno 965[3]).

997 2. Sanctus Adalbertus, Pragensis episcopus, qui dum accepti muneris apostolatus numeros per Poloniam et Prussiam explet, martyrium est in praemium consecutus. Baronius anno 997[4]).

---

[1]) cfr. Urkundenbuch des Bistums Culm p. 516.
[2]) Ioannes Leo, Historia Prussiae. Brunsbergae 1725 p. 314.
[3]) Baronius l. c. t. X. p. 777.
[4]) Baronius l. c. t. X. p. 906.

3. Sanctus Bruno de Querfurt cum licentia domini 1008
papae episcopus consecratus, ob lucrum animarum prius in Poloniam, mox in Prussiam pergens, ibidem cum 18 sociis manibus pedibusque amputatis martyr gloriosus decessit die 14. Februarii 1008. Baronius anno 1008[1]).

*4. Sanctus Bonifacius accepto sicut sanctus Bruno p. 38 1008
apostolatu a romano pontifice, per Poloniam et Russiam munus explens, in praemium laboris martyrio coronatur. Baronius anno 1008[2]).

5. Baldvinus, olim palatii apostolici auditor, deinde 1104
pontificius ad exigendum grossum Petrinum in regno Poloniae commissarius, canonicus Stobnicensis, demum episcopus Cracoviensis, obiit 1108. Niesiecki[3]).

6. Gvallo sive Valo, primus abbas sancti Quintini 1104
Bellovacensis, deinde eius urbis episcopus 51, tandem Parisiensis in ordine 65tus, ordinatus anno 1105, demum a Paschali II. pontifice maximo creatus cardinalis sanctae Romanae ecclesiae, obiit 23. Februarii teste Ioanne Chenu[4]) in chronica episcoporum Galliae. Nuntius apostolicus in regno Poloniae 1104, qui duos episcopos Poloniae sedibus privavit et in Cracoviensem episcopatum Baldvinum antedictum imposuit. Długosz[5]), Niesiecki[6]) et alii.

7. Aegidius, Tusculanus episcopus, cardinalis, (citra 1120
dubium diversus a primo) sanctissimi domini nostri Calisti II. pontificis legatus in regnum Poloniae, qui donationem decimarum monasterio Tynecensi factam a Gaudentio, episcopo Cracoviensi, confirmavit. Niesiecki tom. 3. p. 667[7]).

8. Sanctus Otto, Bambergensis episcopus, qui ad 1124
instantiam Boleslai, ducis Poloniarum, accepto aposto-

---

[1]) Baronius l. c. t. XI. p. 31.
[2]) Baronius l. c. t. XI. p. 32.
[3]) Niesiecki, Herbarz polski wydał Bobrowicz, Lipsk 1839—1846 I, 33; II, 11.
[4]) Ioannes Chenu, Archiepiscoporum et episcoporum Galliae chronologica historia. Parisiis 1621 p. 207.
[5]) Długossus l. c. lib. IV. col. 354.
[6]) Niesiecki-Bobrowicz II, 11.
[7]) Niesiecki-Bobrowicz VII, 407.

latu a summo pontifice Pomeranos convertit et statum ecclesiae ibidem instituit 1124. Baronius 1124[1]).

1184 9. Aegidius, Mutinensis episcopus, qui corpus sancti Floriani martyris Cracoviam attulit 6. Kalendas Novembris 1184. Damalevicz[2]) et alii.

p. 39 1191 * 10. Petrus tituli s. Mariae in via lata diaconus cardinalis Capuanus, sanctissimi domini nostri Coelestini III. papae legatus de latere, ad reformandam in Polonia ecclesiam missus 1191. Damalevicz p. 146[3]).

1193 11. Absalon, archiepiscopus Lundensis, regni Sveciae primas, sanctae sedis apostolicae legatus 1193. Dreger[4]).

1209 12. Beatus Christianus, professus Colbacensis, abbas Olivensis sancti ordinis Cisterciensis, accepto apostolatu a summo pontifice Innocentio III. 1209 strenue muneris sui vices in convertendis gentibus Pruthenis adimplevit, unde postea 1215 primus episcopus Prussiae constitutus est. Acta Borussica tom. 2[5]).

1223 13. Gregorius de Crescentia, sanctae Romanae ecclesiae cardinalis, sanctissimi domini nostri Honorii III. papae legatus de latere ad Lesconem Album regem et regnum Poloniae. 1223. Długosz[6]).

1241 14. Gvilelmus, episcopus Mutinensis, sanctissimi domini nostri Innocentii IV. papae pontificis legatus de latere ad formandum statum ecclesiae in terris Prussiae. 1241. Treterus[7]).

1246 15. Iacobus, Leodiensis archidiaconus, (qui 1261 in summum pontificem electus est, assumpto nomine Urbanus IV.) sanctissimi domini nostri Innocentii IV. papae pontificis legatus de latere ad regnum Poloniae 1246. Anno 1249 idem missus in Prussiam ad confirmandos neophytos et ad componenda dissidia inter

---

[1]) Baronius l. c. t. XII. p. 153 sq.
[2]) Damalevicz l. c. p. 143.
[3]) Damalevicz l. c. p. 146.
[4]) Dreger, Codex diplomaticus. t. I. Stettin 1748 p. 53.
[5]) Acta Borussica. Zweites Stück (I. Band) Königsberg 1730 S. 255.
[6]) Długossus l. c. lib. VI. col. 630.
[7]) Thomae Treteri De episcopatu et episcopis ecclesiae Varmiensis. Cracoviae 1685 p. A 2v.

Suantopelcum ducem Pomeraniae et Crucigeros. Cromerus[1]), Leo[2]).

16. Opizo, abbas de Mesano, nuntius apostolicus in regno Poloniae 1254. Damalevicz[3]) 1254

17. Frater Stanislaus, sanctae theologiae magister, provincialis ordinis Praedicatorum Cracoviensis, ad quem * Alexander IV., pontifex maximus, diploma plumbeum direxit de submittendis apostolis inter gentes 1255. Bzovius in Propagine 56[4]). 1255 p. 40

18. Gvido, tituli s. Laurentii in Lucina presbyter cardinalis, sanctissimi domini nostri Clementis IV. papae pontificis in Polonia legatus 1260. Idem praesedit synodo provinciali 2. Februarii 1267 celebratae. Damalevicz pag. 188, 189, 191[5]). 1260

19. Frater Simon, magister provincialis Poloniae ordinis Praedicatorum, quem Urbanus IV. papa cum Volimiro, episcopo Vladislaviensi, instituerat authoritate apostolica suum commissarium pro examinatione vitae, meritorum ac prodigiorum beatae Hedvigis 1262. Bzovius in Propagine 56[6]). 1262

20. Anselmus, episcopus Varmiensis, sanctae sedis apostolicae legatus in Prussia 1263. 1263

21. Philippus, episcopus Firmanus, sanctissimi domini nostri Martini IV. papae legatus in Prussiam ad componenda dissidia inter Mestuinum ducem Pomeraniae et Crucigeros. Hartknoch[7]). 1284

22. Salinus, episcopus Hidruntinus, legatus in Prussiam sub Carolo a Beffart, supremo magistro or- 1326

---

[1]) Cromerus l. c. lib. VIII. p. 220.
[2]) Ioannes Leo l. c. p. 86.
[3]) Damalevicz l. c. p. 175.
[4]) Bzovius, Propago D. Hyacinthi, thaumaturgi Poloni seu de rebus praeclare gestis in provincia Poloniae ordinis Praedicatorum. Venetiis 1606 p. 56; cfr. Monum. Polon. hist. I, 69, 137; Theiner, Vet. monum. Polon. et Lithuan. I. Romae 1860 p. 69.
[5]) Damalevicz l. c. p. 188, 189, 191.
[6]) Bzovius l. c. p. 56.
[7]) Hartknoch, Alt und neues Preussen. Frankfurt 1684. II. c. 2. p. 293.

dinis Teutonici ad firmandam contributionem grossi Petrini 1326. Pr. Sammlung tom. I. p. 403[1]).

1358 23. Franciscus Gambara, sanctae Romanae ecclesiae tituli s. Marci cardinalis, sanctissimi domini nostri Innocentii VI. papae legatus in regnum Poloniae 1358. Lubienski[2]).

1416 24. Ioannes, Lausanensis episcopus, sanctissimi domini nostri Ioannis XXIII. papae legatus ad regem Vladislaum Iagello et regnum Poloniae 1416. Długosz[3]) et alii.

p. 41 1419 * 25. Iacobus Camplus, episcopus Spoletanus, et Fernandus Hispanus, episcopus Lucensis, ambo simul a sanctissimo domino nostro Martino V. papa pontifice missi in Poloniam ad componendam pacem inter Vladislaum regem Poloniae et Crucigeros 1419. Leo[4]).

1423 26. Antonius Simon, referendarius sanctae sedis apostolicae et legatus sanctissimi domini nostri Martini V. papae pontificis ad componenda dissidia inter Vladislaum regem Poloniae et Crucigeros 1423. Pr. Sammlung tom. 2. p. 185, 309[5]).

1465 27. Hieronymus, archiepiscopus Cretensis, sanctissimi domini nostri Pauli II. papae pontificis legatus ad faciendam pacem inter Casimirum regem Poloniae et Crucigeros, qui nimium favens Crucigeris a rege repulsam passus est 1465. Leo[6]).

1466 28. Rudolphus, Laventinus episcopus, eiusdem pontificis maximi legatus, qui pacem perpetuam condidit inter Casimirum regem Poloniae et Crucigeros 1466. Leo[7]).

1552 29. Stanislaus Hosius cardinalis, sanctissimi do-

---

[1]) Preussische Sammlung allerley Urkunden. Bd. I. Danzig 1747. S. 403.

[2]) Lubienski, Vita et series epp. Ploc. l. c. p. 349.

[3]) Długossus l. c. lib. XI. col. 358; legatus ad regem iam anno 1414. cfr. Urkundenbuch des Bistums Culm ed. Woelky. Danzig 1887 p. 392.

[4]) Ioannes Leo l. c. p. 225.

[5]) Preussische Sammlung allerley Urkunden. Bd. II. Danzig 1748. S. 185 f, S. 309.

[6]) Ioannes Leo l. c. p. 299, 309.

[7]) Ioannes Leo l. c. p. 309.

mini nostri Pii V. papae pontificis legatus, praeses in synodo provinciali 16. Februarii 1552 Petricoviae celebrata. Niesiecki tom. 2. p. 377[1]).

30. Aloysius Lippomanus, episcopus Veronensis, 1555
sanctissimi domini nostri Pauli IV. papae pontificis nuntius apostolicus in regno Poloniae 1555—1556, 1558. Spondanus[2]), Treterus[3]), Rescius[4]). Cui a sede apostolica in socium adiunctus fuit Rndus pater Alphonsus Salmeron Societatis Iesu, quem Drews[5]) in fastis Societatis Iesu simpliciter nominat nuntium apostolicum in regno Poloniae.

31. Camillus Mentuatus, episcopus Satrianensis, 1558
sanctissimi domini nostri Pauli IV. papae pontificis nuntius apostolicus in regno Poloniae. Kierski. Cui in socium datus fuit pater Petrus Canisius Societatis Iesu ad confirmandum in fide clerum 1558. Drews[6]).

* 32. Aloysius Bonioannes, episcopus Camerini, le- p. 42 1561
gatus de latere, praeses synodi provincialis Varsaviae celebratae 1561.

33. Ioannes Franciscus, episcopus Zacynthiensis, 1564
sanctissimi domini nostri Pii IV. papae pontificis nuntius apostolicus ad Sigismundum Augustum, regem Poloniae, 1564. B. 27[7]). Anno 1571 idem secundo, sed iam mutato charactere, nempe Ioannes Franciscus

---

[1]) Niesiecki-Bobrowicz IV, 384.

[2]) Spondanus, Annalium eccl. Baronii continuatio. t. II. Lugduni 1678. p. 564.

[3]) Treterus l. c. p. 113.

[4]) Stanislaus Rescius, Vita Stanislai Hosii. Olivae 1690. p. 86 sqq.

[5]) Drews, Fasti Societatis Iesu. Brunsbergae 1723. p. 59.

[6]) Drews l. c. p. 500.

[7]) Testem allegat auctor unum ex codicibus, qui dicuntur Acta Cartusiae, signatum littera B. Verisimile est in eo exstitisse tabulas et documenta saeculi XVI et fortasse etiam descriptionem monasterii Cartusianorum. Rem ita esse didici a parocho Czaplewski, cui hisce gratias quam maximas egerim; is enim me certiorem fecit, in libro manuscripto (Apparatus ad annales Cartusiae Paradisi B. M. V. collectus a. F. Georgio Schwengel priore 1750), qui est in Britisch Museum (Additional Manuscripts Nr. 17093) hunc codicem hisce significari (p. 202): In tomo B. de alienatione domus habes de anno praesente duo documenta.

sanctae Romanae ecclesiae cardinalis Commendonus, legatus de latere. Cum eodem tunc venit in Poloniam pater Franciscus Toletus Societatis Iesu (postea cardinalis), cuius labore conversus est Ioannes Chodkiewicz, supremus marescalcus magni ducis Lithuaniae, magno ecclesiae bono. Drews[1]). Anno 1573 idem adhuc legatus in regno Poloniae. Epistulae Karnkovii[2]).

1574 34. Vincentius Laureus, episcopus Montis Regalis, sanctissimi domini nostri Sixti IV. papae nuntius apostolicus ad Henricum, regem Poloniae, 1574. Anno 1577 idem ad Stephanum, regem Poloniae. Epistulae Karnkovii[3]).

1577 35. Aloysius Lipomanus, episcopus Veronensis, sanctae sedis apostolicae nuntius ad regnum Poloniae secundo 1577. Załuski[4]).

1581 36. Pater Antonius Possevinus Societatis Iesu, sanctissimi domini nostri Gregorii XIII. papae pontificis legatus ad Stephanum regem Poloniae 1581. Qui 1582 die 15. Ianuarii pacem inter praefatum regem et Moscum feliciter confecit. Drews[5]).

1584 37. Albertus sanctae Romanae ecclesiae presbyter cardinalis Bolognettus, sanctissimi domini nostri Gregorii XIII. papae pontificis legatus de latere ad Stephanum, regem Poloniae, 1584. Illsmo Hieronimo Rozrazevio, episcopo Vladislaviensi, addictissimus, cui pluries vices suas apostolicas commisit. Anno 1585 – 1586 idem adhuc. B. 105.[6]).

p. 43 1589 * 38. Hyppolitus sanctae Romanae ecclesiae tituli s. Pancratii cardinalis Aldobrandinus, legatus de latere 1579. Damalevicz p. 417[7]). Hic postea 1592 electus

---

[1]) Drews l. c. 350.

[2]) Stanislai Carncovii Epistolae illustrium virorum. Cracoviae 1578 lib. I ep. 34 et seq.: Epistolae Ioannis Francisci cardinalis Commendoni ad Stanislaum Carncovium episcopum Vladislaviensem.

[3]) Carncovius l. c. lib. I ep. 47 et seq.: Epistolae Vincentii Laurei ad Carncovium.

[4]) A. J. Załuski, Conspectus novae collectionis legum eccl. Varsav. Piar. 1744. p. 10.

[5]) Drews l. c. p. 19.

[6]) cfr. p. 49 not. 7.

[7]) Damalevicz l. c. p. 417.

est in summum pontificem assumpto nomine Clementis VIII. Spondanus[1]).

39. Annibal de Capua, archiepiscopus Neapolitanus, utriusque signaturae referendarius, sanctissimi domini nostri Gregorii XIV. papae legatus de latere ad Sigismundum III. regem Poloniae 1591, qui in causis ecclesiasticis aliquoties vices suas commisit Illsmo Rozrazevio. B. 109[2]). 1591

40. Germanicus Malaspina, episcopus s. Severi, sanctissimi domini nostri Clementis VIII. papae pontificis nuntius apostolicus ad Sigismundum III. regem Poloniae, 1593—1594. Łubienski[3]). 1593

41. Andreas Opalinski, camerarius et secretarius ac nuntius apostolicus sanctissimi domini nostri Clementis VIII. papae pontificis ad Sigismundum III., regem Poloniae, 1594. Deinde episcopus Posnaniensis. Niesiecki tom. 3. p. 466[4]). 1594

42. Henricus cardinalis Caietanus ad regnum Poloniae de latere nuntius 1596. Damalevicz p. 418[5]). 1596

43. Claudius Rangonius, sanctissimi domini nostri Clementis VIII. papae pontificis nuntius ad regnum Poloniae 1604. Niesiecki tom. 3. p. 204[6]). 1604

44. Bernardus Macieiowski, archiepiscopus Gnesnensis, cum charactere legati de latere sanctissimi domini nostri Pauli V. papae pontificis, desponsavit Sigismundo III. Constantiam Austriacam die 11. Decembris 1605. Niesiecki tom. 3. pag. 204[7]). Lengnich[8]). 1605

45. Damianus a Fonseca, ordinis Praedicatorum, authoritate apostolica Pauli V. papae pontificis con- 1612
*firmatus ad regnum Poloniae commissarius 1612. Ru- p. 44
szel lib. 3. p. 11[9]).

---

1) Spondanus l. c. p. 58.
2) cfr. p. 49 not. 7.
3) Lubienski, Profectio in Sueciam Sigismundi III. l. c. p. 14.
4) Niesiecki-Bobrowicz VII, 109.
5) Damalevicz l. c. p. 418.
6) Niesiecki-Bobrowicz VI, 312.
7) Niesiecki-Bobrowicz VI, 310 sqq.
8) Lengnich, Historia Polona. Gedani 1750 p. 119.
9) Paweł Ruszel, Skarb nigdy nieprzebrany Kościoła Katot.

1618 46. Franciscus Diotallevius, nuntius apostolicus, concessit indulgentias 300 dierum feriis VI. Lublini in ecclesia s. ordinis Praedicatorum, qui devotioni intersunt 1618. Ruszel lib. 3. p. 14[1]). Idem 26. Martii 1621 Varsaviae Vladislao principi proficiscenti contra Turcas ad Chocimum tradi a se benedictum vexillum. Kowalicki in concione inventionis sanctae crucis[2]).

1622 47. Cosmus sanctae Romanae ecclesiae cardinalis de Torres, sanctissimi domini nostri Gregorii XV. papae pontificis legatus de latere ad Sigismundum III., regem Poloniae, 1622. Lubienski[3]).

1627 48. Ioannes Baptista Lancelottus, episcopus Nolanus, sanctissimi domini nostri Urbani VIII. papae pontificis praelatus domesticus et assistens, ad regem Poloniae legatus de latere et nuntius apostolicus 1627. Czapel 29[4]).

1628 49. Antonius Sancta Crucius, archiepiscopus Seleuciae, apud Sigismundum III., regem Poloniae, nuntius apostolicus 1628. Iosaphatidos[5]).

1634 50. Honoratus vicecomes, archiepiscopus Larissensis, sanctissimi domini nostri Urbani VIII. papae pontificis nuntius apostolicus ad regnum Poloniae 1634. A quo extat monitorium canonicum ad Rndum Andream Swinecki, praepositum Zukoviensem, ut patres Cartusianos imperturbatos relinquat circa possessionem pratorum Smantov.

1637 51. Marius Phylonardus, archiepiscopus Avennionensis, sanctissimi domini nostri Urbani VIII. papae pontificis nuntius apostolicus 1637. A quo extat instrumentum commissionis ratione limitum inter Cartu-

---

Krzyż Pański Księga III: O cudach wielkich tey części drzewa krzyża. Lublin 1656. str. 9.

[1]) Ruszel l. c. p. 11.

[2]) Kowalicki, Kaznodzieja odświętny. Sandomierz 1721. p. 205.

[3]) Lubienski, Epistola ad Cosmum cardinalem de Torres l. c. p. 435.

[4]) Addendum acta i. e. acta pertinentia ad bona Czapel, villam Cartusiae.

[5]) Isakowicz Ios. Iosaphatidos sive de nece I. Kuncewicz. Wilno 1628. p. 1.

siam et Zukoviam 1641. Item facultas in capella sanctae Annae Graboviae noviter erecta a patribus Cartusianis et ab Illsmo loci ordinario iam * visitata, approbata et p. 45
benedicta, missae sacrificium celebrandi et divina peragendi. Item facultas ab haeresi absolvendi pro patre Philippo Bolman, procuratore Cartusiae. 1637, 1639, 1641. Clagius p. 358[1]).

52. Cosmus de Torres, nuntius apostolicus, desponsavit Vladislao IV. Ludovicam Mariam, ducissam Mantuae, die 10. Martii 1645. Lengnich[2]). 1645

53. Marius Phylonardus, archiepiscopus Avennionensis, princeps et nuntius, a quo extat de anno 1650 facultas amplissima haereticos redeuntes et poenitentes absolvendi pro domino Philippho Bolman priore et aliis patribus Cartusiae. 1650

54. Petrus Vidonus, episcopus Laudensis, legatus de latere ad Ioannem Casimirum regem, amicissimus patris Uieyski 1658, 1658, 1655. Vita Patris Uieyski[3]), Biernacki[4]). 1655

55. Antonius, episcopus Larissenus, sanctissimi domini nostri Alexandri VII. papae pontificis nuntius. Vita Patris Uieyski[5]), Biernacki. 1660

56. Angelus Ranutius nuntius apostolicus 1661. Vita Patris Uieyski[6]). 1661

57. Galeatius Mareschottus, archiepiscopus Corinthi, 1668. Idem 1670—1667. Vita Patris Uieyski[7]). 1668

58. Marescottus, nuntius apostolicus 1671, idem qui numero 57. Acta Zukoviensia. 1671

59. Franciscus Bonvisius, archiepiscopus Thessalonicensis 1672. Vita Patris Uieyski[8]). 1672

---

[1]) Clagius, Linda Mariana sive de B. Virgine Lindensi. Coloniae 1669. p. 358.

[2]) Lengnich, Historia Polona. Gedani 1750. p. 175.

[3]) Brictius, Vita venerabl. Patris Thomae de Rupniew Ujeyski. Brunsbergae 1706. p. 147, 200, 204.

[4]) Biernacki, Speculum minorum. Cracoviae 1688. Artic. 23 p. 289.

[5]) Brictius l. c. p. 308.

[6]) Brictius l. c. p. 178, 190.

[7]) Brictius l. c. p. 149, 308.

[8]) Brictius l. c. p. 309.

1677 60. Franciscus Martellus, archiepiscopus Corinthiensis, sanctissimi domini nostri Innocentii XI. papae nuntius apostolicus apud Ioannem III., regem Poloniae, 1677. Idem adhuc 1680. Capella Graboviensis.

p. 46
1681 * 61. Iacobus Cantelmus, archiepiscopus Caesariensis, sanctissimi domini nostri Innocentii XI. papae pontificis ad Ioannem III., regem Poloniae, nuntius apostolicus 1681. Niesiecki tom. 2. p. 68[1]).

1682 62. Antonius Pignatellus, sanctissimi domini nostri Innocentii XI. papae pontificis nuntius apostolicus 1682 missus ad componenda dissidia inter patres Basilianos et metropolitam Kiiovienseṁ. Qui 1691 electus est in summum pontificem.

1682 63. Opitius Pallavicinus, archiepiscopus Ephesinus, sanctissimi domini nostri Innocentii XI. papae pontificis praelatus domesticus et assistens eiusdemque apud Ioannem III., regem Poloniae, legatus de latere et nuntius apostolicus 1682. Anno 1684—1687 idem adhuc, sed sanctae Romanae ecclesiae cardinalis. Item 1688. Capella Graboviensis.

1700 64. Benedictus Odeschalcus, sanctae Romanae ecclesiae cardinalis, archiepiscopus Mediolanensis, nuntius apostolicus apud Augustum II., regem Poloniae, circiter 1700.

1720 65. Hieronymus Grimaldi, nuntius apostolicus 1720. Niesiecki tom. 1. p. 91[2]).

1726 66. Vincentius Sanctini, nuntius apostolicus 1726. Memoria.

1739 67. Camillus Paulucci, archiepiscopus Iconiensis, nuntius apostolicus 1739. Memoria.

1744 68. Febricius Sorbelloni, archiepiscopus di Patrasso, utriusque signaturae referendarius, nuntius apostolicus 1744. Memoria.

1749 69. Albericus ex comitibus de Archinto, archiepiscopus Nicaenus, sanctissimi domini nostri Benedicti XIV. papae praelatus domesticus et assistens, eius-

---

[1]) Niesiecki-Bobrowicz III, 380.
[2]) Niesiecki-Bobrowicz I, 102.

demque ad Augustum III., regem Poloniae, nuntius apostolicus. Memoria.

*Addenda. p. 47

Post numerum 26: Nicolaus Głębocki, archidiaconus Posnaniensis, qui ex nomine Martini V. papae 1425 astitit baptismo Vladislai, principis regii Poloniae. Niesiecki tom. 2. p. 222[1]). 1425

Ad numerum 31: Starowolscius in monumentis[2]): 1553 16. Kalendas Octobris, aetatis 68 obiit Cracoviae Camillus Mentuatus, nobilis Placentinus, episcopus Satrianensis, Pauli IV. pontificis maximi et sanctae sedis apostolicae ad Sigismundum Augustum, Poloniae regem, nuntius, vir integerrimus. In anno erratum est, nam Paulus IV. nonnisi 1555 in pontificem electus est. Aestimo pro 1553 ponendum esse 1558. 1558

Post numerum 39: 1592 ultima Maii Georgius cardinalis Radzivilius, episcopus Cracoviensis, legatus de latere Clementis VIII. pontificis maximi, Sigismundo III., regi Poloniae, iunxit uxorem Annam Austriacam Cracoviae. Lengnich[3]). 1592

Post numerum 44: 1609 die 4. Maii Franciscus Simonetta, pontificis maximi ad regem regnumque Poloniae nuntius, fundum consecrat in monte Argentineo vulgo w Bielanach ad Cracoviam pro construenda ecclesia patrum Camaldulensium. Piasecki[4]). Idem adhuc 1611. Ibidem. 1609

Post numerum 53: 1652 Ioannes de Torres, nuntius apostolicus. Kowalew. p. 46[5]). 1652

Post numerum 64: 1702 Franciscus Pignatellus, nuntius apostolicus. Kowal. p. 175[6]). 1702

Post numerum 28: 1521 Zacharias Ferrerius, nun- 1521

---

[1]) Niesiecki-Bobrowicz IV, 143.

[2]) Starovolscius, Monumenta Sarmatarum. Cracoviae 1655. p. 99.

[3]) Lengnich, Hist. Polona. Gedani 1750 p. 108.

[4]) Paulus Piasecius, Chronica gestorum in Europa singularium. Cracoviae 1645. p. 274.

[5]) Legendum Koralewicz (Additament do kronik Braci Mnieyszych s. Franciszka. Warszawa 1722. p. 46.)

[6]) Koralewicz l. c. p. 175.

tius apostolicus. Vita sancti Casimiri in 4to Thorunii 1521[1]. Idem iam anno 1512. Niesiecki tom. 2 p. 592[2].

p. 48 1710 * Post numerum 64: 1710 Nicolaus Spinola, nuntius apostolicus in regno Poloniae. Svad[3].

1574 Ad numerum 48: 1627 vixit adhuc Antonius Maria Salviatus, sanctae Romanae ecclesiae cardinalis, anno 1537 natus, anno 1574 in causa regni Poloniae ad regem Galliarum nuntius. Rescius 317[4].

1418 Post numerum 24: Anno 1418 a Martino V. papa pontifice constituti vicarii apostolici in Russia et Lithvania Vladislaus Iagello, rex Poloniae, et Alexander Vitoldus, magnus dux Lithvaniae. Raynaldus no 19 et 20[5].

1520 Post numerum 28: 1520 Zacharias Ferrerius et Ioannes de Medicis, Leonis X. papae pontificis consanguineus, eius ad regem Poloniae nuntii. Leo p. 353[6].

1336 Post numerum 22: 1336 Galardus, Titulensis praepositus, et Petrus Gervasius, Aniciensis canonicus, legati Benedicti XII. papae pontificis. Leo p. 147[7].

1419 Numero 25: 1419 Bartholomaeus Cupra, archiepiscopus Mediolanensis, legatus. Leo p. 126[8].

p. 49

*Series episcoporum Vladislaviensium et Pomeraniae.

Iam superioribus paginis dictum est, sub ipsis religionis christianae in regno Poloniae initiis a Miecislao I. monarcha anno Domini 965 cathedralem ecclesiam erectam et episcopatum Cuiaviensem fundatum esse, quem tunc praesens Aegidius, Tusculanus episcopus, sanctae Romanae ecclesiae cardinalis et sanctae

---

[1]) Vita s. Casimiri auctore Zacharia Ferrerio: Acta Sanctorum. Martius t. I. Antverpiae 1668. p. 347.

[2]) Niesiecki-Bobrowicz V, 208.

[3]) Indicat fortasse librum: Swada polska y łacińska przez Jana Ostrowskiego. Lublin 1745.

[4]) Rescius, Vita Stanislai Hosii. Olivae 1690. p. 317.

[5]) Raynaldus, Annales eccl. Baronii continuati. t. 18. Coloniae 1694 p. 11 sq.

[6]) Ioannes Leo, Historia Prussiae. Brunsbergae 1725. p. 353.

[7]) Ioannes Leo l. c. p. 147.

[8]) Ioannes Leo l. c. p. 226.

sedis apostolicae legatus, certis limitibus circumscripsit et praeter alia eidem Pomeraniam usque ad extremas maris Balthici oras incorporavit huicque peramplae dioecesi praeesse iussit[1])

1. Lucidum, natione Italum, genere nobilem de armis Albalant. Antistes hic muneris sui partes solicite obire instituit; collegio praelatorum et canonicorum fundato Crusvicii ad ecclesiam cathedralem, dioecesim in certas paraecias exdivisit, ecclesias aedificari curavit fidemque sacrosanctam strenue propagavit. Exhaustus laboribus Lucidus (quem Poloni sua lingua Iasnoch vocarunt) anno Domini 993 transiit ex hac ad vitam aeternam, sepultus in ecclesia Dzwierznensi, quam ipsemet exstrui fecerat.

2. Mauritius, Italus, iamque consecratus episcopus Roma, anno Domini 994 Crus*viciam missus. Qui p. 50
plurimis in vinea Domini exantlatis laboribus, posteaquam ecclesiae annos 16 praefuisset, anno Domini

---

[1]) Chodyński (Statuta synodalia dioec. Wladislav. et Pomeraniae. Varsaviae 1890 p. V) existimat de primis episcopis Vladislav.: Primos illos praesules, de quibus Długossius loquitur, non fuisse episcopos dioecesanos sed parochos, facile ex eodem historico colligitur. Ipso enim fatente, non Crusviciae sedem habuerunt, sed tres priores habitaverunt penes ecclesiam ligneam in vico Dzwierzno, duo posteriores in Parkanie, omnesque sepulti sunt in loco suae sedis. Nullibi etiam, sive in annalibus, sive in diplomatibus nominantur, nihilque momenti habuerunt ad res tum publicas, tum ecclesiasticas, quod facile explicatur exigua parochialis dignitatis auctoritate in ecclesiastica hierarchia. Sextus demum, Iohannes Baptista, sedem suam Crusviciae habet ibique moritur, ut apud Długossium (Vitae episcoporum Poloniae p. 186) legimus: „Intelligens Gregorius papa VII Crusvicensem episcopum Andream diem abiisse, Baptistam, natione Romanum, in eius locum AD. 1082 sedi Crusvicensi annis citra septem praesidentem, surrogavit, virum prudentem quidem et modestum, sed a scientia linguae Polonicae extorrem; hic... AD. 1097... mortuus..., in Crusvicensi ecclesia primus inter omnes suos praedecessores accepit sepulturam“. Quae verba historici Poloni satis confirmare videntur opinionem illorum, qui fundationem dioec. Wlad. ad tempora Boleslai Audacis et bullam Gregorii VII. referunt. Ab illo Iohanne Baptista incipit series episcoporum, quorum sedes prima Crusvicia fuit. cfr. Catalogi episcoporum Vladislav. ed. Kętrzyński: Monum. Polon. hist. IV, 16 sqq.

1014 vitam cum morte commutavit, in ecclesia Dzwierznensi sepultus.

3. Marcellus Roma missus 1015. Variis iactatus curis ad portum aeternae quietis appulit anno Domini 1035, cum annos 18 in regimine Crusviciensis ecclesiae exegisset, febri consumptus, in ecclesia Dzwierznensi quiescit.

4. Venantius, Italus, a praelatis et canonicis Crusviciensis ecclesiae de gremio capituli electus et a sancta sede apostolica confirmatus 1035. Nobili genere natum de stemmate Mora, tradidit Paprocius[1]). Anno Domini 1055, cum annis 22 Crusviciensem rexisset ecclesiam, morbo epidimiae sublatus, templum Parcanense extremis honoribus affecit.

5. Andreas, Romanus, de medio capituli electus et a summo pontifice confirmatus 1056. Visitavit ecclesias per dioecesim. Huius tempore Boleslaus rex s. Stanislaum, pontificem Cracoviensem, sacris operantem impie obtruncavit, unde regnum Poloniae interdicto ecclesiastico subiectum est. In tanta luctus Poloniae acerbitate praesul Andreas obiit anno 1081, sepultus in Parkanensi ecclesia.

6. Baptista, Romanus, electus 1082. Huius cura et diligentia interdictum sublatum. Praefuit ecclesiae annis 15 et transfertur ad superos 1097, sepultus in cathedrali Crusviciensi ecclesia.

7. Paulinus, electus 1098, frater Roberti, archiepiscopi Gnesnensis, de stemmate Vituli. Sub huius regimine ex occasione depraedatae ecclesiae Spicimiriensis et captivati archidiaconi Gnesnensis 1107 Po-
p. 51 merani conversi sunt. Laetabatur * pius antistes, dum oves ad ovile domini suae dioecesi a prima episcopatus institutione destinatas videret properare. (De hac Pomeranorum conversione supra pag. 17 dictum est.) Obiit 1111, sepultus Crusviciae.

8. Balduinus, Gallus, nobilis de stemmate Ramult,

---

[1]) Paprocki, Herby rycerstwa Polskiego wydanie Turowskiego. Kraków 1858 p. 725.

electus 1111. Praefuit ecclesiae Crusviciensi annos 19. Obiit 1128, sepultus Crusviciae.

9. Suidgerus, Germanus, nobilis de stemmate Grzymała, electus 1129, obiit 1151 iuxta Długosz [1]), sed error est.

10. Onoldus, Italus, electus, adiit episcopatum 1157. Cathedram Crusvicia transtulit Vladislaviam ad ecclesiam in ripa Vistulae. Obiit 1160.

11. Rudgerus, Germanus, de gente Wieniawa nobilis, electus 1161. In exornanda sponsa sua basilica Vladislaviensi studiosus. Lustravit ecclesias suae dioecesis, religionem christianam per Pomeraniam amplificavit. Obiit 1170, sepultus Vladislaviae. (Inferius sub titulo ecclesiae Starogardensis invenies [2]) diploma Grimisclavi, ducis Pomeraniae, datum in Sveciis in die s. Martini 1198 et in eo ad calcem leges verba haec: Dominus Stephanus episcopus contulit de capituli consensu decimas.... sicut antea 24 annis libere posséderunt. Hi 24 anni perspectum reddunt, quod Rudgeri episcopi temporibus religio christiana in Pomerania post varias vicissitudines tandem radices egerit, et quod decimae seu messalia a Pomeranis nonnisi ab anno 1174 dari coepta sunt. Idem approbat fundatio Olivensis 1170 facta.)

12. Vernerus, Germanus, nobilis de gente Wieniawa, quem Paprocius [3]) * fratrem Rudgeri vult esse, p. 52
electus 1171, obiit 1178, sepultus Vladislaviae. (Supra pag. 10 exhibita est bulla Eugenii papae pontificis de data Romae 9. Aprilis 1148, in qua Verneri episcopi nomen expressum habetur. Unde Verneri episcopatus in altiora tempora referendus est [4]). Agnoscit errorem hunc

---

[1]) Długossus l. c. lib. V. p. 491. Suidgerus moritur anno 1133. cfr. Fijałek, Ustalenie chronologii biskupów włocławskich. Kraków 1894 p. 9.

[2]) p. 163 ad calcem.

[3]) Paprocki, Herby rycerstwa polskiego. Wydanie Turowskiego. Kraków 1858. p. 532.

[4]) Vernerus obiit a. 1148, successor eius erat Onoldus. cfr. Chodyński l. c. p. XV; Fijałek l. c. p. 11.

chronologicum Damalevicz[1]), non autem deducit, quomodo corrigendus sit.)

13. Vunelphus, ex decano electus 1179. Adfuit synodo provinciali Lanciciae 1180 celebrato, de qua Długosz[2]), Cromerus[3]) legi potest. Obiit 1190.

14. Stephanus, ex praeposito cathedrali Vladislaviensi electus, Alemanus patria. Ipsemet Romam 1191 adiit pro confirmatione, obiit 1197 iuxta Damalevicium, sed error est[4]). (Infra in diplomate Grimisclavi, ducis Pomeraniae, expressum invenies, quod praesul hic Stephanus in die s. Martini 1198 ecclesiam parochialem Suecensem consecraverit[5]).

15. Ogerius, Italus, electus 1198, obiit 1203[6]), sepultus Vladislaviae.

16. Bartha, ab Innocentio papa pontifice III. scissis praelatorum et canonicorum Vladislaviensium circa novi praesulis electionem suffragiis, ex auditore sacri palatii institutus et consecratus episcopus Vladislaviensis 1204. Obiit 1215 mense Novembri, sepultus in veteri basilica Vladislaviensi. Ultimus exterae nationis.

17. Michael, primus Polonus, nobilis de domo Godzięba, electus et confirmatus episcopatum adiit 1216. Pruthenorum conversioni strenue cooperatus est. Fratres ordinis Praedicatorum introduxit in conventum
p. 53 Gedanensem 1227. Beneficus * in conventum Zukoviensem 1245, donando ei omnes decimas ex villis claustro adscriptis sibi debitas. Interfuit synodo Vratislaviensi 1248. Celebravit synodum dioecesanum pridie Nonas Octobris 1233 Iunivladislaviae[7]). Bona ecclesiae Vladislaviensis alienata vindicavit et in plurimis auxit. Rexit ecclesiam magna vigilantiae et prudentiae laude annos 40 et amplius. De hoc saeculo vocatus

---

[1]) Damalevicz l. c. p. 131.
[2]) Długossus l. c. lib. VI. col. 541.
[3]) Cromerus l. c. lib. VI. p. 162.
[4]) Damalevicz l. c. p. 149. Stephanus moritur post a. 1198. Fijałek p. 12.
[5]) p. 163 ad calcem.
[6]) Ogerius obiit a. 1212. cfr. Chodyński l. c.; Fijałek p. 12.
[7]) cfr. Chodyński l. c. p. XVIII, p. 1.

ad bravium aeternae felicitatis 8. Augusti 1258[1]), sepultus in veteri templo Vladislaviensi ad ripam Vistulae, quod ipse latero cocto exaedificaverat.

18. Volimirus, Polonus, de domo Bolistarum, antea praepositus Crusviciensis, canonicus Vladislaviensis et ducum Masoviae cancellarius, electus 1258. Sub hoc antistite ecclesia Vladislaviensis pluribus bonis temporalibus aucta est. Obiit 1271[2]), sepultus Vladislaviae.

19. Albertus, de gente Wieniawa, ex decano cathedrali electus 1271, confirmatus 1272. Obiit Nonis Decembris 1283.

20. Vislaus, de armis Zabaviorum, ex praeposito Plocensi canonicus Vladislaviensis electus, 14. Kalendas Aprilis 1284 a Iacobo Svinka, archiepiscopo Gnesnensi, in monasterio Strzelnensi ordinis Praemonstratensium consecratus et confirmatus. Fundavit ecclesiam in Komorsko et Vladislaviensem cathedralem ampliavit in bonis temporalibus. Obiit 27. Novembris 1300, sepultus Vladislaviae.

21. Gervardus, de gente Coryllorum, electus 1301 et in ecclesia Strzelnensi a Iacobo Svinka, archiepiscopo Gnesnensi, consecratus et confirmatus. Sub huius regimine Cruciferi 1310 Gedanum et paulo post Pomerelliam universam occuparunt et episcopo decimas ex Pomerania debitas denegare coeperunt. Adiit ideo episcopus sanctam sedem, ubi per septennium commoratus, tandem * anno Domini 1321 in causa victor p. 54
evasit. Obiit Avinione in Francia 1. Novembris 1323, sepultus ibidem in ecclesia fratrum Praedicatorum.

22. Matthias Golanczewski de stemmate Toprororum, decanus Vladislaviensis a morte Gervardi, cui interfuit, mox Avinione 3. Decembris 1323 a Ioanne XXII. summo pontifice de episcopatu Vladislaviensi provisus et iubente eodem pontifice per episcopum Praenestinum, sanctae Romanae ecclesiae cardinalem, Idibus Ianuariis in episcopum consecratus. 1340 die 25. Martii iecit prima fundamenta novae basilicae Vla-

¹) a. 1252. cfr. Chodyński l. c. p. XV.
²) a. 1275. cfr. Fijałek p. 16.

dislaviensis in loco editiore et a Vistula remotiore, cuius moenia progressu temporis felici continuatione eduxit non parvo sumptu, magna nominis sui omnium saeculorum celebritate. Cumque in episcopatu 42 annos egisset, oculorum officio destitutus, eodem cessit in favorem Sbyluti de Golancza, praepositi Vladislaviensis, nepotis sui. In vivis esse desiit 16. Maii 1368, sepultus in basilica nova.

23. Sbylutus de Golancza, praepositus Vladislaviensis, nepos Matthiae antedicti, episcopatum adiit, uti dictum est, per abdicationem Matthiae 1366. Imposuit basilicae novae fastigium ipsamque exornavit. Consecravit ecclesiam Zukoviensem. Obiit Raciązii 1383, sepultus Vladislaviae.

24. Troianus de gente Coryllorum, praepositus Posnaniensis, canonicus Vladislaviensis, electus via compromissi et ab archiepiscopo Gnesnensi confirmatus, non tamen consecratus[1].

25. Ioannes I., ducis Opoliensis filius, Cropidło dictus, regia nominatione (reprobata Troiani electione) de ecclesia Posnaniensi ad Vladislaviensem translatus 1384 et a summo pontifice confirmatus. Anno Domini 1389 provisus a summo pontifice metropolitana sede Gnesnensi, suffecto in locum ipsius Henrico, duce
p. 55 Legnicensi, sed obluctante rege, ne * in archiepiscopatus possessionem venire posset, utraque cathedra cecidit, factus postea episcopus Caminensis in Pomerania.

26. Henricus, dux Legnicensis, decanus Vratislaviensis, qui translato 1389 Ioanne I. (uti dictum est) auctoritate summi pontificis ad sedem metropolitanam Gnesnensem, illico eadem auctoritate provisus est de

---

[1]) Haec falsa sunt. Mortuo enim Zbiluto per viam compromissi canonici tres capituli canonicos, penes quos summa erat auctoritas, novum episcopum eligere iusserunt, scilicet Theodoricum canonicum Vladislaviensem, Trojanum Paluka praepositum Posnaniensem et Ioannem de Czarnkowo archidiaconum Gnesnensem. Hi supra dictum Theodoricum episcopum elegerunt, sed summus pontifex hanc electionem non probavit. cfr. Fijałek l. c. p. 25.

episcopatu Vladislaviensi, rege nihil consensum morante. Residebat plerumque in ducatu suo Legniciae, ubi et diem extremum clausit 12. Decembris 1398, sepultus in basilica Vratislaviae.

27. Nicolaus Kurowski de stemmate Srzeniawa, qui a sancta sede apostolica, accedente regia commendatione, a Posnaniensi ecclesia ad Vladislaviensem 16. Kalendas Maii 1398 translatus est, inde vero 1402 ascensum fecit ad archiepiscopatum Gnesnensem. Obiit 1411. Vacavit cathedra Vladislaviensis biennio post ascensum Nicolai.

28. Ioannes I., dux Opoliensis, 1404 sedi Vladislaviensi, a qua 1389 ceciderat, restitutus auctoritate summi pontificis et rege consentiente. Interfuit concilio universali Constantiensi 1414. Obiit 1421 feria secunda post Laetare, sepultus in ecclesia Opoliensi patrum Praedicatorum.

29. Ioannes II. Pella de Niewiesz, stemmatis Wieniawa, ex praeposito Crusviciensi canonicus Vladislaviensis et Sendomiriensis electus et confirmatus 1421. Auxit mensam capitularem pluribus reditibus. Obiit Vladislaviae 24. Aprilis 1427 ibidemque sepultus est.

30. Ioannes III. Szafraniec de stemmate antiqui equi, antea decanus Cra*coviensis, regni Poloniae p. 56
cancellarius, accedente regia commendatione postulatus magis quam electus 1427. Huius temporibus 1431 basilica Vladislaviensis a Crucigeris impie spoliata et incensa est. Eodem anno Gedanenses curiam episcopalem in monte sitam, in qua officialis Pomeraniae solitus fuerat residere, et quae oppressis pro asylo fuit, demoliti sunt et solo aequarunt. Obiit antistes optimus peste 1433 die 28. Iulii in villa Brodnia (erat enim regni cancellarius) et Cracoviae sepultus est.

31. Vladislaus Oporowski, gente Sulimeus, decretorum doctor, decanus Cracoviensis, praepositus Lanciciensis, canonicus Vladislaviensis, regni Poloniae procancellarius, rege urguente electus et 1434 provisus, die vero 19. Septembris in Lanciciensi coenobio sancti ordinis Praedicatorum consecratus. Basilicam veterem Vladislaviensem in ripa Vistulae, cui praeterlabens

fluvius ruinam minabatur, veritus, ne arx simul detrimentum subiret, solo aequavit. Translatus 16. Iulii 1449 ad metropolitanam sedem Gnesnensem. Demum obiit Oporovii 1454 ibidemque in ecclesia patrum s. Pauli primi eremitae, quam fundaverat, sepultus est.

32. Nicolaus II. Lasocki, de domo Dołęga, decanus Cracoviensis, quem vacante per promotionem Oporowscii sede Vladislaviensi, Romae agentem summus pontifex 1449 die 16. Kalendas Sextilis episcopum renuntiavit. Reversurus cum galero cardinalitio, epidemiae morbo infectus Romae, in villa Plebs Turni prope Camerinum obiit, ibidem Camerini sepultus die 14. Decembris 1450.

33. Ioannes IV. Grusczynski de Ianowice, stirpe Rosarum, custos Cracoviensis, canonicus Gnesnensis, nominatione regia a Nicolao papa pontifice V. in regimen ecclesiae Vladislaviensis suffectus 1450 et 1455 a rege can-
p. 57 cellarius regni * creatus. Anno vero 1463 die 2. Iunii translatus est ad ecclesiam Cracoviensem et inde 1464 die 19. Octobris ascendit ad archiepiscopatum Gnesnensem. Obiit 1473 Cracoviae, sepultus Gnesnae.

34. Ioannes V. Lutecus de Brzezie, stemmatis Dolivitarum, iuris utriusque doctor, archidiaconus Gnesnensis, scholasticus Vladislaviensis, canonicus Cracoviensis, procancellarius regni, ad instantiam regis 1463 die 8. Iunii de episcopatu Vladislaviensi provisus et 1464 dominica IV. Quadragesimae in ecclesia Lanciciensi consecratus. Demum 19. Octobris 1464 ad ecclesiam Cracoviensem translatus, ibidem 24. Maii 1471 mortuus est.

35. Iacobus I. Sienenski e stirpe Dębna, protonotarius apostolicus, praepositus Gnesnensis et Cracoviensis, regis Poloniae apud sanctam sedem apostolicam orator, praefectus civitatis et arcis Tiburtinae et iam olim 1463 de episcopatu Cracoviensi provisus, sed a rege de illius aditu impeditus, tandem 10. Octobris 1464 rege non invito de ecclesia Vladislaviensi provisus. In exornanda sponsa sua munificus, in egenos liberalis extitit. Arces episcopales restauravit, in loco veteris basilicae aedem s. Stanislai feria 3. Paschae

1474 (iam antea erectam) consecravit. Translatus 1473 ad metropolitanam Gnesnensem sedem, ubi mausoleum s. Adalberto ex marmore exstruxit. Obiit 1480.

36. Sbigneus de Olesznica[1]), de armis Dębno, magister artium Cracoviensis, vicecancellarius regni, a Sixto papa pontifice IV. interveniente rege, non expectata sancti collegii electione, 11. Decembris 1473 episcopus Vladislaviensis renuntiatus, hactenus scholasticus et ad s. Florianum praepositus Cracoviensis. Doctrina insignis, cuius specimen concionibus frequenter ad populum habitis edidit. Translatus ad archiepiscopatum Gnesnensem 1480, obiit 1493.

* 37. Andreas Oporowski, de armis Sulima, iuris p. 58
utriusque doctor, procancellarius regni, ex episcopatu Premysliensi et perpetua ecclesiae Varmiensis administratione ad ecclesiam Vladislaviensem rege favente ascendit 1480. Officio vicecancellariatus occupatus, ad latus regium constanter morabatur, nec ecclesiam suam unquam adiit. Dum tandem 1483 ex Lithvania iter Vladislaviam arripuisset, febri correptus, Meretsii rebus humanis exemptus est Vladislaviamque mortuus ad tumulum, quem vivus non adiit, delatus est.

38. Petrus de Bnino Moszinski de armis Łodzia, ex Premysliensi ecclesia ad Vladislaviensem summi pontificis voluntate translatus 1484. Crebrius ad ecclesiam moratus est et ad eandem die 7. Martii mortuus ac in eadem 25. Martii 1493 sepultus est.

39. Creslaus de Curoszwanki, de armis Rosae albae, regis commendatione 1. Iunii 1494 electus et dein confirmatus, possessionem 15. Novembris capessivit, 4. vero Ianuarii 1495 cathedram adiit. Cum episcopatu gessit simul munus cancellarii regni. Disciplinae ecclesiasticae accuratus censor, synodum dioecesanum in parochiali ecclesia Sobkoviensi congregavit[2]). Obiit Volboriae 5. Aprilis 1503, sepultus in basilica Vladislaviensi.

---

[1]) cfr. Monumenta historica dioeceseos Wladislaviensis. X. Wladislaviae 1894 p. 36: Continuantur vitae episcoporum Wladislaviensium.

[2]) cfr. Chodyński l. c. p. XXIII.

40. Vincentius de Przerąb, stemmatis Nowina, olim procancellarius regni, ex episcopatu Plocensi ad Vladislaviensem 25. Iulii 1503 translatus. Obiit 22. Septembris 1513, sepultus Vladislaviae.

41. Matthias de Drzewica, armorum Vituli, trium regum olim procancellarius, deinde cancellarius et episcopus Premysliensis factus, postea praemissa postulatione 20. Decembris 1513 ad ecclesiam Vladislavien-
p. 59 sem translatus. Gliscenti in urbe * Gedanensi haeresi, implorata adiutrice manu regia, fortiter se opposuit. Anno demum 1531 ascendit ad Gnesnensem archiepiscopatum. Obiit Lovicii 12. Augusti 1535, aetatis 79, sepultus 39.[1] Septembris.

42. Ioannes VI. Karnkowski, armorum Iunosza, prius secretarius regius, praepositus Scarbimiriensis et Cracoviensis, dein Premysliensis episcopus et 1531 Vladislaviensis. Obiit 1538 longiore vita dignus, sepultus Vladislaviae in monumento, quod vivens fieri curavit. Serpebat ipsius tempore haeresis Lutherana non tantum per Pomeraniam, sed et per Poloniam.

43. Lucas a Gorka, armorum Łodzia, ex palatino Posnaniensi in episcopum Vladislaviensem promotus regia commendatione 1538. Dilexit decorem domus Dei et in pauperes munificus extitit. Obiit 3. Octobris 1542 Samotuliis, unde ad ecclesiam Vladislaviensem a filio suo Andrea comite de Gorka, castellano Posnaniensi, delatus ibidemque tumulatus est.

44. Nicolaus III. Dziergowski[2]) gente Accipitrina, ab ecclesia Chelmensi ad Vladislaviensem 1543 promotus et anno 1546 ad metropolitanam ecclesiam evectus, utrique, Vladislaviensi et Gnesnensi, voluntate summi pontificis praefuit ad tempus. Obiit 1550. Condidit Vladislaviae psalteristas.

45. Andreas Zebrzydowski de Wiencbork, Radu-

---

[1]) Idem narrat Damalevicz (l. c. p. 369), qui affert verba epitaphii, quod est Gnesnae in ecclesia cathedrali. Korytowskio (Arcybiskupi Gnieźnienscy t. II. Poznań 1888. p. 810) autem auctore Matthias Drzewicki archiepiscopus non 79 sed 69 annos natus mortuus et Gnesnae sepultus est 28. Septembr. 1535.

[2]) Legendum: Dzierzgowski.

anorum stirpe progenitus, prius Camenecensis, dein Chelmensis et 1546 Vladislaviensis episcopus, demum 1551 Cracoviensis, in qua tandem dignitate obiit 1560.

46. Ioannes VII. Droiewski[1]), armorum Korczak, ab ecclesia Chelmensi ad Vladislaviensem 1551 promotus. Sub cuius regimine haereses in Pomerania * p. 60
incrementa impune sumebant et densius herbescebant cum oppressione fidei sacrosanctae. Obiit Volboriae 1557.

47. Iacobus Uchanski de stemmate Radwan, primum decanus Plocensis, archidiaconus Varsaviensis, referendarius regni, dein episcopus Chelmensis, nec multo post 1557 Vladislaviensis atque 1565[2]) archiepiscopus Gnesnensis factus. Obiit 1581, sepultus Loviciae.

48. Nicolaus IV. Wolski, stemmatis Pułkozic vocati de Podhayce, prius praepositus Plocensis, episcopus Chelmensis et dein 1565[3]) Vladislaviensis, vir magni et excelsi animi. Obiit Varsaviae, ibidem in ecclesia s. Ioannis cum fratre Stanislao, castellano Sendomiriensi, in uno eodem tumulo sepultus 1567.

49. Stanislaus Karnkowski de gente Iunosza, sacrorum canonum doctor, primo secretarius maior, dein referendarius regni et 1567 episcopus Vladislaviensis. Qui collapsam cleri disciplinam erexit, plurima templa ab haereticis profanata vindicavit et reconciliavit, synodum dioecesanum celebravit[4]), seminarium instituendo clero fundavit, ecclesias per dioecesim bis lustravit, scripsit plurima ad salutem fidelium necessaria, in bonis episcopalibus multa aedificavit, denique partes omnes vigilantissimi ac optimi praesulis adimplevit. Translatus ad ecclesiam metropolitanam Gnesnensem 1581 indeque ad vitam aeternam transiit 1603.

50. Hieronymus comes a Rozrazew, ex illustri gente Dolivitarum alias de Pumpsdorf genitus. Quantus virtutum splendore, quantus rerum pro ecclesia et patria gestarum magnitudine antistes hic fuerit, relatu

---

[1]) al. Drohojowski.
[2]) a. 1562. cfr. Fijałek p. 70.
[3]) ab a. 1562.
[4]) a. 1568 et 1579. cfr. Chodyński l. c. p. XXIX et 38 sqq.

difficile est. Primum praepositus Plocensis, dein se-
p. 61 cretarius maior re*gni et 1581 episcopus Vladislaviensis
renuntiatus. In quo mox in id vel maxime incubuit,
ut ad normam divi Caroli Boromei regiminis sui mu-
nus ordinaret. Viros doctos et pios fovit, ipsemet doc-
trina et pietate praestans. Cleri populique mores fre-
quentibus visitationibus reformavit et excoluit. Serio se
impendit, ut dioecesis ab haeresibus expurgaretur, plu-
rimas ecclesias in Pomerania e manibus haereticorum
vindicavit, Cartusianos in veterem reduxit sedem ad
Gedanum eisque in tantum benefecit, quod merito
secundus fundator ab eisdem dicatur. Deliberaverat
diu, religionem hanc amplecti. Collegium Societatis
Iesu Gedani fundavit. Monasteria reliqua per dioecesim
temperavit. Ubique boni pastoris documenta reliquit.
Tandem ultimum diem Romae anno iubilaeo 1600 die
9. Februarii sancte clausit, ubi et sepultus quiescit
apud patres Societatis Iesu.

51. Ioannes VIII. Tarnowski ex gente nobilissima Rolitarum, primum referendarius, dein procancellarius regni, ex praeposito Vladislaviensi factus episcopus Posnaniensis, inde 1601 ad ecclesiam Vladislaviensem translatus, ad quam sacellum bracteis aeneis tectum, in quo officium B. M. V. et missa decantatur, aedificavit. Anno 1603 ascendit ad ecclesiam metropolitanam Gnesnensem, inde vero post menses 6 transiit ad vitam aeternam.

52. Petrus Tylicki, stirpis Lubiciorum, primum Culmensis, dein Varmiensis episcopus et procancellarius regni, demum 1604 Vladislaviensis et 1607 die 19. Ianuarii Cracoviensi cathedra potitus est. Inde transiit ad caelestia proemia capessenda 1616.

53. Albertus II. Baranowski, stemmatis Iastrębe-
ciorum, olim cantor Gnesnensis, scholasticus Lanci-
ciensis, dein episcopus Premysliensis et procancella-
p. 62 rius * regni, postea Plocensis et 1607 Vladislaviensis
antistes factus, primordia sui regiminis a celebratione
synodi dioecesani inchoavit[1] et censorinam falcem ad

[1] cfr. Chodyński l. c. p. 152.

eliminandos cleri populique mores reprehensione dignos admovit, vir priscae severitatis. Eodem adhuc anno 1607 die 17. Maii nominatus archiepiscopus Gnesnensis, in quo supremo subsellio tandem diem extremum clausit 1615.

54. Mathias III. Pstrokonski e domo Buzeniorum, stemmatis Porai, primum praepositus Gnesnensis, episcopus Praemysliensis et procancellarius regni, dein 1606 supremus regni cancellarius, anno demum 1606 Nonis Novembris apprehendit cathedram Vladislaviensem, basilicam adiit 16. Maii 1609 ac mox aegrotari incipiens, obiit anno eodem 1609 ipso die ss. apostolorum Petri et Pauli Raciązii. Scripsit vitam huius piissimi praesulis Lubienski et alii[1]).

55. Laurentius Gembicki e gente Nalenciorum, ex Culmensi ad Vladislaviensem ecclesiam 1610 translatus, simul cancellarii supremi munus sustinens. Anno 1615 ascensum fecit ad ecclesiam metropolitanam Gnesnensem, ubique praesulis optimi documenta relinquens. Obiit 1624.

56. Paulus Wołucki de domo Ravitarum, primum Camenecensis, dein Luceoriensis et 1616 die 26. Novembris Vladislaviensis antistes. Ovile gregemque suum visitatione generali exacte recensuit, synodum dioecesanum celebravit[2]), sponsam suam basilicam Vladislaviensem donis multis ditavit et multa bona opera alia operatus est. Obiit piissimus praesul Vladislaviae 15. Novembris 1622.

57. Andreas IV. Lipski e gente Grabitarum, olim procancellarius, postea supremus cancellarius regni ac episcopus Luceoriensis, anno demum 1623 translatus ad Vla*dislaviensem ecclesiam, ab hac rursum 1631 p. 63
ad Cracoviensem transiit eodemque obiit.

58. Mathias IV. Łubienski e gente Pomianea, primum Chelmensis, postea Posnanensis, dein 1631 Vladislaviensis episcopus et 1642 archiepiscopus Gne-

---

[1]) Lubienski, De ortu, vita et morte Matthiae de Buzenin Pstrokonski. Cracoviae 1641.

[2]) Chodyński l. c. p. 167 sqq.

snensis. In basilica Vladislaviensi celebravit duplicem synodum 1634 et 1641[1]). Obiit 1652. (In hoc Illmo praesule desinit Damalevicius. Series sequens ex tomis Niesiecki compilata est.)

59. Nicolaus V. Albertus ab Olexow Gniewosz[2]), de armis Rawicz, ab abbatia Pokrzywnicensi et canonico Cracoviensi ascendit immediate ad cathedram Vladislaviensem 1642, in qua et diem clausit extremum 1654, variis legationibus stante vita perfunctus.

60. Casimirus Florianus dux in Clevan Czartoryiski[3]), ex Posnaniensi ad Vladislaviensem ecclesiam 1654 translatus, quam annis 20 illustravit, demum 1673 ad primatiale fastigium evectus, obiit 1674, sepultus Varsaviae apud patres Societatis Iesu.

61. Ioannes XI. Gembicki[4]) de armis Nałęcz, primum Culmensis, dein per annos 18 Plocensis, demum 1674 Vladislaviensis episcopus, obiit 1676. Meminit eiusdem Damalevicz[5]) p. 444, tunc nonnisi abbas Tremesnensis.

62. Stanislaus II. Sarnowski[6]), armorum Iastrzębiec, ab ecclesia Premysliensi ad Vladislaviensem ascendit 1677. Obiit 1680.

63. Bonaventura de Niedzielsko Madalinski[7]), de armis Larissa, ex Plocensi cathedra ad Vladislaviensem 1681 evectus, in qua et obiit 1691. Praesul pius et doctus.

p. 64 * 64. Stanislaus III. in Lubraniec Dąmbski[8]) ex gente Godzięmba, prius Chelmensis, Luceoriensis, Plocensis, dein 1691 Vladislaviensis et 1699 Cracoviensis. Obiit 1700.

65. Stanislaus IV. in Słupow Szembek[9]) ex suffraganeo Cracoviensi evasit in praesulem Vladislaviensem

---

[1]) Chodyński l. c. p. 196 sqq.
[2]) Niesiecki-Bobrowicz IV, 157.
[3]) Niesiecki-Bobrowicz III, 231.
[4]) Niesiecki-Bobrowicz IV, 102.
[5]) Damalewicz l. c.
[6]) Niesiecki-Bobrowicz VIII, 282.
[7]) Niesiecki-Bobrowicz VI, 318.
[8]) Niesiecki-Bobrowicz III, 295.
[9]) Niesiecki-Bobrowicz VIII, 610.

1699, inde ob maxima in rempublicam merita rarasque virtutes pervenit ad primatiale fastigium 1706. Obiit piissime 1721.

66. Constantinus Felicianus Szaniawski[1]), armorum Iunosza, ex canonico Vilnensi et referendario magni ducatus Lithuaniae immediate pervenit ad cathedram Vladislaviensem 1706. Missionarios ad s. Adalbertum fundavit et 1720 ascendit ad episcopatum Cracoviensem, ubi et obiit 1732.

67. Christophorus Antonius in Słupow Szembek[2]), olim episcopus Livoniae, dein Posnaniensis et 1720 Vladislaviensis, demum 1738 archiepiscopus Gnesnensis. Obiit 1748. In egenos et pauperes liberalis, Varsaviae condidit et competenter dotavit hospitale pupillorum.

68. Adamus Stanislaus V. in Grabowo Grabowski[3]) a Culmensi ad Vladislaviensem cathedram 1738, inde rursum ad Varmiensem 1741 translatus, cui nuncusque (1749) praeest.

69. Valentinus Alexander Czapski de armis Leliwa, ex Praemysliensi cathedra ad Vladislaviensem 1741, quam usque modo feliciter regit.

*Suffraganei Vladislavienses. p. 65

Damalevicz pag. 50[4]): „Partem solicitudinis episcopalis eam, quae in consecratione et unctione consistit tam rerum quam personarum in tam lata dioecesi, obit episcopus Margaritensis, suffraganeus Vladislaviensis (videtur aliquando Tarvisiensis episcopus eam solicitudinem gessisse in actis Ioannis Gruszczynski, episcopi Vladislaviensis, anno Domini 1407, quod circa institutionem praebendarii Crusviciensis fundi Cikowo 27. die mensis Ianuarii legitur), cui exili a prima fundatione proviso censu, extinctione canonicatus Crusviciensis fundi Gizice, dos per Rdmum Hieronymum comitem a Rozrazew, episcopum Vladislaviensem, est

[1]) Niesiecki-Bobrowicz VIII, 600.
[2]) Niesiecki-Bobrowicz VIII, 615.
[3]) Niesiecki-Bobrowicz IV, 268.
[4]) Damalevicz l. c. p. 51.

aucta[1]) consentiente et unionem huius beneficii cum suffraganeatu approbante Clemente Aldobrandino, ea superaddita conditione, ut solemnioribus festis in Crusviciensi ecclesia divinis officiis interesse missamque pontificalem celebrare esset adstrictus. Functus est munere hoc summa dignitate Christophorus Charbicki ante hunc annum, quo (1642) haec scribere adorior, rebus humanis exemptus, maximo Vladislaviensis ecclesiae et bonorum omnium desiderio. Successorem
p. 66 muneris exce*pit virum non minus pietate, quam doctrina insignem Perillrem et Rdmum Dominum Venceslaum Paprocki, nobilissima Sariorum stirpe oriundum; utrumque Illmus et Rdmus Dominus Mathias Łubienski promovit, in cuius celebritatem non minima eo nomine praeconiorum pars dimanat, quod ecclesiae suae de talibus prospiciat cooperatoribus, qui splendidam cathedrae Vladislavianae lucem gloria meritorum, morum castimonia et vitae integritate extendant. Hic quoque obiit". (Nemo vero a me hoc loco integram suffraganeorum seriem expectet, qui hic ad numerum revocantur sunt duntaxat hi, quorum memoria in archivo et bibliotheca Cartusiae nostrae habetur).

1450 1. Frater Nicolaus, Dei gratia episcopus Calipolensis, Rndi in Christo Patris et DD Nicolai eadem gratia episcopi Vladislaviensis suffraganeus, in spiritualibus et temporalibus vicarius, necnon officialis per terram Pomeraniae generalis. Hoc titulo praefixo habetur Cartusiae processus contra Stolpenses. Datum Gdantczk 4. Martii 1450[2]).

1574 2. Andreas Byliovius, de quo Stanislaus Karnkowski, episcopus Vladislaviensis, ad Gregorium XIII. summum pontificem epistula 5 sic scribit[4]): Cum inter tot curas et occupationes, quibus pro bono reipublicae

---

[1]) cfr. Chodyński, Biskupi sufgrani Włocławscy. Włocławek 1906. p. 16.

[2]) Hoc documentum invenitur in Georgii Schwengel libro manuscripto, cui titulus: Apparatus ad annales Cartusiae Paradisi B. M. V. prope Dantiscum (tom. I. p. 285).

[3]) alias Andreas Blinowski, cfr. Chodyński l. c. p. 41.

[4]) Carncovius, Epistolae illustrium virorum. Cracoviae 1678. Epistola 5. libri III: hic Bylinovius appellatus.

atque adeo ecclesiae Dei distringor, saepius me abesse ab ecclesia mea me contingat, Sanctitati Vestrae humiliter supplico, ut ex sua benignitate et gratia Venerabilem Andream Byliovium, cantorem Crusviciensem et canonicum Vladislaviensem, doctum, pium ac integritate vitae conspicuum, in suffraganeum ecclesiae meae, retentis sacerdotiis, creare dignetur. Intra annos 1574 et 1581.

* 3. Frater Valerianus s. ordinis Praedicatorum p. 67
magister, oratorum sui temporis facile princeps, episcopus Margaritensis et suffraganeus Vladisliavensis 1538. Bzovius in Propagine p. 51 et p. 52[1]): Illsmus Stanislaus Carncovius, archiepiscopus Gnesnensis, referebat de Valeranio episcopo suffraganeo, quod hic cum quibusdam aliis sui ordinis patribus contentione indefessa, concionibus doctissimis, disputationibus acutissimis, laboribus et sudoribus immensis fidei catholicae puritatem et maiestatem in regno Poloniae haeresibus obruto retinuit. Et ne sacra illa regum pontificumque limina praetergrederetur vel etiam, si forte per rimas illapsa esset pestifera haeresis, postliminio pelleretur, Valerianus et alii litteris Hosii cardinalis, iussu summorum pontificum Pii IV., Pii V. aliorumque antecessorum datis commonitus, toto conatu advigilibat. Et p. 72[2]): A subselliis suis pulsi erant et exsibilati universi praesules in infandis illis Petricoviensibus comitiis, triumphum iam tunc egissent haeretici, proscriptis a se summis doctoribus. Obstitit frater Valerianus et alii, regi Sigismundo suadentes, ne id fiat, nisi actum esse velit de salute regni. Ex quibus constat Valerianum hunc 30 et amplius annos suffraganeum Vladislaviensem egisse[3]).

1538

4. Matthias Wielicki[4]) de armis Iunosza, episcopus Margaritensis et suffraganeus, decanus ac officialis Vla- 1585

[1]) Bzovius, Propago D. Hyacinthi l. c. p. 51 sqq.
[2]) Bzovius l. c. p. 72.
[3]) Valerianus, suffraganeus Vladislav. 1543—1548 cfr. Chodyński l. c. p. 34.
[4]) Matthias Wielicki, suffraganeus Vladislav. ab a. 1579—1585.

dislaviensis 1585. Acta Cartusiae B. 86[1]). Obiit 28. Novembris 1585. Starovolscius in Monumentis[2])

1589 5. Ioannes Nowomieyski[3]) de armis Rawicz, suffraganeus Vladislaviensis 1589. Acta synodi Vladislaviensis[4]). Niesiecki tom. 3[5]).

idem 6. Ioannes comes a Rozrazow, episcopus Margaritensis, suffraganeus Vladislaviensis, de quo Bzovius in Propagine p. 101 sequentia habet[6]): Posnaniensis
p. 68 con*ventus s. Dominici munificentia Illsmi et Rndmi DD. Ioannis comitis a Rozdrazow, episcopi Margaritensis et suffraganei Vladislaviensis, (quos ille honores quoties ergo iam abdicavit) recreatus proque studio litterario triumque lectorum provisione censu annuo dotatus. Et Niesiecki tom. 3 p. 894[7]): „Rozrazewski herbu Doliwa: Inni się pisali z Nowego miasta w Wielkieypolszcze, a ztąd też niektorzy ich zwali Nowomieyski. Do tychże należy Ian Rozrażewski Biskup Margaritenski Suffragan Kuiawski: ten w Poznaniu Collegium Lubranscianum iuż dla dawności lat, y do ruiny nachylone, y w dochody nadwerężone, swoią szczodrobliwością dzwignął, czterech Professorow w nim ufundowawszy, to iest Grammatyki, Matematyki, Oratora y Historyką, Iurisprudentiae y Moralis Philosophiae, 25000 na tę intencyą, na Nowym mieście Dobrach swoich dziedzicznych zapisawszy w roku 1609. Akademii także Krakowskiey, 10000 na tychze dobrach naznaczył. OO. Dominikanom w Poznaniu na 3 Lektorow fundacyą uczynił, a potym zpuściwszy beneficia Kościelne, w prywatnym życiu dnie swoie zkonczył. Paprocki Rozmowa podawce[8])“. Ex quibus liquet

---

[1]) cfr. p. 49 not. 7.

[2]) Starovolscius, Monumenta Sarmatarum p. 408: Obiit 28. Nov. 1585.

[3]) Nominatus a. 1585.

[4]) Acta et constitutiones synodi dioec. Wladislav. habitae a. D. 1586, 1589: Chodyński, Statuta synod. dioec Wladislav. et Pomeran. Varsaviae 1890 p. 97. p. 127.

[5]) Niesiecki-Bobrowicz VIII, 100; VIII, 162 sq.

[6]) Bzovius l. c. p. 101.

[7]) Niesiecki-Bobrowicz VIII, 163.

[8]) cfr. Paprocki, Herby rycerstwa Polskiego wydanie Turowskiego. Kraków 1858 p. 101.

antedictum Ioannem Nowomieyski sub numero 5 et hunc Ioannem Rożrazewski unum eundem suffraganeum fuisse. Miror interim Niesiecii inconstantiam, illum ad arma Rawicz, hunc ad arma Doliwa revocantis.

7. Franciscus Lącki, suffraganeus Vladislaviensis[1]). 1614
Niesiecki tom. 3 p. 891[2]): Hieronim Rozrazewski Biskup Kuiawski z Ratysbony powrociwszy, koło rozporządzenia Dyecezyi swoiey zakrzątnał się. A naprzod Franciszka Łąckiego Doktora w Teologii Suffraganem * p. 69
Kuiawskim osadził. Et p. 8[3]): Łącki herbu Ielita, piszą się z Nadola. Franciszek naprzod Archidiaconus Pomorski 1589, a potym Biskup Margaritański Suffragan Kuiawski 1614. Dowcip iego y wymowę sławi Cichocki in Alloquiis Osecensibus l. 3. c. 14[4]), w Rzymie Iurisprudencii słuchał, zkąd Rozrazewskiemu Biskupowi przupadł był do serca[5]). Obiit 19. Ianuarii 1617. Starovolscius[6]).

8. Baltasar Miaskowski, suffraganeus Vladislaviensis, 1618
1622. Damalevicz p. 450[7]). De eodem Niesiecki tom. 3. p. 247[8]): Miaskowski herbu Leliwa, w Wielkieypolszcze y na Rusi. Z tych Balcer świętej teologii doctor Prałat przykładnego życia y niezamuloney żadnym zakałem cnoty, od Hieronima Rozrazewskiego Biskupa Kanonikiem Kuiawskim uczyniony y Kaznodzieią, gorliwe do ludzi kazania miewał, posuniony potym na archidiaconią Pomorską, w wielu interesach oyczyznie dobrze się przysłuzył. Paweł Wołucki swoim go Suffraganem wyniosł z tytułem Biskupa Margari-

¹) Suffraganeus Vladislav. ab a. 1598. cfr. Chodyński l. c. p. 47.
²) Niesiecki-Bobrowicz VIII, 158.
³) Niesiecki-Bobrowicz VI, 184.
⁴) Gaspar Cichocius, Alloquiorum Osiecensium libri quinque. Cracoviae 1615. p. 342.
⁵) cfr. Visitatio archidiac. Pomeraniae per F. Łącki reddita episcopo Rozrażewski: Monum. hist. dioec. Wlad. XV. Wladislaviae 1897. p. 5.
⁶) Starovolscius, Monum. Sarmatarum. Cracoviae 1655. p. 407.
⁷) Damalevicz, Vitae Vladislav. epp. 1642. p. 450.
⁸) Niesiecki-Bobrowicz VI, 380.

tańskiego. W Fordanie albo w Wissogrodzie Kościoł wymurował, tak przez 40 lat, Kościołowi Kuiawskiemu pracy swoiey Pasterskiey nie żałuiąc, poszedł po zapłatę w roku 1633, w Katedrze Kuiawskiey z nadgrobkiem pochowany, gdzie na pewną liczbę mszy fundacyą ugruntował. Wydał do druku: Probę wiary do zbawienia, in 4to 1616 w Krakowie. Obiit 19. Aprilis 1633. Starowolscius[1]).

1634 9. Christophorus Charbicki, suffraganeus Vladislaviensis. Damalevicz p. 50[2]). De eodem Niesiecki tom. 1. p. 246[3]): Charbicki herbu Iastrzębiec. Krysztofa: ten od wuia swego (Tarnowski episcopo) Scholastykiem Kuiawskim podwyzszony, od Wołuckiego Pro-
p. 70 boszczem tamże, od Łubien*skiego Macieia Biskupem Margarytanskim y Suffraganem Kuiawskim: w roku 1634 był na Synodzie Prowincyonalnym Warszawskim. Acta Synodi[4]). W roku 1620 Deputatem na Trybunał Koronny etc., umarł 1638. Prałat iako go chwali Damalewicz w Karności Kościelney pilny, w przykładnym zyciu nienaganny, wszyskim dla cnoty swoiey miły.

1640 10. Wenceslaus Paprocki, episcopus Margaritensis, suffraganeus Vladislaviensis. Damalevicz p. 50[5]). De eodem Niesiecki tom. 3 p. 559[6]): Paprocki herbu Ielita: z tych Wacław Biskup Margarytański Suffragan Kuiawski. Iest w druku iego: Apologeticon honestatis episcoporum titularium vulgo suffraganeorum in 4to Cracoviae 1642. Quo anno et obiit. Damalevicz p. 50[7]).

1645 11. Valerianus Wilczogorski[8]), herbu Montelupi, epi-

---

[1]) Starovolscius l. c. p. 401.
[2]) Damalevicz l. c. p. 52.
[3]) Niesiecki-Bobrowicz III, 16.
[4]) cfr. Acta seu decreta et statuta synodalia Vladislav. dioecesis 1634 sancita: Chodyński l. c. p. 216.
[5]) Damalevicz l. c. p. 52.
[6]) Niesiecki-Bobrowicz VII, 247.
[7]) Damalevicz l. c. p. 52.
[8]) In Paprocii locum Petrus Mieszkowski successit, qui 15. Novembris 1643 consecratus est; postremum de eo est sermo a. 1648. Ei a. 1649 Nicolaus Krasicki, ab episcopo Gniewosz nominatus, successit, qui tamen a summo pontifice reprobatus esse videtur; anno denique 1652 episcopus suffraga-

scopus Margaritensis, suffraganeus Vladislaviensis, archidiaconus Luceoriensis, praepositus Paczanoviensis 1645. Niesiecki tom. 4. p. 534[1]).

12. N. Domaniewski[2]) herbu Lubicz, suffraganeus Vladislaviensis 1663. Ex historia collegii Calissensis: Niesiecki tom. 2. p. 57[3]). 1663

13. Petrus Paulus de Mieszkowo Odrowąs Mieszkowski, Dei et apostolicae sedis gratia episcopus Marochiensis, suffraganeus, custos Vladislaviensis et Pomeraniae, decanus Crusviciensis, canonicus Posnaniensis, sacrae regiae maiestatis secretarius. Hic titulus in libello Mundus crucifixus, a Michaele Rychalski, ecclesiae cathedralis Vladislaviensis poenitentiario, isti praelato 1681, cum emeritam frontem cingerent infulae, dedicato reperitur[4]). De eodem Niesiecki tom. 3. p. 261[5]): Mięszkowski de armis Odrowąz: Petrus Paulus episcopus Marochiensis, suffraganeus Vladislaviensis, decanus Crusviciensis 1684, do Krucyfixa w Bydgoszczy cudownego dał sygnet bogaty. Anno 1688 die 7. Februarii * idem Zukoviae sanctimoniales aliquot consecravit. Acta Zukoviensia. 1684 p. 71

14. Andreas Albinowski, suffraganeus Vladislaviensis 1690. De eo Niesiecki tom. I. p. 15[6]): „Albinowski herbu Iastrzębiec: Andreas Albinowski suffraganeus Cuiaviensis, qui 1687 fuerat archidiaconus Pomeraniae, cantor Premisliensis, praepositus Wolboriensis“. Fuit archidiaconus Pomeraniae iam 1679. Acta Cartusiae. 1690

15. Adalbertus Bardzinski[7]) suffraganeus Cuiaviensis 1720. Niesiecki tom. I. p. 43[8]) de armis Abdank. 1720

---

neus nominatus est Valerianus Wilczogórski, cfr. Chodyński l. c. p. 55 sq.

[1]) Niesiecki-Bobrowicz IX, 336.

[2]) Stanislaus Domaniewski, suffraganeus Vladislav. ab a. 1654—1677. cfr. Chodyński l. c. p. 61.

[3]) Niesiecki-Bobrowicz III, 367.

[4]) Michael Rychalski E. C. V. Poenit., Mundus crucifixus. Posnaniae 1681.

[5]) Niesiecki-Bobrowicz VI, 405.

[6]) Niesiecki-Bobrowicz II, 19.

[7]) Adalbertus Bardziński, episcopus Sareptensis, suffraganeus Vladislav. ab a. 1707—1723. cfr. Chodyński l. c. p. 68.

[8]) Niesiecki-Bobrowicz II, 65.

In archivo Cartusiae supersunt quietationes de hybernis exsolutis ab anno 1683 usque ad annum 1701 cum subscriptione: Adalbertus Ignatius Bardzinski Vladislaviensis, Posnaniensis, Plocensis canonicus.

1734 16. Franciscus Kobielski herbu Poray przy wysokich Prelaturach Krakowskich, Kuiawskich etc. kilka razy Deputat na Trybunał Koronny, teraźnieyszy suffragan Kuiawski (1738)[1]. Idem iam longe ante suffraganeum Vladislaviensem egit[2]. Anno 1734 die *17.* Ianuarii idem in pontificalibus astitit Cracoviae coronationi felici regis et reginae. Anno 1739 ascendit ad episcopatum Luceoriensem, in qua dignitate simul et cancellariatu reginae augustissimae nuncusque (1749) perseverat.

1739 17. N. Działynski[3] suffraganeus Vladislaviensis brevi tempore 1739.

1741 18. Franciscus Kanigowski, scholasticus Vladislaviensis, 2. Februarii 1741 consecratus est episcopus Toronensis, suffraganeus Vladislaviensis. 1742 sede vacante sub eius nomine, addito titulo vicarii capitularis, rubricella dioecesana prodiit. Vivit hodie 1749.

Addenda.

p. 72 *Ad No. 12. Stanislaus Domaniewski, episcopus Margarittensis, suffraganeus Vladislaviensis, consecravit aliquot moniales Zukoviae 27. Decembris 1663.

Ad No. 15. Adalbertus Bardzinski, suffraganeus Vladislaviensis, consecravit moniales Zukoviae 13. Octobris 1720.

Ad No. 2 et 3. Frater Valerianus praeponendus est Andreae Byliovio.

Stanislaus Karnkovius epistula 18 lib. 3[4]: Quoniam enim hi, qui ante me ecclesiae isti praefuerunt,

---

[1] Niesiecki-Bobrowicz V, 133.

[2] Franciscus Kobielski, episcopus Antinopolitanus, suffraganeus Vladislav. ab a. 1725—1737.

[3] Alexander Działyński, episcopus Accirensis, suffraganeus Vladislav. ab a. 1737—1739.

[4] Carncovius l. c. lib. III. ep. 18: Stanislao Hosio cardinali Varmiensi Stanislaus Carncovius epp. Vladislav.

aliquoties eas villas corepiscopis (ut vocant), pontificalium munerum suorum vicariis, usui dederunt, ne isto praetextu institutum hoc meum aliquando revocetur, cautio est. Ad No. 2.

Nicolaus Krasicki, episcopus Argivensis, suffraganeus 1650
Vladislaviensis. Acta patrumCarmelitanorum.

*Archidiaconi Pomeraniae[1]. p. 73

1. Valentinus Kuczborski, de armis Ogonczik, ex 1568
terra Dobrinensi, de quo Niesiecki tom. 2. pag. 737[2]): „Valentego Kuczborskiego wspomina Hosius 1568 in epistula tom. 2. fol. 252. Był archidyakonem Pomorskim, Kanonikiem Krakowskim y Warmińskim, umárł 1573, w Krakowskiey kátedrze pochowány. Baranowscius Constitutiones synodi Vladislaviensis fol. 57. Ara gratitudinis collegii Brunsbergensis[3]). Wydał do druku Katechizm według uchwały Trydentinum in fol. 1568, y Kazania swoie Polskim ięzykiem żarliwosci pełne. Starowolscius: z czego poznać co zac y w nauce y w wymowie y pobożności był prałát". Inter epistulas virorum illustrium a Carncovio editas Cracoviae 1578 liber 2. epistula 51 et 52[4]) a Valentino Kuczborski, archidiacono Pomeraniae, data ad Stanislaum Carncovium, episcopum Vladislaviensem, habetur, in quibus viri huius aestuans studium defendendae religionis et sollicitudo maxima ecclesiae afflictae elucet. Ultima epistula signata est: Cracoviae ultima Martii 1571, in utraque vero subscriptio est Valentinus Kuczborski, archidiaconus Pomeraniae. In epistula vero Hosii de anno 1568 idem nonnisi canonicus Varmiensis appel-

---

[1]) cfr. Fijałek, O archidyakonach pomorskich: Roczniki Tow. Nauk. w Toruniu. 1899. VI, 125; Freytag, Das Archidiaconat Pommerellen: Altpreuss. Monatsschrift. 1904. Bd. 41. S. 223.

[2]) Niesiecki-Bobrowicz V, 433.

[3]) cfr. Ara gratitudinis saecularis dominis fundatoribus et benefactoribus erecta a collegio Brunsbergensi Soc. Iesu. Brunsbergae 1665. p. 4.

[4]) Carncovius l. c. lib. II. ep. 51 et 52.

latur[1]). Obiit 30. Octobris 1573 aetatis 47. Epitaphium ipsius refert Starowolscius[2]).

1584 2. Ioannes de Stangenberg Kostka, de quo Niesiecki tom. 2. pag. 658[3]) sic ait: „Kostka herbu Dąbro-
p. 74 wa. Ian opat Oliwski, trzeci syn Kry*sztofa Woiewody Pomorskiego, a przedtym Archidyacon Pomorski y Kanonik Krakowski, umarł 1591, w Chelmży Katedralnym Kościele pochowany, gdzie o nim nadgrobek iego, taka mu pochwałę daie: Ioannes Kostka, Patre Palatino natus, Vir pius, castus, prudens, humanus, benignus, liberalis, pospositis curis secularibus, spiritualem elegit statum, mox a Rege Stephano Abbas Olivensis creatus, ubi se civilem suis et externis declaravit; adventum deinde Sigismundi III. humanissime et sumptuosissime Olivae excepit". Haec ille. — Extractus ex archivo Olivensi[4]): Anno 1584 die 7. Aprilis obiit in Domino Rmus Casparus Geschkow, abbas Olivensis. Post cuius obitum successit in abbatiali dignitate Dnus Ioannes Kostka, canonicus Varmiensis. Anno 1588 circa festum sancti Dominici cepit Gedani et in Oliva pestis grassari, Dnus Kostka volens sibi consulere, ad varia loca mutavit habitationem, ultimo perrexit ad suum canonicatum Culmam (quem adhuc tenebat), ibi peste correptus fuit obiitque 20. Octobris ibidemque sepultus est. Haec annales Olivenses. — Casparus Ieschke Abt zur Olive hatte schon bey seinem Leben Ioannem Kostka den Sohn des Pommerellischen Woywoden, zum Coadiutor wehlen laßen, der ihm nach seinem Tode in der Abtey folgte. Der König setzte ihm den Fabian Loka entgegen, suchte auch die Wahl des Ersteren am Päbstlichen Hofe ungültig zu machen, allein Kostka blieb nichts destoweniger in dem Besitz. Haec Lengnich ad annum 1584 refert ex libro VII. pag. 238 Heidensteinii[5]). —

[1]) Stanislai Hosii Opera. ed. Rescius. t. II. Coloniae 1584. p. 252.

[2]) Starovolscius, Monum. Sarmat. Cracoviae 1655. p. 35.

[3]) Niesiecki-Bobrowicz V, 303.

[4]) Liber mortuorum monasterii B. M. de Oliva: Monum. Polon. hist. t. V. Lwów 1888. p. 513.

[5]) Lengnich, Gesch. der preuss. Lande. Dantzig 1724. a. 1584 p. 450.

1588 starb der Olivische Abt Ioannes Kostka. Lengnich anno praefato[1]). Inter acta Cartusiae superest documentum de anno 1586, in quo dictus * Rmus Dnus p. 75
Ioannes Kostka asseritur abbas Olivensis et simul archidiaconus Pomeraniae. Imo et alia scripta docent, saepememoratum Rmum abbatem in utraque hac dignitate ad mortem usque piissimam permansisse, insuper canonicatum Culmensem tenuisse.

3. Franciscus Łącki, archidiaconus Pomeraniae 1589
1589. Postea factus suffraganeus Vladislaviensis. De quo videatur supra inter suffraganeos no. 7[2]).

4. Balthasar Miaskowski, sanctae theologiae doctor, 1607
archidiaconus Pomeraniae 1607. Acta synodi Gnesnensis pag. 2[3]). Et hic postmodum factus est suffraganeus, videatur supra inter suffraganeos no. 8[4]).

5. Sebastianus Rostkowski, archidiaconus Pomera- 1627
niae, officialis generalis Vladislaviensis, canonicus Loviciensis. Quem obiisse die 7. Iulii 1627 aetatis 54 (cum titulo huiuscemodi: Sebastianus Rostkowski iuris utriusque doctor, archidiaconus Pomeraniae, canonicus Loviciensis, Illmi Andreae Lipski officialis) refert Starovolscius in monumentis[5]). In contrarium Cartusiae superest quietatio de soluta contributione sub dato Vladislaviae 5. Maii 1628, cui propria manu subscripsit Sebastianus Rostcovius, archidiaconus Pomeraniae.

6. Martinus Bylanowski, iuris utriusque doctor, 1632
protonotarius apostolicus, archidiaconus Pomeraniae, canonicus Lanciciensis 1632. Metrica ecclesiae Goręczynensis ad hunc annum visitatae. 1634 idem adhuc archidiaconus. Acta synodi Łubiensciani[6]).

7. Mattheus Ioannes Iudicki, iuris utriusque doctor, 1641

---

[1]) Lengnich l. c. a. 1588 p. 46.

[2]) p. 75.

[3]) Acta et constitutiones synodi Gnesnen. Petricoviae a. 1607 die 8. Octob. inchoatae: Concilium provinciale regni Poloniae, quod B. Maciejowski habuit Petricoviae 1607. Cracoviae 1630. p. 2.

[4]) p. 75.

[5]) Starovolscius l. c. p. 402.

[6]) Acta synodalia dioec. Wladislav. a. 1634: Chodyński l. c. p. 216.

protonotarius apostolicus, archidiaconus Pomeraniae 1641. Acta synodi Łubiensciani[1]). 1663 idem adhuc.
p. 76 Epistula eiusdem ad priorem Cartusiae.

1671 *8. Thomas Stanislaus Niemierza, archidiaconus Pomeraniae, praepositus Nieschoviensis, de quo adest decretum reformationis pro ecclesia et parocho Goręczynensi in visitatione generali 1671 die 7. Augusti, item decretum reformationis pro parocho et vitricis ecclesiae Chmelnensis in visitatione generali 1673 die 5. Iulii. Niesiecki tom. 3. pag. 355[2]): „Niemierza herbu Nałęcz. Thomas Stanislaus, archidiaconus Pomeraniae, deputatus ad tribunal regni 1676 et 1688“. De eodem superest quietatio sub die 27. Martii 1682 cum subscriptione tali: Thomas Stanislaus Niemierza, archidiaconus Vladislaviensis, scholasticus Sendomiriensis etc. etc., deputatus ad tribunal regni 1681. Imo iam 1679 alium archidiaconum Pomeraniae extitisse, mox docebitur.

1679 9. Andreas Albinowski, de quo Niesiecki tom. 1. pag. 15[3]): „Albinowski herbu Iastrzębiec. W przeszłym wieku (ante annum 1700) kwitnął Iędrzey Albinowski suffragan Kuiawski, ktory w roku 1687 był Archidiaconus Pomeraniae, Cantor Premisliensis, Praepositus Wolboriensis“. Cartusiae extat quietatio hybernae persolutae sub dato Vladislaviae 4. Octobris 1679 cum subscriptione propriae manus X. Andrzey Albinowski archidiaconus Pomeranii kantor Przemyski, sigillo Iastrzębiec. In metrica ecclesiae Goręczynensis producta in visitatione generali die 8. Decembris 1686: Andreas Albinowski, archidiaconus Pomeraniae, cantor Premisliensis, praepositus Volboriensis. Item quietatio de hyberna sub die 7. Septembris 1687 cum subscriptione eadem.

1701 10. Christophorus Antonius in Słupow Szembek, de quo Niesiecki tom. 4. pag. 275[4]). Christophorus

---

[1]) Synod. dioec. M. Łubieński, episcopi Wladislav. et Pomeraniae, a. 1641: Chodyński l. c. p. 226, 239.

[2]) Niesiecki-Bobrowicz VI, 547.

[3]) Niesiecki-Bobrowicz II, 19.

[4]) Niesiecki-Bobrowicz VIII, 615.

Szembek ex canonico Cuiaviensi et archidiacono Pomeraniae episcopus Livoniae et abbas Mogilnicensis etc. etc. Cartusiae adest viri huius illustrissimi propriae manus scriptum, in quo idem recenset, se anno 1695 in 1696 functionem tribunalitiam peregisse. Sub
die 1. Ianuarii 1701 adest scriptum * eiusdem cum p. 77
titulo: Canonicus Vladislaviensis, officialis Gedanensis. Anno 1702 die 12. Ianuarii idem peregit Goręczyni visitationem generalem ecclesiae et in metrica se subscripsit Christophorus Antonius Szembek, archidiaconus Pomeraniae, vicarius in spiritualibus et officialis generalis Gedanensis et Pomeraniae. De anno 1703 adest publicatio indulgentiae cum subscriptione: Christophorus Antonius Szembek utriusque iuris doctor, archidiaconus Pomeraniae, vicarius in spiritualibus et officialis Gedanensis ac per Pomeraniam generalis. Datum Gedani 11. Martii 1703. Anno 1705 idem adhuc archidiaconus.

11. Ionnes Casimirus Iugowski. Vir hic illustris 1710
oriundus erat ex villa Kartuzy prope monasterium Cartusiensium in palatinatu Pomeraniae patre Gregorio, sartore monasterii dicti, et matre Anna genitus. Ob docilitatem ingenii a patribus Cartusiensibus ad scholas patrum Societatis Iesu datus. Inferiores scientias addidicit Szotlandiae, philosophiam et theologiam Thorunii. Deinde indutis clericalibus ob excellentem doctrinam, morum gravitatem, in rebus gerendis dexteritatem aliasque praestantes virtutes, illico favores Illsmi loci ordinarii assecutus, ab una praebenda ad aliam altiorem ascendit. Anno 1698 idem ad typum dedit: Vaticinium geminum in Augusto II., rege Poloniae, adimpletum cum subscriptione: Ioannes Casimirus Iugowski, canonicus Vladislaviensis, praepositus Skarszevensis et Mevensis, sacrae regiae maiestatis secretarius. Evasit demum in archidiaconum Pomeraniae. Idem iam olim 1691 canonicum Vladislaviensem agens, ex commissione Illsmi loci ordinarii ecclesias Pomeraniae visitavit extraordinarie ac huiuscemodi actum in ecclesia Chmelnensi die 5. Octobris 1691 peregit. Iam vero archidiaconus Pomeraniae primam visitationem generalem ecclesiarum omnium Pomeraniae peregit 1710 in 1711.

Eandem Goręczyni 27. Ianuarii, Chmelnae 29. Ianuarii, Zukoviae 25. Iunii 1711 perfecit. Secundam vero in senectute bona adimplevit 23. Martii Goręczyni, 25. Iunii 1724 Zukoviae. Cartusiam perveniens 1721, reperit ibidem in conventu binos sacerdotes seniculos, quo-
p. 78 rum unus annum * aetatis nonagesimum iam expleverat (nempe pater Michael Seithers, Alsata, philosophiae doctor) alter (pater Martinus Haasen, Dantiscanus, a Lutheranismo conversus) eidem aetatis anno appropinquabat. Quos de licentia prioris in cellulis visitans et effusis lachrymis amplectens, contestatus est praesente priore, eisdem se in iuventute pluries ad missam ministrasse et ab ipsorum manibus poma aliaque munuscula recepisse. Eadem occasione in inferiore ecclesia s. Catharinae concionem habuit ad populum simplicem et rudem (inter quem nonnulli cognati aderant) valde adaptatam. Memor autem beneficiorum antiquorum, in ecclesia conventuali celebrans, reliquit ibidem in altari multa pretiosa apparamenta pro commoditate advenientium praelatorum, quae ipsemet ideo attulerat, nimirum missale Romanum in serico villoso rubro et parergis argenteis compactum, scutellam argenteam cum ampullis etc., de quibus ipsemet in missali antedicto propria manu adscripsit sequentia: Ad maiorem Dei gloriam, ad maiorem Paradisi Beatae Virginis Mariae decorem, in perpetuum affectus perpetui mnemosynon, pro commoditate advenientium praelatorum hospitum, missale hoc tum et scutellam argenteam cum ampullis, tobaleam florisatam, albam, velum, bursam, corporale et reliqua ad ornamentum calicis necessaria, me in sanctissimis sacrificiis hic celebrandis piissimae memoriae commendans offero et inscribo. Anno Domini 1721. Ioannes Casimirus Iugowski archidiaconus Pomeraniae manu propria. Habuit is sororem unicam, Theresiam nomine (baptizatam in ecclesia Goręczynensi per Vblem Nicolaum Sosnowicz, commendarium tunc Goręczynensem, die 15. Decembris 1658, teste metrica eiusdem ecclesiae), quam dum in praelaturis iam existeret, nuptui tradidit cuidam viro nobili in palatinatu Pomeraniae, ex qua hodie filii

aliquot egregii, in dignitatibus positi, supersunt. Mortuus est vir optimus, aetate et meritis plenus, ad ecclesiam suam Mevae 28. Februarii 1726 ibidemque sepultus. Benefactor alias collegii Gedanensis Societatis Iesu.

*12. Iosephus Narzymski, frater germanus moderni p. 79
(1748) Illsmi Iacobi Narzymski, palatini Pomeraniae, 1728
successit immediate Iugowscio. Qui visitationem generalem ecclesiarum Pomeraniae vigore officii sui archidiaconalis peregit anno 1728 in 1729 et hunc actum Zukoviae 29. Ianuarii, Goręczyni 22. Februarii 1729 perfecit. Mortuus in florente aetate 1743.

13. Augustinus Klinski de armis Iunosza, ab anno 1744
1744 archidiaconus Pomeraniae, canonicus Culmensis, praepositus Mariaeburgensis. Visitavit 1748 aliquot ecclesias Pomeraniae, Dirsaviensem, Klodaviensem etc., hodie superstes 1749.

Addenda.

1. Dreger tom. I. pag. 61 in diplomate de anno, 1198
1198[1]): Testes, qui affuerunt Bertoldus et Waltherus archidiaconi (sub Stephano episcopo Vladislaviensi XIV). Damalevicz pag. 181[2]) refert: Michaelem, episcopum Vladislaviensem XVII., 1233 exstinctum archidiaconatum Crusviciensem et Vladislaviensi unitum, restituisse ecclesiae Crusviciensi. Manifestum proinde est Bertoldum Vladislaviensem et Waltherum Pomeraniae archidiaconum tunc 1198 extitisse.

14[3]). Stanislaus Klinski, archidiaconus Pomeraniae, in ordine diaconatus obiit Vladislaviae 1757.

15. Cyprianus Wolicki, archidiaconus in cathedrali Vladislaviensi Pomeraniae, ascendit ad praeposituram eiusdem cathedralis 1764.

16. Franciscus Wybicki, archidiaconus Pomeraniae, praepositus Skarszeviensis, iudex surrogatus Gedanensis, obiit 1765.

---

[1]) Dreger, Codex diplomaticus. Stettin 1748. I, 61. cfr. Pommerellisches Urkundenbuch p. 7, p. 10.

[2]) Damalevicz, Vitae Vladislav. epp. p. 181.

[3]) Quae sequuntur de archidiaconis Pomeraniae, ab alio auctore sunt addita.

17. Basilius Złocki, archidiaconus Pomeraniae, visitavit archidiaconatus partem 1766.

p. 81 *Officiales Gedanenses et vicarii in spiritualibus generales per Pomeraniam.

1398 1. Henricus vom Steyne[1]). Cartusiae asservatur quaedam transactio sub die dominica Invocavit 1398, ad cuius calcem tanquam arbiter et testis adducitur Herr Heynrich vom Steyne officialis.

1413 2. Rmus in Christo Pater Dnus Stephanus, episcopus Chelmensis[2]), vicarius generalis per Pomeraniam. In archivo Cartusiano supersunt litterae compositionis quarundam differentiarum inter incolas villae Belkov et Dnum Iordanum, plebanum de Löbelov, datae Belkov sabbato post festum Exaltationis s. Crucis 1413. In quibus haec habentur: De consensu et speciali commissione Vblis in Christo Patris ac Dni Dni Stephani, episcopi Cholmensis, vicarii protunc generalis per Pomeraniam. Item combinatio amicabilis limitum inter bona Czapel Cartusiae et parvum Pierszov ecclesiae Bernensis sub actu feria 2. ante festum Omnium Sanctorum 1413, ad cuius calcem habetur: Ego Philippus de Rambilcz, rector ecclesiae parochialis in Bern et flodarius in Sobkow, accepta licentia et consensu pro statuendis limitibus a Vbli in Christo Patre et Dno Stephano, episcopo Cholmensi, vicario protunc generali per Pomeraniam etc. In annalibus conventus Gedanensis s. Birgittae ita legitur[3]): Dnus Conradus de Iungingen, Ordinis Teutonici magister generalis,
p. 82 * anno 1396 monasterium duplex Gedani, unum pro fratribus, alterum pro sororibus ordinis s. Birgittae aedificari fecit et 1397 die 8. Decembris per Rmum

---

[1]) cfr. Fijałek, O archidyakonach pomorskich: Roczniki Tow. Nauk. w Toruniu. 1899. VI, 154. Henrici de Lapide antecessores in officialatu Pomeraniae erant Petrus, prior s. Adalberti ad quercum (1288), et Lambertus, plebanus Pucensis (1297). cfr. Freytag, Das Archidiakonat Pommerellen: Altpreuss. Monatsschrift. 1904. Bd. 41. S. 230.

[2]) Woelky, Urkundenbuch des Bistums Culm. 1887. p. 291.

[3]) cfr. p. 369 ad calcem.

episcopum Chelmensem Fratrem Stephanum sorores, anno vero 1400 die 25. Martii per eundem episcopum ex commisso Dni Nicolai, episcopi Vladislaviensis, fratres induci procuravit. An vero iste Dnus Stephanus tunc iam vicarium generalem per Pomeraniam egerit, additum quidem non est, facile tamen id crediderim [1]). Quod si ita fuerit, statuendum est, anno 1398 aliam personam in officialatu Gedanensi, aliam in vicariatu generali per Pomeraniam extitisse. Sed et anno 1413, uti ex binis monumentis demonstravi, Dnus Stephanus vicarium quidem generalem per Pomeraniam, non tamen simul officialem Gedanensem egit, quod alias in dictis litteris expressum fuisset. Bzovius in Propagine pag. 50[2]) hunc nominat: Frater Stephanus, Armenus Leopoliensis, episcopus Chelmensis, ex s. ordine Praedicatorum. Niesiecki tom. 1. pag. 63[3]) asserit, primum hunc episcopum Chelmensem fuisse et nonnisi 1414 cathedram Chelmensem fundatam esse, ipsumque Dnum Stephanum episcopum primum 1417 diem ultimum obiisse. De quibus vide loco postallegato.

3. Frater Nicolaus, Dei gratia episcopus Calipo- 1450
lensis, Rndi in Christo Patris et DD. Nicolai eadem gratia episcopi Vladislaviensis suffraganeus, in spiritualibus et temporalibus vicarius, nec non officialis per terram Pomeraniae generalis. Hoc titulo praefixo habetur Cartusiae processus contra Stolpenses, datum Gdantczk 4. Martii 1450.

4. Andreas Gorzinski, archidiaconus Calissiensis 1456
et in terris Pomeraniae wladarius et vicarius generalis. Hic adducitur iisdem verbis tanquam testis in litteris dismembrationis parochiarum Gedanensium, datis Gedani 28. Ianuarii 1456, quae habentur typis expressae in tomo 2. Preüßische Sammlung pag. 91 [4]).

5. Matthias Racht, rector ecclesiae parochialis in 1460
Clodow, vicarius in * spiritualibus Rmi in Christo Pa- p. 83

[1]) cfr. Fijałek l. c. p. 154.
[2]) Bzovius, Propago D. Hyacinthi p. 50.
[3]) Niesiecki-Bobrowicz I, 69.
[4]) Preuss. Sammlung allerley Urkunden. Bd. II. Danzig 1748. S. 91.

tris ac Dni Dni Ioannis, Dei et apostolicae sedis gratia episcopi Vladislaviensis, ac officialis per terram Pomeraniae specialiter constitutus. Ita incipit instrumentum institutionis parochi Goręczynensis, datum Gdanczk 26. Martii 1460, quod Cartusiae in suo vero originali superest.

1473 6. Georgius Struben, baccalaureus in decretis, rector ecclesiae parochialis in Millabantz Vladislaviensis dioecesis, vicarius perpetuus ecclesiae Varmiensis, Rndique in Christo Patris ac Dni Dni Iacobi, Dei et apostolicae sedis gratia episcopi Vladislaviensis, vicarius in spiritualibus et officialis per districtum terrae Pomeraniae deputatus. Instrumentum de domo Cartusiano Gedani in platea s. Spiritus, datum Gdanczk 4. Augusti 1473.

1483 7. Gregorius Greve, ecclesiae s. Katerine antiquioris oppidi Gdanczk rector, nec non Rmi in Christo Patris et Dni Dni Andreae de Opperow, episcopi Vladislaviensis, vicarius in spiritualibus et officialis per terrae Pomeraniae districtus, dioecesis praefatae Vladislaviensis, specialiter deputatus. Instrumentum compromissi occasione prati Smantov sub dato 13. Maii 1483. Fit et ipsius mentio in actis Oslanin ad annum 1487 et 1488. Item habetur decretum de iure plebani Goręczynensis, datum Gdanczk die 20. Martii 1492, quod sic incipit: Gregorius Greve parochus, ecclesiae beatae Catharinae antiquioris oppidi Gedanensis rector, Rmique in Christo Patris et Dni Dni Petri Vladislaviensis episcopi per terrae Pomeraniae districtus officialis et iudex ordinarius specialiter deputatus.

1518 8. Nicolaus Schwichtenberg in decretis licentiatus, parochus ad s. Ioannem Gedani et officialis Geda-
p. 84 nensis 1518. Acta Cartusiae. * In cathalogo autem benefactorum Cartusiae ita de eodem habetur: Dnus Nicolaus Schwichtenberg, officialis Gedanensis, in causis protector monasterii obiit 1518 vel 1519. De eodem in quodam documento de die 4. Augusti 1473 fit mentio talis: Dnus Nicolaus Schwichtenberg, in decretis licentiatus, ad s. Mariam maioris oppidi Gedanensis vicarius Vladislaviensis dioecesis. Item in alio sub die s. Annae 1484: Venerandus Dnus notarius

publicus Nicolaus Schwichtenberg decretorum licentiatus, nec non ecclesiae s. Ioannis maioris oppidi Dantzk plebanus. Ex quibus constat, virum hunc in sacerdotio 50 prope annos transegisse.

9. Iacobus Longus, canonum doctor, officialis Gedanensis 1524. De quo epistula magistratus Gedanensis ad Illsmum ac Rmum loci ordinarium sub dato feria 2. ante festum Purificationis Mariae 1524 (quae habetur in tomo I recens excuso Preüsische Sammlung pag. 735 [1]) sic obloquitur: Eximius ac praestantissimus Dnus Iacobus Longus, canonum doctor, huius districtus officialis etc. Virum tamen hunc paulo post aut id munus resignasse aut ab eo amotum fuisse, docent litterae aliae eiusdem magistratus (quae in dicto tomo pag. 733 [2]) habentur) datae feria 6. ante Georgii 1524, in quibus ad id munus obeundum recommendatur Dnus Thomas Burchardi, qui toties vices domini officialis gesserat Quem tamen ad hanc dignitatem evectum fuisse, dubium est. Libet utramque epistulam recitare. 1524

Litterae senatus Gedanansis ad Illsmum Episcopum Vladislaviensem: Sedatis aliquantisper vigili et assidua cura, improbo denique labore, plurimis difficultatibus, quibus his temporibus respublica nostra commota, aut ut verius dicamus, afflicta est, adhibuimus operam non vulgarem, ut istis quoque molestiis, nobis ex perniciosa concionatorum varietate provenientibus, per quam hominum mentes ad diversa a * veteribus institutis sentiendum, nonnunqnam damnabili exemplo ducuntur, aliquando liberaremur, ne amplius apud sacratissimam regiam maiestatem dominum nostrum clementissimum Rmamque Paternitatem Vestram, sicut antea factum est, de lutherana secta argueremur. Visum est itaque nobis rem officio nostro dignam facere, si communicatis consiliis cum universis concionatoribus istius civitatis, monastici 5 aliis, ut vocant, saecularis ordinis, ac omnium eorum, qui parochiis praesunt, quibus harum rerum cura maxime commissa est, acutiorique consilio, quantum nos singula excutere possumus, negotium tam arduum, tam difficile, tam denique ancipitis consilii multa maturitate pertractaremus. Convocatis itaque praedictis caeterisque ordinibus, qui in profundioribus causis reipublicae con- p. 85

---

[1]) Preussische Sammlung allerleiy Urkunden. Danzig 1747. I, 736.

[2]) L. c. p. 734.

sultandi gratia in curiam vocari soliti sunt, plurimas non sine graviore difficultate horas pro pondere negotii consumpsimus, ut concorditer votis ac animis ita statueremus, ne iuste a quoquam carpi nostra posset deliberatio, cum sciremus, hoc tempore hominum conditionem ita esse comparatam, ut in alienis consultationibus severi sint iudices, nec facile in melius interpretentur, quod a sincera integraque mente proficiscitur. Eam ob rem in omnium ordinum praesentia, dignis testationibus nostris praemissis, universorum consilio, accendente etiam consensu eximii ac praestantissimi Dni Iacobi Longi, canonum doctoris, huius districtus officialis, in hanc quae sequitur formam deliberationem nostram, quam temporariam esse volumus, conclusimus et terminavimus: Ut sacrosanctum Evangelium divinis concionibus pure et sinceriter declametur ad populum, et ubi aliqua ingrueret difficultas aut locorum obscuritas, ea dilucidatio tam ex veteri quam novo testamento petenda sit. In qua interpretatione declamentes eam servare
p. 86 studebunt modestiam, ne * quidquam coactius aut a sensu evangelico alienum inducant, ita ut magis imposturam quandam ac aemulationem, quam sanam doctrinam prae se ferre et spirare videantur. Cunctis etiam vetitum et interdictum, ne maledicta in quempiam congerere audeant, aut de ritibus ecclesiae, utpote sacramentis, ceremoniis consuetudinibusque hactenus longo usu ac patrum authoritate probatis, aliter quam veteres sentire et disputare, sed ea omnia silentio praeterire et relinquere intacta, donec sancta universalis Christi ecclesia, in qua nos adnumeratos etiam fatemur, de his rebus statuet ac definiet. Quod si dissensus pro ingeniorum varietate fuerit, nolumus, ut propterea in concionem descendant aut sese publicitus conviciis lacerent, sed is, qui iniuriam passus est, rem ad nos referat, nos enim concordiae omnium studebimus. Interim pie aedificent animarum salutem et non in aemulationem tendant, donec cum Rma Dominatione Vestra et maiorum consilio de his omnibus statuatur, quorum iudicium in his atque aliis, quae nostras vires exsuperant aut nostrae potestatis et auctoritatis non sunt, integrum esse volumus, quod palam etiam in omnium praesentia testati sumus. Duximus etiam eam moderationem concionibus esse adhibendam, ut nullius habena ultra unius horae mensuram currat, qua defluxa, quod reliquum est, utpote indicere festa aut ex nomenclatura mortuos recensere et his similia denunciari possunt et palam efferri, iniungentes eis, ut hanc nostram temporariam ordinationem nemo infringeret, quousque Rmae Dominationis Vestrae aliorumque doctissimus calculus aliter agendum sentiret, de quo etiam testati sumus. Sed dum diligentius consultantium vultus intueremur, nemo parochorum praesens visus est, quod non mirati modo sumus plurimum, sed etiam indigne ferendum arbitramur et exinde necessitate non vulgari coacti su-
p. 87 mus, ut falcem nostram quasi * in aliorum pratum protenderemus, decebat einim illos pro eorum officio, hoc potissimum

tempore, quo nedum minaces lupi, verum feroces leones rugitum circumeunt, quaerentes quem devorent, pedo pastorali feras huiusmodi abigere et latratu divini verbi eorum avertere insidias. Non quod eos culpare velimus, quos in suas vices destinarunt, sed quod divino oraculo per Salvatorem nostrum Iesum accepimus, vero ac germano pastori oves magis esse curae quam conductitio aut mercenario, siquidem ille mortem pro ovibus perpeti non recusat, hic ingruentem necessitatem ac ovium vastatorem adhuc eminus videns fugit faucibusque laniantium oves obiicit. Qua de re Rmam Dominationem Vestram supplici mente et animi sententia studiosius oramus, dignetur pro rerum harum pondere et gravitate pastores et parochos omnium ecclesiarum et paterna pietate hortari et commonere, ut unusquisque quanto celerius possit, commissarum ovium curam capiant et fideliter illis intendant. Nam eorum praesentia atque authoritas non parum hos turbines sedare poterit. Nunc autem dum Rma Paternitas Vestra cum caeteris praestantissimis dominis a consilio sacrae regiae maiestatis hanc regiam civitatem pro dominica Quadragesimae... speratur invisere, fusius praedicta omnia et quae ex optimo statu reipublicae huius esse videbuntur, fideli consilio Paternitate Vestra Rma duce digeremus... Datum feria 2. ante festum Purificationis Mariae anno Domini 1524.

Litterae aliae [1]). Datum feria 6. ante Georgii 1524. Reverendissime in Christo Pater. Haud dubie e proximis constat tractatibus de parte officialatus Gedanensis, actis hic ultro citroque nobis de singulari gratia atque clementia Rmae Dominationis Vestrae delatum esse, ut nobis cura sit idoneum deligere virum, quem Vestrae Rmae Dominationi ad hoc munus obeundum offere possimus, cui tandem spiritualium rerum administratio a Rma Dominatione Vestra pro suo in nos * pastorali p. 88
officio foret committenda. Quia vero apud Vblem et eximium Dominum Albertum Bischoff et Dominum Tidemam Giese, Varmiensis ecclesiae canonicos, in suscipiendo officio huiusmodi nihil efficere potuimus, quoniam se ab eadem ecclesia absentare rebusque externis vacare non possint, animum honorabilis viri Domini Thomae Burchardi, qui toties vices domini officialis gessit et cuius morum integritas vitaeque probitas, tum denique variarum rerum experientia veluti multo tempore publicis muneribus functi perspecta est, tandem induximus, casu quo assensus atque benignitas Rmae Dominationis Vestrae assenserit, non deerit studium et vigilantia eius, ut recte praesit huic officio. Quare etiam atque etiam gratiam et consensum Rmae Dominationis Vestrae, approbata eius persona, imploramus. Illius enim et alterius rei gratia, super indignitate scilicet a quibusdam adversus Rmam Dominationem Vestram improbe attentata, cui quantum indoleamus,

---

[1]) Preussische Sammlung l. c. S. 733.

conscientia testis est, credimusque Rmam Dominationem Vestram dum hic esset, nostrum obinde cruciatum ad amussim cognovisse, siquidem aliud coram agendum erit, propediem nuncium de intentione ac deliberatione nostra sufficienter instructum ad Rmam Dominationem Vestram, quam nobis nunquam deesse cognovimus et ad cuius honorem reverentiamque nihil officiorum praetermissuri, expediemus, nos Eidem obsequentissime commendantes et in omni benevolentia expetentes, ut feliciter valeat Rma Dominatio Vestra.

1525 10. Georgius Cema. Niesiecki tom 1. pag. 238 [1]: Ierzy Cema, officyał Gdański koło roku 1525, na liscie Zygmunta I o inwentarzu kościoła Panny Maryi w Gdansku. Preussische Sammlung tom 1 pag. 267 [2]:
1526 (*) der Würdige M. Urban Ulrici hier zur Stelle (Gedani) officialis 1526.

1531 11. Iacobus Longus 2 do. De quo testantur acta Cartusiae super bona Oslanin sub dato feria V. ante
p. 89 Ioannem Baptistam 1531 sic: der Acht * bar Magister Iacobus Longus beyder Rechte doctor, Thum-Herr zu Leslaw und official uff Pomerellen, unser genegeter Frinnt. Idem residebat Subcoviae. Lengnich tom. 1. D. p. 98 [3].

1554 12. Petrus Visczelski, canonius Vladislaviensis, ecclesiae maioris ad s. Mariam in Gedano plebanus, Pomeraniae et Gedanensis officialis generalis per Rmum in Christo Patrem et Dnum Dnum Ioannem, Dei gratia Vladislaviae et Pomeraniae episcopum, datus et deputatus. Litterae institutionis plebani Oxiviensis, datae Gedani 27. Februarii 1554.

1568 13. Georgius ab Eden, praepositus Zukoviensis et officialis Gedanensis 1568. Hic anno 1568 citatus fuit ad synodum Vladislaviensem ad respondendum episcopo, cur duas villas monasterii (quarum una fuit Iancowo in Pomerania) vendiderit, sed non comparuit, ideo anno 1578 in synodo provinciali a Iacobo Uchanski, archiepiscopo Gnesnensi, Petricoviae ha-

---

[1] Niesiecki-Bobrowicz III, 4.

[2] l. c.

[3] Lengnich, Gesch. der preuss. Lande, 1722 Bd. I. Documenta p. 98.

bita [1]), tale fuit contra ipsum decretum latum: Rmus Dominus episcopus Vladislaviensis ex decreto sancti concilii Tridentini et praesentis synodi, contra Vblem Georgium ab Eden, praepositum Zukoviensem, cui terminus comparendi authoritate synodi Vladislaviensis proxime praeteritae in hac synodo provinciali ea causa praefixus erat, quod villam conventus sui N. 4000 florenorum (Zukoviae habetur 4000 thaler.) vendiderit et alienaverit, tanquam legatus apostolicus procedere debet. Secundum decretum synodi istius is Georgius ab Eden incarceratus [2]) fuit ab Illsmo episcopo Vladislaviensi. Obiit iuxta menologium Zukoviense [3]) 6. Iulii 1578. Oriundus alias Colberga Pomeraniae. Acta Zukoviensia.

14. Nicolaus Mylonius. Niesiecki tom. 3. pag. 891 [4]): 1586
Hieronim Rozrazewski, Biskup Kuiawski, Mikołaiowi Miloniuszowi Szwedowi * Parochią Gdanską zlecił. In p. 90
actis Cartusiae prima ipsius mentio fit in litteris commissionis, quae sic incipiunt: Hieronimus comes a Rozdrazew, episcopus Vladislaviensis et Pomeraniae, Rdo ac Vnbili Domino Nicolao Milonio, officiali nostro Gedanensi. Datum Vladislaviae 8 Ianuarii 1586. In processu quodam de 1589 hic titulus praefixus est: Nicolaus Mylonius, in spiritualibus per Pomeraniam vicarius officialis, decanus et parochus Gedanensis. De obitu viri huius praestantissimi Starovolscius in monumentis sic habet [5]): Nicolaus Mylonius, parochus ad s. Mariam et officialis Gedanensis, vir virtute ac in fide catholica defendenda constantia, morum gravitate, vita integerrime acta, litterarum iuris pontificii ac ss. scripturae cumulatus doctrina, obiit anno Domini 1611 die 23. Octobris, aetatis 66, sepultus Olivae.

---

[1]) Stanislaus Karnkowski, Constitutiones synodorum eccles. Gnesnen. Cracoviae 1579. lib. V. Acta et constit. synod. provinc. Gnesnen. a. 1577 Petricoviae habitae. cap. 37. p. 187.

[2]) cfr. Visitationes monasteriorum a Stan. Karnkowski, eppo Wlad. factae: Monum. hist. dioec. Wlad. XIX. 1900 p. 7.

[3]) Perlbach, Das Totenbuch des Prämon.-Klosters Zuckau. Danzig 1906. p. 42.

[4]) Niesiecki-Bobrowicz VIII, 158.

[5]) Starovolscius l. c. p. 340.

1613 15. Adamus Gołinski, officialis per Pomeraniam, decanus et parochus Gedanensis. Quietatio subsidii charitativi sub dato Gedani 13. Maii 1613. Unde constat hunc Mylonio immediate in officialatu successisse. Fit ipsius mentio in alio actu de 1627. Eundem commemorant acta synodi Vladislaviensis 1634 [1]). Sepultus est in ecclesia sua Prągoviensi cum epitaphio tali lapidi inciso: Perillri ac A. R. Adamo Gołynski, officiali per Pomeraniam, decano et parocho Gedanensi, Prangoviensi, die 21. Februarii anno 1635 sepulto, antecessori suo benemerito, illustris et A. R. D. Matthaeus Iudicki, archidiaconus Pomeraniae, canonicus Gnesnensis, posuit.

1635 16. Albertus Samuel Chrzanowski, canonicus Wolboriensis, vicarius in spiritualibus per Pomeraniam, officialis, decanus et parochus Gedanensis, abbatiae Vągrovecensis coadiutor, sacrae regiae maiestatis secretarius. Decretum ratione prati Smątov sub dato Olivae 3. Decembris 1635 in actis Cartusiae.

p. 91 1637 * 17. Matthaeus Ioannes Iudicki iuris utriusque doctor, protonotarius apostolicus, canonicus Vladislaviensis, sacrae regiae maiestatis secretarius, in spiritualibus per Pomeraniam officialis, decanus et parochus Gedanensis, praepositus Fordanensis 1637. Acta ecclesiae Goręczynensis. 1640 idem, acta ecclesiae Grabovîensis 1638. Damalevicz pag. 31 [2]). Anno autem 1641 idem recensetur archidiaconus Pomeraniae in actis synodi Vladislaviensis [3]).

1642 18. Florianus Falk, officialis per Pomeraniam, canonicus Crusviciensis et Glogoviensis, sacrae regiae maiestatis secretarius. Metrica ecclesiae Goręczynensis ad annum 1642. 1644, 1651 idem adhuc officialis et parochus Gedanensis et Prangoviensis. Quietationes de subsidio charitativo et de decimis ex Belkov.

---

[1]) Acta synodalia Wladislav. dioec. a. 1634: Chodyński, Statuta synodalia dioec. Wladislav. et Pomeraniae. Varsaviae 1890. p. 216.

[2]) Damalevicz, Vitae Vladislav. episcoporum. 1642. p. 31.

[3]) Acta synodi Wladislav. dioec. a. 1641: Chodyński l. c. p. 226, 239.

19. Stanislaus Śmięcicki, Dei et apostolicae sedis gratia episcopus Spigacensis, suffraganeus Samogitiae, archidiaconus Vladislaviensis etc., vicarius in spiritualibus, officialis Gedanensis et per Pomeraniam generalis 1658. Acta ecclesiae Goręczynensis. 1658

20. Laurentius Ludwigk a Demuth, protonotarius apostolicus, canonicus Varmiensis, decanus, parochus, officialis Gedanensis et Pomeraniae generalis, sacrae regiae maiestatis secretarius et 1660 ac 1661 praepositus Zukoviensis. Acta Zukoviensia. 1663 idem adhuc. Acta ecclesiae Goreczynensis. 1660

21. Stanislaus Święcicki, episcopus Spigacensis, qui supra nr. 19, officialis secundo anno Domini 1665 et 1666. Acta ecclesiae Graboviensis et epistola. Plura de viro hoc illustrissimo vide apud Niesiecki tom 4. pag. 244 [1]. 1665

22. Georgius Michael Ciecholewski, abbas Pelplinensis, vicarius in spiritualibus, officialis Gedanensis et per Pomeraniam generalis 1668. Acta ecclesiae Goręczynensis. 1672 idem adhuc. Approbatio libri precum germanarum [2]. 1668

* 23. Laurentius Ludwigk a Demuth, protonotarius apostolicus, canonicus Varmiensis, archipresbyter, decanus, parochus, vicarius et officialis Gedanensis per Pomeraniam generalis, sacrae regiae maiestatis secretarius, secundo 1673. Acta ecclesiae Goręczynensis. 1675 et 1676 idem adhuc officialis Gedanensis. Acta eadem et Trifolium Iansenii [3]. p. 92 1673

24. Michael Popławski, officialis Gedanensis 1677. Acta Zukoviensia. 1677

25. Ioachimus ab Hirtenberg Pastorius, protonotarius apostolicus, canonicus Chelmensis, decanus, parochus et officialis Gedanensis ac Pomeraniae generalis, praepositus ad s. Adalbertum, sacrae regiae 1678

---

[1]) Niesiecki-Bobrowicz VIII, 574.

[2]) Exstat approbatio data a Ciecholewski libro Joannis Jansenii, cui titulus Duella seu luctantium scenarum elogia (Dantisci 1668).

[3]) Joannis Jansenii Trifolium. 1688. p. 1.

maiestatis historicus, secretarius et commissarius. 1678, 1679, 1681. Epistolae eiusdem et alia acta publica. Natus alias Glogoviae in Silesia, medicinae doctor. Primum Arrianus, secundo Lutheranus et gymnasii Elbingensis director ac post professor honorarius in gymnasio Gedanensi, demum catholicus factus, prius burgrabius Mariaeburgensis, regius historicus, commissarius et secretarius 1673 die 1. Ianuarii, uti patet ex dedicatione catechismi biblici Olivae in 12mo impressi [1]. Ultra sacerdos, canonicus Chelmensis et Varmiensis, officialis Gedanensis, protonotarius apostolicus. Hic nomine Illsmi episcopi Stanislai Sarnowski pro regia capella Gedani primum lapidem posuit 21. Iulii 1678, quae deinde 1681 consummata et 1683 consecrata est. Stetit autem haec capella sumptibus testamento inscriptis ab Andrea Olszewski [2], archiepiscopo Gnesnensi, regni primate, Gedani mortuo 1677. Hartknoch [3], Niesiecki tom. 3 pag. 92 [4]. Pastorius pie obiit 26. Decembris (in menologio Zukoviensi [5]) 16. Decembris) 1681.

1682 26. Benedictus Casimirus Lezenski (herbu Nałęcz), episcopus Himeriensis, suffraganeus Varmiensis, officialis Gedanensis et per Pomeraniam generalis, abbas Vistycensis s. ordinis Cisterciensis ita Niesiecki
p. 93 tom 3. p. 102 [6], quibus tamen annis of*ficialem Gedanensem non denotavit. Eius tamen vita et sacerdotia incidunt in haec tempora, nec aptiorem locum invenio.

1685 27. Ioannes Georgius Kunigk (Varmiensis, qui me huius indicis scriptorem die 7. Februarii 1697

---

[1]) Catechismus biblicus das ist schriftmässige Bewehrung der wahren christ-catholischen alleinseligmachenden in P. Canisii kleinem deutschen Catechismo begriffener Lehre. Oliva 1673.

[2]) Legendum Olszowski.

[3]) Hartknoch, Preussische Kirchenhistoria. Frankfurt 1686 p. 860.

[4]) Niesiecki-Bobrowicz VII, 255.

[5]) Perlbach, Das Totenbuch des Prämonstratenserinnen-Klosters Zuckau bei Danzig. Danzig 1906. S. 77.

[6]) Niesiecki-Bobsowicz VI, 90.

Melsacci ex sancto fonte baptismi levavit) iuris utriusque doctor, Vladislaviensis, Plocensis, Varmiensis, Pultoviensis canonicus, vicarius in spiritualibus et officialis Gedanensis ac per Pomeraniam generalis, sacrae regiae maiestatis secretarius 1685, 1687, 1690, 1691. Epistulae [1]) aliaque acta Cartusiae. Obiit ad cathedram Varmiensem, custos, canonicus, administrator episcopatus, officialis 4. Septembris 1719.

28. Michael Antonius Hacki, abbas Olivensis, 1692 sanctae theologiae doctor, protonotarius apostolicus, sede vacante Vladislaviensi officialis Gedanensis et per Pomeraniam generalis, sacrae regiae maiestatis secretarius et commissarius 1692 et 1693. Epistulae binae, acta ecclesiae Goręczynensis.

29. Ioannes Paulus Gomolinski, sanctae theologiae 1695 doctor, ecclesiae cathedralis Plocensis archidiaconus, Illsmi et Rmi domini loci ordinarii praelatus domesticus, vicarius in spiritualibus et officialis Gedanensis ac per Pomeraniam generalis, sacrae regiae maiestatis secretarius indicio precum, datum Gedani 20. Septembris 1695. Anno 1697 idem adhuc. Acta ecclesiae Goręczynensis. Quo eodem anno nominatus est episcopus Kiioviensis, mortuus autem 1711. Niesiecki in episcopis tom. 1 et tom. 2 verbo Gomolinski [2]).

30. Michael Antonius Hacki, abbas Olivensis, offi- 1700 cialis Gedanensis, secundo 1700.

31. Christophorus Antonius Szembek, utriusque iuris 1701 doctor, archidiaconus Pomeraniae, vicarius in spiritualibus, officialis Gedanensis et per Pomeraniam generalis. Quietatio de data Gedani 1. Ianuarii 1701 propriae manus. 1703, 1705 idem adhuc. Vide inter archidiaconos Pomeraniae no. 10 [3]).

*32. Andreas Iacobus Corsz, canonicus Vladisla- p. 94 1712 viensis, parochus, officialis Gedanensis ac vicarius generalis per Pomeraniam 1712. Epistula. Alias Rö-

---

[1]) cfr. Czaplewski, Przeszkody w założeniu szkoły katolickiej w Gdańsku poreformacyjnem: Roczniki Tow. Nauk. w Toruniu. 1909. XVI, 180.

[2]) Niesiecki-Bobrowicz I, 77; IV, 182.

[3]) p. 82.

selio Varmiensi obiit 1720, sepultus Schotlandiae in eccelesia patrum Societatis Iesu cum epitaphio tali: D. O. M. Perillris Rmus DD. Andreas Iacobus Corsz, canonicus Vladislaviensis, Parochus, Officialis Gedanensis ac Vicarius Generalis per Pomeraniam. Adolescentiae in scholis Societatis Iesu exemplar ad probitatem. Iuventutis in aulis principum norma ad eruditionem. Nominis Poloni in exteris splendor ad admirationem. Antistitis sui cor, oculus, manus. Orthodoxae fidei columen, ecclesiarum nitor, pupillorum defensor. Litterarum ad suam ecclesiam author. Ubique divini honoris zelator indefessus. Tandem sanctis cogitationibus immortuus, die 17. Aprilis anno Christi 1720, aetatis suae 59.

1720 33. Dominicus de Sienno Sieninski, episcopus Macroniensis, canonicus Cracoviensis, Tarnoviensis, officialis, parochus Gedanensis et per Pomeraniam generalis. Quietationes de decimis Belkov ab anno 1720 usque ad 1738. Egit denique tamdiu officialem Gedanensem, quamdiu Illsmus Christophorus Antonius in Słupow Szembek episcopatum Vladislaviensem, quo 1738 ad primatialem eminentiam evecto, ille ad canonicatum suum Cracoviensem se contulit, retenta nihilominus parochia Gedanensi et Prągoviensi, Miłobądzensi.

1738 34. Ioannes Franciscus Fahl (Varmiensis ex districtu Gutstadiensi oriundus), utriusque iuris doctor, custos Volboriensis, praepositus Dirsaviensis, parochus Lybiszoviensis, consistorii generalis Gedanensis iudex delegatus et vicesgerens. Qui in his officiis, quamvis officialem et vicarium generalem se non scripsit, stetit tamdiu, quamdiu Illsmus Adam Stanislaus Grabowski praesulem Vladislaviensem egit, nempe ab anno 1738
p. 95 usque 1742, quo anno prius coadiutor,* paulo post actualis canonicus Varmiensis factus est.

1742 35. Petrus Paulus Sikorski (Wyczechoviae nobili genere armorum Cietrzew natus), scholasticus Vladislaviensis, praepositus Starogardensis, vicarius in spiritualibus, administrator in temporalibus, officialis, parochus Gedanensis ac per Pomeraniam generalis ab

anno 1743, nuncusque 1749 in istis dignitatibus positus est [1]).

Addenda.

No. 9. Iacobus Longus: De eodem legitur tom 1. 1524
pag. 255. Preußische Sammlung [2]). Im Jänner 1524 hatte die Stadt Dantzig durch Abgeordnete aller drei Ordnungen, den Official D. Iacob Lange und alle Priester den Vergleich gemacht, das Sie in ihren Predigten bey der H. Schrift bleiben, erbaulich lehren, und alle Streitigkeiten unberührt laßen solten. etc. Vide ibidem plura et pag. 264.

Post numerum 10 (*): Der würdige M. Urban: 1526
subintelligendum est.: Magister sive doctor Urbanus Ulrici, officialis Gedanensis 1526.

No. 17. Matthaeus Iudicki, sanctae theologiae et 1642
utriusque iuris doctor, archidiaconus Pomeraniae, parochus et officialis Gedanensis ad praesens (1642) laudabiliter. Damalevicz p. 49 [3]).

No. 3. Menologium Olivense [4]) ad diem 27. Februarii: Dominus Nicolaus Reüse, episcopus Calipolensis et abbas Olivae. Credibile est hunc dominum Nicolaum unum eundem esse, qui no. 3 recensetur. 1630

No. 16. Petrus Bartlinski: Zukoviae servatur p. 96
commissio episcopalis de 26. Februarii * 1630 data Wolboriae, cuius initium tale: Andreas a Lipe Lipski, episcopus Vladislaviensis et Pomeraniae, Rndis DD. Petro Bartlinski parocho ac decano rurali Dirszoviensi et officiali nostro Gedanensi. 1506

No. 8. Nicolaus Swichtenbergk, ecclesiae s. Ioannis maioris oppidi Gedanensis rector, in decretis licentiatus Rmique in Christo Patris et DD. Vincentii, Dei et apostolicae sedis gratia episcopi Vladislaviensis, per terrae Pomeraniae districtum officialis specialiter deputatus. Datum in dote parochialis nostrae 1506 die 11. Augusti. Acta Cartusiae.

---

[1]) Alia manu additum: 25. Cyprianus Wolicki, praepositus et suffraganeus Pomeraniae.

[2]) Preussische Sammlung l. c.

[3]) Damalevicz l. c.

[4]) cfr. Monum. Polon. hist. IV, 138.

7*

1517 No. 9. Iacobus Longus, utriusque iuris doctor et Rmi in Christo Patris et DD. Matthiae, Dei et apostolicae sedis gratia episcopi Vladislaviensis, per Pomeraniae districtum officialis specialiter deputatus. Datum Gedani 1517 die 14. Octobris. Acta Cartusiae.

1663 Post numerum 20. Stanislaus Dzianott, episcopus Fessensis, suffraganeus Kiioviensis, canonicus et praepositus s. Ioannis Gnesnae, archipresbyter Mariaeburgensis, officialis generalis per Pomeraniam 1663. Niesiecki tom. 2. pag. 124 [1]).

Iudices surrogati Gedanenses.

p. 97 *1. 1456: Matthias Racht, parochus Clodaviensis, surrogatus Gedanensis sub officiali Rmo Andrea Gorzinski. Huius mentio fit in litteris institutionis parochiarum Gedanensium de dato 28. Ianuarii 1456 verbis huiuscemodi [2]): Matthias de Clodaw eiusdem domini wladarii et vicarii generalis (Andreae Gorzinski) commissarius, subintelligendum surrogatus.

2. Thomas Burchardi, qui ante annum 1524 aliquoties vices domini officialis egit. Vide supra inter officiales numero 9 epistulam 2 [3]).

---

[1]) Niesiecki-Bobrowicz III, 462. — Alia manu additum: Post fata Petri Sikorski successit in officialem Cyprianus Wolicki, praepositus Vladislaviensis et Gedanensis, suffraganeus Pomeraniae. 1773 in officialem Pomeraniae constitutus Antonius Lipinski, praepositus Dirschoviensis, canonicus, coadiutor Vladislaviensis et Warmiensis. 1775 mortuus Cyprianus Wolicki, post successit in officialatum Gedanensem et suffraganeum Pomeraniae Illustrissimus Garnisz, post ascensum Garnisz in episcopatum Chełmensem successit in officialem Gedanensem et praepositum Illmus Adalbertus Skarszewski, post ascensum Adalberti Skarszewski ad episcopatum Chełmensem successit in officialatum Rndus Vincentius Schultz, canonicus Vladislaviensis ac Crusvicensis, praepositus Subkoviensis qui simul erat Gedanensis et Pomeraniae; obiit anno 1792. 1792 factus est officialis Gedanensis et Pomeraniae Ioannes Bastkowski, canonicus metropolitanus Leopoliensis, praepositus Starogardiensis, et hic quartus officialis Pomeraniae; primus fuit Antonius Lipinski, secundus Franciscus Piechowski, tertius Vincentius Schultz et modernus Ioannes Bastkowski ad praesens anno 1802.

[2]) cfr. p. 109 ad calcem.

[3]) p. 89.

3. 1647: Iacobus Weitman, praepositus ad s. Adalbertum, viceofficialis per Pomeraniam. Quietatio. Idem adhuc 1652.

4. 1658 die 9. Ianuarii: Martinus Smigłewski, surrogatus iudex Gedanensis, perpetuus ecclesiae cathedralis Vladislaviensis vicarius. Et die 6. Iulii 1658 Martinus Smigłewski, plebanus Subcoviensis et Garcensis, substitutus officialis Gedanensis et Pomeraniae. 1675 idem praepositus s. Adalberti et surrogatus iudex Gedanensis. Ecclesia Goręczynensis.

5. 1682: Nicolaus Ambrosius Sosnowicz, sanctae theologiae licentiatus, religiosarum virginum monasterii Zukoviensis, ordinis Praemonstratensium, poenitentiarius, surrogatus officialis Gedanensis et Pomeraniae. Approbatio libri Quaestiunculae [1].

6. 1684: Ioannes Iosephus Martini, praepositus, decanus Mevensis, Timaviensis, Valichnoviensis parochus, officialatus Gedanensis per Pomeraniam surrogatus iudex. 1686 idem adhuc. Ecclesia Goręczynensis.

7. 1690: Ioannes Leydingk, poenitentiarius Zuko-
viensis et surrogatus iudex Gedanensis. Metrica Zu- p. 98
koviensis.

*8. 1692 Georgius Adamus ab Hirtenberg Pastorius, protonotarius apostolicus, cancellarius Kiioviensis, cantor Lanciciensis, parochus Rosenbergensis, surrogatus iudex Gedanensis et Pomeraniae generalis, sacrae regiae maiestatis secretarius. Schönflus [2].

9. 1693: Ioannes Stephanus Ianowicz, decanus, parochus Gedanensis et Prągoviensis, iudex surrogatus Gedanensis. 1708 idem adhuc. Decimae Belkovienses.

10. 1712: .... [3] Nycz (olim officialis Elbingensis) surrogatus iudex Gedanensis. Memoria.

---

[1] Quaestiunculae supra dialogum primum de processione Spiritus sancti a solo Patre formatae et resolutae a quodam Latino-Romano a. D. 1682 monasterii Olivensis. Imprimebat Georgius Franciscus Fritsch.

[2] i. e. acta Schönfluss; villa Schönflus al. Schönfliess pertinebat ad parochiam Wysinensem.

[3] Addendum: Andreas.

11. 1719: Iacobus Bernardus Krolau, decanus, commendarius Gedanensis et Prangoviensis, officialatus Gedanensis iudex surrogatus. Decimae Belkovienses.

12. 1720: Iosephus Ioannes Rogalli, custos Volboriensis, surrogatus iudex Gedanensis. Zukoviensis.

13. 1722: Ioannes Georgius Dromler, canonicus Livoniae, iudex surrogatus Gedanensis. Belkovienses.

14. 1728: Ioannes Stanislaus Kitowski, canonicus Crusviciensis, decanus, surrogatus iudex Gedanensis et per Pomeraniam, parochus Miłobądzensis. 1732 idem adhuc. Memoria.

15. 1734: Michael Dąbrowski, parochus Garcensis, surrogatus iudex Gedanensis, postea praepositus Mevensis, canonicus Posnaniensis. Memoria.

16. 1744: Franciscus Wybicki, praepositus Skarzeviensis, iudex surrogatus Gedanensis, dein 1747 iudex delegatus consistorii Gedanensis, canonicus Vladislaviensis. Memoria.

17. 1748: Stanislaus Simon Cwiklinski, decanus Mevensis, praepositus Dirsaviensis et Lybiszoviensis, surrogatus iudex Gedanensis.

(8. Georgius Antonius Kunigk, ecclesiarum collegiatarum Crusviciensium cancellarius, Gutstadiensis canonicus, Tussinensis praepositus, decanus, parochus et iudex surrogatus Gedanensis et Pomeraniae. 20 Iunii 1692. Approbatio libri Specimen[1] p. 460[2]).

p. 99

* Decani Gedanenses[3].

1589 1. Nicolaus Mylonius, decanus, parochus, officialis Gedanensis, saltem ab anno 1589 usque 1611. Vide inter officiales no. 14[4].

---

[1]) Andreas Neufeld, Lutheranismi confutati specimen. Olivae 1692.

[2]) Pag. 460 Schwengel supplet, quae de iudicibus surrogatis Gedanensibus erant dicta.

[3]) Pommerelliam in decanatus divisam esse primum narratur anno 1326. Eo tempore enumerantur hi decanatus: Gedanensis, Dirsoviensis et Suecensis. cfr. Freytag, Das Archidiakonat Pommerellen: Altpr. Monatsschrift 1904. Bd. 41 S. 229.

[4]) p. 42.

2. Adamus Golinski, decanus, parochus, offici- 1613
alis Gedanensis, ab anno 1613 usque 1635. Vide inter officiales no. 15 [1]).

3. Albertus Samuel Chrzanowski, decanus, pa- 1635
rochus, officialis Gedanensis, 1635. Vide inter officiales No. 16 [2]).

4. Matthaeus Ioannes Iudicki, iuris utriusque do- 1637
ctor, decanus, parochus, officialis Gedanensis, 1637, 1638, 1640. Vide inter officiales no. 17 [3]).

5. Laurentius Ludwigk a Demuth, decamus, paro- 1660
chus, officialis Gedanensis, 1660, 1663, 1673, 1677. Vide inter officiales no. 20 et 23 [4]).

6. Ioachimus ab Hirtenberg Pastorius, decanus, 1678
parochus, officialis Gedanensis, ab anno 1678 usque 1681. Vide inter officiales no. 25 [5]).

7. Georgius Rydelius, decanus, parochus Geda- 1687
nensis, 23. Ianuarii 1687. Acta Zukoviensia.

8. Ioannes Stephanus Ianowicz, decanus, pa- 1693
rochus et surrogatus Gedanensis, ab anno 1693 usque 1708. Vide inter surrogatos no. 8 [6]).

*9. Martinus Augustinus Szela, decanus Geda- 1715
nensis, canonicus Crusviciensis, parochus Valichno- p. 100
viensis, 1715. Vir hic insignis in villa Kczewo, parochiae Zukoviensis, Martino Szela patre paupere (29. Maii 1686 Zukoviae sepulto) natus, circa annum 1685 Brunsbergae alumnus pontificius fuerat, dein 1688 presbyter ordinatus et a Rmo Dno Ioanne Georgio Kunigk, officiali Gedanensi, ob praestantem doctrinam promotus est. Benefactor collegii Gedanensis Societatis Iesu.

10. Iacobus Bernardus Krolau, decanus, com- 1719
mendarius Gedanensis et Prągoviensis, item decanus et praepositus Dirsaviensis, 1719. Vide inter surrogatos no. 9 [7]).

---

[1]) p. 94.
[2]) p. 94.
[3]) p. 94.
[4]) p. 95.
[5]) p. 95.
[6]) p. 101.
[7]) p. 101.

1728 11. Ioannes Stanislaus Kitowski, decanus, surrogatus iudex Gedanensis, canonicus Crusviciensis, parochus Miłobądzensis, 1728, 1723 [1]. Vide inter surrogatos no. 12 [2].

1735 12. Michael Dąbrowski, decanus, surrogatus Gedanensis, parochus Garcensis, postea praepositus Mevensis, 1735. Vide inter surrogatos no. 13 [3].

1740 13. Ioannes Kaminski, decanus Gedanensis, parochus Kielnensis, Przodkoviensis, Szynwaldensis et poenitentiarius Zarnovecensis, 1740 — 1749. In vivis.

(8. Georgius Antonius Kunigk, cancellarius Crusviciensis, decanus, parochus et iudex surrogatus Gedanensis. Vide surrogatos [4]).

Decani Stübelavienses.

1. Martinus Smiglewski, decanus Stübleviensis, Milobądzensis, Dalwinensis parochus, commissarius ad visitandam ecclesiam Kielnensem 1666 die 9. Februarii. Metrica.

2. Albertus Iosephus Korpalewski, decanus Stübleviensis, Dirsaviensis 1690. Vide infra [5].

3. Petrus Iesionowski, decanus Stübleviensis, Dirsaviensis 1705. Vide infra [6].

p. 101

* Decani Dirsavienses.

1. 1641: Ioannes Grąbczewski, decanus Dirsaviensis.

2. 1682: Albertus Iosephus Korpalewski, decanus Dirsaviensis, parochus Sobcoviensis et Miłobądzensis. 1690 idem et decanus Stübleviensis. Wysinensis [7].

3. 1719: Iacobus Bernardus Krolau, decanus, praepositus Dirsaviensis 1728.

---

[1] Legendum: 1732.
[2] p. 102.
[3] p. 102.
[4] p. 102.
[5] p. 104.
[6] p. 104.
[7] i. e. metrica Wysinensis.

4. 1730: Thomas Muchowski, decanus Dirsaviensis, parochus Sobcoviensis.

(1630: Petrus Bartlinski, decanus, praepositus Dirsaviensis, officialis Gedanensis. Zukoviensis [1]).

1712: Thomas Stanislaus Długonski, decanus, praepositus Dirsaviensis. Wysinensis [2]).

1705: Petrus Iesionowski, decanus Stübleviensis, Dirsaviensis. Wysinensis [2])).

Decani Starogardenses.

1. Laurentius Smugatius, decanus, praepositus Starogardensis, parochus Sobcoviensis et Garcensis 1630, 1635.

2. Matthias Casimirus Witramowski, decanus Starogardensis, parochus Garcensis 1664.

3. .... [3]) Lęski, decanus Starogardensis, parochus Pączeviensis 1720.

4. Michael Piątkowski, decanus Starogardensis, parochus Boboviensis 1730—1749 [4]).

Decani Mevenses.

1. Ioannes Iosephus Martini, decanus, praepositus Mevensis. Vide surrogatos no. 5 [5]). 1684.

2. Carolus Ianowski, decanus Mevensis, parochus Libnoviensis 1724.

3. Stanislaus Simon Cwiklinski, decanus Mevensis. Vide surrogatos no. 15 [6]). 1748.

---

[1]) Addendum: metrica. — Ex Borcii Echo sepulchrali addendum: Anno 1702 Ioannes Ignatius Stechorowski, canonicus Camenecensis, decanus et praepositus Dirsaviensis. Acta Visitationis Szembecianae.

[2]) Addendum metrica.

[3]) Lacuna Cognomen omissum.

[4]) Alia manu additum:
5. Ioannes Tabinski, parochus Skurcensis.
6. Ioannes Bastkowski, praepositus Starogardiensis.
7. Ioannes Sendycki, parochus Pinczynensis ab anno 1792.

[5]) p. 101.

[6]) p. 102.

p. 102

*Decani Novenses.

2. Andreas Maiewski, decanus, praepositus Novensis 1740 — 1749 [1]).

1. Laurentius Behme, decanus, praepositus Novensis usque ad annum 1730, abinde infra hebdomadam magnam factus praepositus et paulo post decanus Svecensis. 1749 superstes.

Decani Szwecenses.

5. Bartholomaeus Pawłowski, officialis Bidgostiensis, decanus Szwecensis 1699. Niesiecki [2]). Anno 1722 idem adhuc, convertit praedicantem infirmum in Prust ad Gedanum. Kowalicki [3]).

(1. Laurentius Rynkowski, decanus, praepositus Svecensis 1634.

2. Thomas Prusakowski, decanus, praepositus Svensis 1649.

3. Adalbertus a Siedlecz Zawodzki, decanus, praepositus Svecensis 1670.

4. Stanislaus Drozdowski, decanus Svecensis, parochus Grucinensis 1670 — 1676.

6. Ioannes Rulbiecki, decanus Svecensis, parochus Lubieviensis 1711.

7. Laurentius Behme, decanus, praepositus Svecensis, 1746 — 1748 [4]). Vide infra Decanatus Svecensis [5])).

Decani Bütovienses.

1. 1657: Albertus Warszawski, decanus Bütoviensis, parochus Sollenczynensis. Metrica Zukoviensis.

---

[1]) Bork praeterea nominat: Anno 1703 Martinus Augustinus Szela, decanus Neoburgensis. Anno 1734 circiter Illris R. D. Albertus Robakowski.

[2]) Niesiecki-Bobrowicz VII, 263.

[3]) Kowalicki, Katedra Kaznodziei niedzielnego. Sandomierz 1725. p. 317.

[4]) In Borcii Echo sepulchrali legitur: Anno 1730 Laurentius Behm, decanus et praepositus Suecensis. 1760 anno Illris R. D. Ioannes Maurzycki, decanus et praepositus Suecensis.

[5]) cfr. p. 191 ad calcem.

2. 1690: Lucas Stanislaus Wodecki, decanus Bütoviensis et Mirachoviensis, parochus Strzepscensis. 1700 idem adhuc. Metrica Goręczynensis.

3. 1709: Iacobus Franciscus Alshut, decanus Bütoviensis, Leoburgensis et Mirachoviensis, parochus Stęzycensis et Lipusiensis. Metrica Goręczynensis.

4. 1712: Simon Koleński, decanus Bütoviensis, parochus Brussensis. Vir pius. 1749 idem adhuc superstes.

*Decani Leoburgenses. p. 103

1. 1689: Ioannes Casimirus Grasinski, canonicus Varmiensis, decanus Leoburgensis, parochus Weyheropolensis et Gorensis. Manuscriptum eius.

2. 1709. Iacobus Franciscus Alshut, decanus Bütoviensis et Leoburgensis ut supra.

3. 1734 ....[1]) Reuss, decanus Leoburgensis, parochus Langnoviensis et Rosenbergensis.

4. 1740: Ioannes Zelewski, decanus Leoburgensis, parochus Strzepscensis. 1749 idem.

(1690 die 1. Iunii visitavit ecclesiam Kielnensem ex commisso Michael Ignatius Parken, decanus Leoburgensis et Pucensis. Metrica Kielnensis).

Decani Pucenses.

1. 1596: Martinus Culcius, decanus, praepositus Pucensis. Oslanin [2]).

2. 1682: Georgius Rydelius, decanus Pucensis, parochus Gedanensis.

3. 1743: Antonius Langhannigk, decanus Pucensis, praepositus Weyheropolensis et Gorensis. 1749 idem. Vir hic in villa Santhoppen Varmiae natus est, patre ludi * rectore, circa 1712 alumnus pontificius Brunsbergae, dein circa 1719 vicarius et paulo post commendarius Pucensis.

(1690: Michael Ignatius Parken, decanus Pucensis et Leoburgensis, uti supra.

---

[1]) Lacuna. Cognomen omissum.

[2]) i. e. Acta Cartusiae super bona Oslanin.

1727: Petrus Schlesiger, decanus Pucensis, parochus Oxiviensis et Chyloniensis. Zukoviensis [1]).

1698: Matthias Stanislaus de Karsznic Gutteter, Płocensis, Lanciciensis canonicus, decanus Pucensis. Niesiecki tom. 2. pag. 347 [2])).

Decani Mirachovienses.

Decanatus iste exordium sumpsisse videtur per constitutionem factam in synodo dioecesana celebrata 1634. Nam titulo de auctione decanorum ruralium ita legitur [3]): „Decanum autem Kościerzynsem Rndum Albertum Nickowski modernum ordinamus". Forte huic constitutioni occasionem dederunt ecclesiae nonnullae noviter erectae.

p. 104 *1. 1634: Albertus Nickowski, decanus, praepositus Kościerzynensis. Acta Synodi [3]). 1640 idem adhuc. Epistula Rimeri [4]).

2. 1652: Gregorius Słupecki, decanus Mirachoviensis, praepositus Bernensis.

3. 1666: Andreas Casimirus Laurinowicz, decanus Mirachoviensis, praepositus Bernensis, qui 1672 a nuntiatura sacra ad instantiam civium Bernensium utraque dignitate destitutus fuit.

4. 1672, 1673: Ioannes Wunderlich, decanus Mirachoviensis, praepositus Bernensis.

5. 1673: Andreas Casimirus Laurinowicz secundo, decanus Mirachoviensis, praepositus Bernensis usque ad annum 1690. Decimae Grabovienses.

6. 1690, 1700: Lucas Stanislaus Wodecki, decanus Mirachoviensis et Bütoviensis, parochus Strzepscensis. Metrica Goręczynensis.

7. 1709, 1719: Iacobus Franciscus Alshut, decanus Mirachoviensis, Leoburgensis, parochus Stęzycensis, Lipusiensis. Metrica Goręczynensis.

---

[1]) Addendum: metrica.

[2]) Niesiecki-Bobrowicz IV, 336.

[3]) Acta synodalia Wladislav. dioec. a. 1634: Chodyński, Statuta synodalia dioec. Wladislav. et Pomeraniae. Varsaviae 1890. p. 213.

[4]) i. e. Ioannis Rimeri, parochi Goręczynensis.

8. 1721 usque 1749: Matthias Rzepczynski, decanus Mirachoviensis, parochus Luzynensis. Metrica Goręczynensis.

*In decanatu Gedanensi p. 105

hodie parochiae sunt hae: Gedanensis, sancti Adalberti, Prangoviensis, Zukoviensis, Kiełnensis, Maternensis, Olivensis, Langnoviensis, Rosenbergensis, Chwasczinensis, Klodavensis. p. 461 [1]).

Parochiae Gedanenses.

Ioannis Episcopi Vladislaviensis institutio parochiarum Gedanensium 1456 die 28. Ianuarii [2]):

In Nomine Domini Amen. Ad rei memoriam sempiternam. Aeterni Patris Filius Iesus Christus, cui ipse Pater vivorum et mortuorum tradidit iudicium, qui sedebit in solio maiestatis suae unicuique secundum opera sua reddet mercedem, sacro testante eloquio. Terrent nos ipsius Salvatoris nostri praecepta plerumque iterata, ubi oves, quas fuso proprio sanguine redemit et redemptas pretio sancte custodiri fecit, inquiens principi apostolorum, ex cuius persona nos immeritum ecclesiae nostrae praefecit pastorem: Pasce oves meas. In alio sacro elogio gravius comminando: De manu tua sanguinem eius exposcam. Proinde nos Ioannes, Dei gratia episcopus Vladislaviensis et regni Poloniae cancellarius, significamus tenore praesentium, quibus expedit universis: quod cum inter ea, quae sollicitudinis nostrae iugum et onus pastorale iugi meditatione revolvit et deposcit, illud nobis reminiscendum salutariusque et accuratius gerendum incumbit, qualiter gregem Domini, excubiis nostris creditum, per pascua caelestis alimoniae dirigentes, ad beatae vitae ianuam perducere valeamus. Attendentes igitur maturo animo, probabili ratione et di*serta evidentia recensentes fomosae civitatis p. 106 nostrae Gedanensis dioecesis nostrae populosam dilatationem ac murorum, structurarum, vicorum, platearum, suburbiorum et aliorum adiacentium intra et extra moenia ipsius civitatis longe lateque et circumferentialiter connexorum adauctionem et adspirante Deo multiplicationem ac amplificationem, quae, ut vidimus et experti sumus, glomerosam et innumerabilem animarum multitudinem custodiae nostrae commissarum continet et comprehendit, cui etiam duo duntaxat pastores et

---

[1]) Vide infra p. 461 ad calcem.

[2]) cfr. Preussische Sammlung allerley Urkunden II Bd. Danzig 1748. S. 91 ff.

curati rectores intra moenia ipsius civitatis degentes praeesse consueverunt ipsumque populi magnum numerum ecclesiasticis procurare sacramentis soliti fuere vetusto more, quo coepit parvo oppidi glutine instrui et aedificari. Sed proh dolor! prout Serenissimi Principis et Domini Casimiri, Dei gratia regis Poloniae etc., Domini nostri gratiosissimi, ex quaerela et moesta relatione pro parte consulatus et totius communitatis dictae civitatis nostrae conscripta ac eiusdem consulatus organo nobis repetita comperimus, hominibus sexus utriusque civitatis praefatae et praesertim extra muros habitantibus, iniquo tunc et iniusto imperio percipiente et propagationem cultus divini aemulationemque salutis subiectorum non intendente, ac propter pastorum intra moenia incolatum perniciosa dispendia salutis, subiectorum gravia pericula, interitus et ruina imminebant, et uti verisimiliter intelleximus, magna pars hominum, infantium, adultorum et senum absque sacramentorum ecclesiae communione et perceptione decessit, et insperata, quod magno cum cordis suspirio adiicimus, morte est intercepta. His ergo et aliis malis ex paucitate pastorum ortis sive orituris salubriter occurrere cultusque divini incrementum augere et populi saluti providere gestientes precibusque dicti consulatus tam iustis et legitimis paterno favore annuere et ipsa pericula animarum abolere cupientes,
p. 107 prout tenemur,* de consensu, voluntate et ratihabitione eiusdem domini nostri regis tanquam domini naturalis civitatis praefatae ac consulatus eiusdem, ecclesias parochiales, unam videlicet Beatae Mariae Virginis et alteram s. Catharinae, cum ipsarum fructibus, facultatibus et dotibus universis dismembrare et in ea alias quatuor, unam videlicet s. Ioannis, aliam s. Barbarae, tertiam beatorum Petri et Pauli et quartam beati Bartholomei, apostolorum, ecclesias dictis duabus, videlicet Beatae Mariae Virginis et s. Catharinae, novissime confrontaneas partiri censuimus, dismembramusque et partimur, disiungimus, distinguimus, separamus et segregamus, prout inferius latius continetur, in vicos, plateas et contractas; ac praefatas ecclesias quatuor, videlicet ss. Ioannis, Barbarae, Petri et Pauli ac Bartholomei, eo iure parochiali, quo praefatae Baetae Mariae Virginis et s. Catharinae gaudent, erigimus curatasque intitulamus, ac ex nunc sex parochiales ecclesias praedictas in ipsa civitate et extra eandem esse, fore, nuncupari et intitulari ac appellari instituimus ac nomine, iure, vocabulo, re et effectu parochiali distinctis gaudere, uti et frui volumus. Sed ut oves gregis nostri praedicti suum ovile et pastorem attentius proprio balatu cognoscant et illius vocem apprehendant, ac quibus quaelibet ecclesia parochialis praefata dotibus, fructibus et facultatibus propriis, cessante quocunque impedimento, gaudeat et certioretur: imprimis ecclesiae Beatae Mariae Virginis, cuius plurimum indigemus patrocinio, pinguiores fructus et reditus uberiores adiungimus atque plateam longam cum aliis plateis strictis adiacentibus, plateam panum

cum aliis plateis attinentibus, plateam s. Spiritus cum plateis stric-
tis dependentibus, plateam canum et plateam latam ab utroque la-
tere, plateis tamen strictis, quae inter plateam latam et Ioannis
plateam mediant, exceptis; insuper ecclesiae s. Ioannis pla-
team s. Ioannis integre et plenarie cum plateis strictis ab
utroque latere connexis, plate*am piscatorum cum omnibus p. 108
strictis et adiacentibus, item plateam s. Tobiae cum plateis
strictis, item forum piscium cum toto aggere a platea lata
usque ad valvam; interea ecclesiae ss. Petri et Pauli totum
illud, quod comprehenditur et continetur in suburbio eidem
civitati contiguo, videlicet Lastadia, Poggenpfuel, Wolffesha-
gen, Holtzgasse et Rosmarkt; deinceps ecclesiae s. Barbarae
totum aggerem ab utroque latere, incipiendo a novo fossato
usque ad valvam extremam cum casalibus adiacentibus vulgo
Mattenbuden nuncupatis; deinde ecclesiae s. Catharinae pla-
team piperis ab utroque latere, item plateam s. Elisabeth ab
utroque latere, cum plateis strictis adiacentibus ac totum lacum
circa fossatum civitatis a platea s. Elisabeth usque ad spatium
castri demoliti plateamque molendini cum omnibus plateis
latis et strictis usque ad rivulum Mölewasser appellatum, item
totum spatium Hakelwerk vocitatum cum omnibus plateis
latis et strictis, item plateam novorum hortorum ab utroque
latere, item totum Schiddelitz et spatium totum Sandgrube
dictum cum transitu atque platea circa s. Gertrudem prope
rivulum Radunam, item totum spatium Hoppenbruck vulgariter
appellatum, item plateam Petershagen vocitatam cum omnibus
villis (ad eam) ab antiquo spectantibus; postremo ecclesiae
s. Bartholomei illud totum, quod comprehenditur sub spatio
inchoando a rivulo Moelenwasser nominato, adscendendo
usque ad terminos plateae piperis cum omnibus plateis strictis,
item totum aggerem circum rivulum Mölenwasser descen-
dendo usque ad valvam ab utroque latere cum omnibus stric-
tis plateis, item totam plateam, Bomgardische Gaße dictam, cum
omnibus strictis plateis ab utroque latere, item plateam s.
Bar*tholomei cum omnibus strictis plateis ab utroque eius la- p. 109
tere cum media platea Kalkgasse appellata, cum casalibus et
hortis apud ecclesiam Corporis Dominici; ecclesia tamen et
alias capella s. Gertrudis pro filia Beatae Mariae Virginis
ecclesiae adiecta, specificamus, incorporamus, dotamus, no-
minamus, adiicimus, annectimus, devolvimus, invisceramus,
attribuimus et appropriamus, iure parochiali spectandas et
pertinendas usque ad obedientiam, regimen et in solutionem
sex plebanorum et rectorum praefatarum ecclesiarum paro-
chialium distinctarum et, sicut praemittitur, partitarum et dis-
membratarum et iuxta praemissam partitionem et dismembra-
tionem, distributionem sive specificationem pertinere, spectare
et devolvi inviolabiliter et perpetuo indicimus, instituimus,
sancimus et decernimus tenore praesentium harum litterarum.
Quarum in testimonium atque fidem sigillum nostrum prae-
sentibus est appensum. Actum et datum Gedani die Mercurii

28. mensis Ianuarii anno Domini 1456. Praesentibus ibidem Venerabilibus et Honorabilibus Dominis Andrea Gorzinski, archidiacono Calissiensi et in terris Pomeraniae wladario et vicario generali, Benedicto de Lipenio, in collegio Gnesnensi canonico, et Matthia de Clodaw, eiusdem Domini wladarii commissario, et aliis pluribus testibus circa praemissa fide dignis. Ac deinceps ecclesiae praefatae s. Ioannis ex certis respectibus in augmentum fructuum eiusdem hortum ultra Motlaviam situatum, Schäfferey, et locum castri demoliti adiicimus et incorporamus appropriamusque perpetuo per praesentes etc. Per manus Ioannis episcopi notarii.

Ecclesia Beatae Mariae Virginis maioris oppidi 1353 aedificari cepta est, quemadmodum supra sacristiam ecclesiae eiusdem aureis scriptum cernitur litteris [1]): A° Dni M. CCC. XLIII feria IV. post Laetare
p. 110 positus est primus lapis muri civitatis Dantzk;* et postea proxima feria VI. positus est primus lapis muri Ecclesiae B. V. M.; cuius Dedicatio celebrabitur Dominica proxima post festum Nativitatis Mariae. — Estque dicta ecclesia iurispatronatus et collationis regiae, quemadmodum in privilegio generali civitati Gedanensi a Casimiro Iagellonide, rege Poloniae, concesso dominica Cantate anno Domini 1455 cautum est [2]): Wir Casimirus König zu Pohlen etc. etc. verleihen Unserer Stadt Dantzig alle und itzliche Ampte und Lehne, beyde Geistl. und Weltlich mit allen Zubehörungen binnen allen ihren Freüheiten, Privilegia und Grentzen belegen zu verlehnen, zu vergeben und zu bewehlen, weme sie darauf haben und setzen wollen, ewiglich sonder alle und eines jedermanß Infälle und Verhinderunge, außgesondert allein das Lehne Unser Lieben Frauen-Kirchen binnen Unser Stadt-Mauren Dantzig gelegen, das Wir Uns und unsern Nachkommlingen Königen zu Pohlen, zu Unser Königliche Ehren wollen behalten. Und ob irkeiner zu solchen Lehn durch Unß geantwort würde, und methe belehnet, und sich mit dem Rath und gemeinem Volk nicht aufrichtig hielte, und ehrlichen begienge, und

---

[1]) cfr. Hirsch, Die Oberpfarrkirche von St. Marien in Danzig. Danzig 1843. S. 31. 441.

[2]) Curicken, Der Stadt Dantzig historische Beschreibung. Amsterdam 1688. p. 154 sq.

in Zwietracht lebete, so daß Klage drüber kommen würde, denn Wir solchen in dem Lehne nicht vertretten wollen, sondern dazu halten zu verwechselen, oder daß Lehn mit Geistlichem Recht übergeben und seine Übelthat, auf das der Rath und das gemeine Volck zu einem Pfarrer kommen mögen, darinnen sie in Liebe, Freundschaft und Ehren leben.

Parochi ad sanctam Mariam Gedani.

1. Mattheus Westphal, artium liberalium magister, ecclesiae Beatissimae Virginis Mariae maioris op*pidi p. 111
Gedanensis rector 1483. Smantov [1]).

2. Mauritius Ferber, iuris utriusque doctor et olim camerarius et scriptor apostolicus Leonis X. pontificis maximi, dein custos et canonicus Varmiensis, Lubecensis, Revaliensis, Derpatensis, parochus ecclesiae Beatissimae Mariae Virginis Gedanensis ac Melebacensis (id est Miłobądzensis) die 14. Aprilis 1523 electus a Rmo capitulo in episcopum Varmiensem. Obiit Kalendis Iulii 1537. Treterus [2]), Leo [3]), Niesiecki [4]).

3. Ioannes de Curiis (alias von Höfen, item Flachsbinger, Dantiscus, Linodesmon dictus), iuris utriusque doctor, poeta laureatus, olim plebanus w Golębiu ad Vistulam, dioecesis Cracoviensis, dein sacrae regiae maiestatis secretarius, parochus ecclesiae Beatae Virginis Mariae Gedani (de quo testatur Lengnich tom 1. pag. 114 his verbis [5]): Ioannes Flachsbinger war Königlicher Geheim Schreiber und Pfarrer bey der Marien Kirche in Dantzig 1530), canonicus Varmiensis, demum 1530 factus est episcopus Culmensis, anno

---

[1]) Acta super pratum Smantov.

[2]) Treterus, De episcopatu et episcopis ecclesiae Varmiensis. Cracoviae 1685. p. 90.

[3]) Ioannes Leo, Historia Prussiae 1725. p. 373.

[4]) Niesiecki-Bobrowicz IV, 21.

[5]) Lengnich, Gesch. der preuss. Lande. 1722. Bd. I. S. 114 A.

vero 1537 episcopus Varmiensis. Obiit 1548. Treterus [1]), Leo, [2]) Niesiecki [3]).

4. Petrus Visczelski, canonicus Vladislaviensis, ecclesiae maioris ad s. Mariam in Gedano plebanus. Vide officiales no. 12 [4]).

(Eodem anno 1554 processio publica cum ss. Sacramento in festo Corporis Christi Gedani ultimo celebrata est. Hartknoch [5]). 1559 die s. Michaelis Archangeli in ecclesia Beatae Mariae Virginis Gedani praesente Illsmo loci ordinario ad maius altare a sacerdote catholico missae sacrificium adhuc celebratum fuit, sed concio per praedicantem Lutheranum ibidem habita praesente episcopo. Manuscriptum).

5. Nicolaus Mylonius, parochus ad s. Mariam et officialis Gedanensis ab 1585 usque 1611. Vide officiales no. 14 [6]).

6. Nicolaus Kos, parochus Gedanensis et Prangoviensis, de quo infra docebitur inter parochos Prangovienses [7]). Hunc tamen nonnisi anno uno vel sesquialtero parochum Gedanensem fuisse, nimirum 1612,
p. 112 docemur * ex obitu domini Mylonii, qui accidit 1611, et ex successione domini Golinski, qui 13. Maii 1613 iam parochum Gedanensem se scripsit. Fueritne iste Nicolaus Kos simul officialis Gedanensis affirmare non ausim ob defectum documentorum. Niesiecki tom. 2 pag. 632 [8]): Sub rege Stephano Nicolaus Kos Praepositus Varmiensis, canonicus Vladislaviensis et Varsaviensis. Sed an hic et ille unus idem sit quaeritur ?

---

[1]) Treterus, De episcopatu et episcopis ecclesiae Varmiensis. Cracoviae 1685. p. 108.

[2]) Ioannes Leo, Historia Prussiae. Brunsbergae 1725. p. 427.

[3]) Niesiecki-Bobrowicz I, 66.

[4]) p. 92.

[5]) Hartknoch, Preussische Kirchenhistoria. Frankfurt 1686. p. 672.

[6]) p. 93.

[7]) p. 123 ad calcem.

[8]) Niesiecki-Bobrowicz V, 264.

7. Adamus Golinski, parochus Gedanensis ab 1613 usque 1635.	vide inter officiales Gedanenses [1]	No. 15.
8. Albertus Samuel Chrzanowski, parochus Gedanensis 1635.		No. 16.
9. Mattheus Iudicki, parochus Gedanensis 1637 — 1642.		No. 17.
10. Florianus Falk, parochus Gedanensis, Prangoviensis 1642 — 1651.		No. 18.
11. Laurentius Ludwigk a Demuth, parochus Gedanensis 1660 — 1673.		No. 20, 23.
12. Ioachimus Pastorius, parochus Gedanensis 1678 — 1681.		No. 25.

(Anno 1678 die 21. Iulii primus lapis pro capella regia Gedani positus, quae deinde 1681 consummata et 1683 consecrata est.)

13. Georgius Rydelius, parochus, post et decanus Gedanensis 1682 — 1687.

14. Ioannes Stephanus Ianowicz, parochus Gedanensis et Prangoviensis 1693 — 1708. Vide surrogatos 9 [2]).

15. Andreas Iacobus Corsz, parochus Gedanensis, Prangoviensis 1712 — 1720. Vide officiales 32 [3]).

Iacobus Bernardus Krolau, commendarius Gedanensis, Prangoviensis 1719. Vide surrogatos [4]).

16. Dominicus de Sienno Sieninski, episcopus Macroniensis, parochus Gedanensis et Prangoviensis ab 1720 usque 1743. Vide officiales no. 33 [5]).

17. Petrus Paulus Sikorski, parochus Gedanensis, Prangoviensis 1743 — 1749. Vide officiales 35 [6]).

Vicarii ad s. Mariam	1473 Nicolaus Schwichtenberg in decretis licentiatus.
	1484 Nicolaus Tyrgarthe. Acta Cartusiae.

(14. Georgius Antonius Kunigk, cancellarius Crusviciensis, decanus, parochus et iudex surrogatus Geda-

---

[1]) p. 94 sq.
[2]) p. 101.
[3]) p. 97.
[4]) p. 102.
[5]) p. 98.
[6]) p. 98.

nensis 20. Iunii 1692. Approbatio libri Specimen Lutheranismi confutati [1])).

p. 113 *Parochi ad s. Ioannem.

Ecclesiam hanc anno 1214 erectam esse, docent litterae erectionis in archivo Zukoviensi asservatae. Dreger in tomo I codicis diplomatici pag. 548. refert certum diploma de anno 1269, in quo praeter alia haec leguntur [2]): S. Catharina, matrona civitatis Gedanensis, s. Dei genitrix Maria et s. Nicolaus, unde elicitur illa aetate tres sub titulis proximedictis ecclesias in Gedano iam extitisse. De ecclesia vero s. Ioannis in toto illo codice nulla habetur mentio. Ipsam anno 1456 in ecclesiam parochialem et baptismalem per Illsmum Ioannem, episcopum Vladislaviensem, institutam esse, intelleximus ex litteris institutionis parochiarum Gedanensium supra recitatis [3]). Curicke [4]) lib. 4 cap. 16 habet: Die Kirche S. Ioannis ist etwan anno 1463, 64, 65, gewelbet worden.

1. Nicolaus Schwichtenberg, in decretis licentiatus, parochus ad s. Ioannem 1484. Obiit 1518 vel 1519. Vide inter officiales no. 8 [5]).

2. Iannes Ferber, doctor, canonicus Varmiensis, parochus ad s. Ioannem Gedani, obiit 16. Maii 1530. Menologium Cartusiae [6]).

3. Simon Hagenau, plebanus ad s. Ioannem, Gedani obiit 1559. Preußische Sammlung [7]).

4. Ioannes parochus et Ludicke presbyter ad s.

---

[1]) Andreas Neufeld, Lutheranismi confutati specimen. Olivae 1692.

[2]) Dreger, Codex diplomaticus. Stettin 1748. I, 548.

[3]) p. 109.

[4]) Curicken, Der Stadt Danzig historische Beschreibung. Amsterdam 1688. Buch IV. Kap. 7. S. 321.

[5]) p. 88.

[6]) Eius neque in illo menologio Cartusiae, quod est in hoc libro Schwengelii mentio fit neque in illo eiusdem auctoris menologio, quod editum est a Kętrzyński (Monum. Polon. IV, 135).

[7]) Preussische Sammlung allerley Urkunden. Danzig 1747. I, 326 sqq.

Ioannem Gedani, confessarii beatae Dorotheae Pruthenae. Lilienthal in historia vitae eiusdem p. 36 [1]).

Parochi ad ss. Petrum et Paulum.

1. Gregorius Seger, ss. Petri et Pauli apostolorum ecclesiae suburbii Gedanensis rector 1483. Smantov [2]).

2. Tidemannus Gise, artium magister, canonicus Varmiensis, plebanus ad ss. Petrum et Paulum Gedani 1524. Preußische Sammlung tom. I. p. 718 [3]). Idem 1537 factus episcopus Culmensis et 1549 episcopus Varmiensis. Obiit 24. Octobris 1550. Treterus [4]).

3. Valentinus Amst, ecclesiae divorum Petri et Pauli in Gedano plebanus 1554. Zukoviensis [5]).

*Parochi ad s. Barbaram. p. 114

1. Ioannes Bonhold 1523, factus apostata. Preußische Sammlung tom. I, p. 718 [6]).

Parochi ad s. Catharinam.

1. In litteris primae fundationis conventus patrum Praedicatorum Gedani (quae reperiuntur tom 1. p. 326 et 328 Preußische Sammlung [7]) legitur, quod Dnus Wilhelmus, capellanus ecclesiae s. Nicolai, pro commutatione aeque bona praefatis patribus devote et libere resignaverit 1227. Rursum Dreger in codice diplomatico tom. I. p. 230 haec habet [8]): Wilhelmus plebanus de Gdanz 1243. Haec me inducunt credere, dictum D. Wilhelmum post liberam resignationem ecclesiae s. Nicolai promotum fuisse ad ecclesiam s. Catharinae. Non enim video aliam parochialem ecclesiam Gedani illa aetate fuisse, quam praedictam s. Catharinae.

---

[1]) Lilienthal, Historia beatae Dorotheae. Dantisci 1744. p. 36.

[2]) i. e. acta super pratum Smantov, cfr. Georgii Schwengel, Apparatus ad annales Cartusiae Paradisi B. M. V. I, 329.

[3]) Preussische Sammlung allerley Urkunden. Danzig 1747. I, 718.

[4]) Treterus, De episcopatu et episcopis ecclesiae Varmiensis. Cracoviae 1685. p. 110.

[5]) i. e. acta ecclesiae Zukoviensis.

[6]) Preussische Sammlung a. a. O. I, 718.

[7]) Preussische Sammlung a. a. O. I, 326, 328.

[8]) Dreger, Codex diplomaticus. Stettin 1748. I, 230.

2. Gregorius Greve, ecclesiae s. Catharinae antiquioris oppidi Gdanczk rector 1483 — 1492. Vide supra officiales [1]).

3. Albertus Bischoff (alibi Episcopi), doctor, canonicus Varmiensis, parochus ad s. Catharinam Gedani 1511 — 1525. Acta Cartusiae.

(Dreger tom. I. pag. 539 [2]): Luderus sacerdos de s. Catharina in civitate Gdanzk 1268).

Vicarii ad s. Catharinam 1473:
- Ioannes Löbau, Vladislaviensis dioecesis, idem 1483.
- Andreas Marienborg Culmensis.
- Martinus Lupi Pomezaniensis dioecesis. Acta Cartusiae.

*Parochi s. Bartholomei.

p. 115

De ecclesiis aliis Gedani.

Praeter antedictas sex parochiales erant illa aetate in civitate Gedanensi ecclesiae sequentes:

1. Ecclesia arcis sive castri, ad quam sacerdotes fuere:

1227: Dominus Gotfriedus, canonicus de Castro. Preußische Sammlung tom. I. p. 327 [3]).

1248: Hermannus et Wenceslaus, capellani. Dreger tom. I. p. 283 [4]).

1268: iidem: Venzlaus, capellanus castri Danzig. Hermannus sacerdos ibidem. Dreger tom. I. p. 539 [5]).

2. Ecclesia s. Nicolai, 1227 patribus Dominicanis tradita. Preußische Sammlung tom. I, 326 [6]).

3. Ecclesia Birgittanorum fundata 1396 cum duplici conventu.

4. Capella s. Magdalenae nunc desolata.

---

[1]) p. 88.

[2]) Dreger, Codex diplomaticus. Stettin 1748. I, 539.

[3]) Preussische Sammlung allerley Urkunden. Danzig 1747. I, 327.

[4]) Dreger l. c. I, 283.

[5]) Dreger l. c. I, 539.

[6]) Preuss. Sammlung l. c. I, 326.

5. Ecclesia s. Georgii tradita per commutationem patribus Carmelitis 1464.

6. Ecclesia s. Elisabethae cum hospitali.

7. Ecclesia s. Spiritus cum hospitali civium.

8. Ecclesia s. Gertrudis filialis Beatae Mariae Virginis cum hospitali, demolita dum civitas fortificaretur.

9. Ecclesia Beatae Mariae Virginis in iuniore civitate patrum Carmelitarum.

10. Ecclesia ss. Corporis Christi.

11. Ecclesia divi Michaelis Archangeli.

12. Ecclesia ss. Trinitatis patrum Franciscanorum.

13. Capella s. Annae.

14. Monasteria aliquot sanctimonialium in iuniore civitate.

15. Ecclesia s. Iacobi aedificata 1475 cum hospitali.

16. Monasterium Flagellantium in iuniore civitate.

Hanc cultissimam vineam Domini postmodum 1524 singularis ferus (pestifera haeresis) depastus est, ita quod hodie de vetustis illis magnificis templis tria nonnisi catholici possideant.

* Facies hodierna templorum Gedanensium. p. 116

1. Capella regia s. Ioannis Baptistae aedificari cepta 1678.

2. Ecclesia s. Nicolai patrum Dominicanorum cum capella Germanorum 1227.

3. Ecclesia Brigittanorum fundata 1396.

4. Ecclesia patrum Carmelitarum translata 1464 [1].

5. Ecclesia ad collegium Societatis Iesu fundationis Rozrazewianae.

6. Ecclesia patrum Reformatorum in Stoltzenberg fundata 1666.

7. Ecclesia fratrum Misericordiae fundata 1645.

1.	Templum maius Beatissimae M. V.	a Lutheranis occupatae.
2.	„ s. Ioannis.	
3.	„ s. Spiritus.	

---

[1]) s. Iosephi alia manu additum.

4. Templum s. Catharinae.
5. „ s. Bartholomei.
6. „ s. Iacobi.
7. „ s. Barbarae.
8. „ ss. Trinitatis.
9. Capella s. Annae.
10. Templum ss. Corporis Christi.
11. „ s. Michaelis Archangeli.
12. Templum s. Salvatoris in Petershagen.
13. Templum s. Lazari Pockenhaus.
14. „ in domo correctionis, Zuchthaus.
15. Templum in domo pupillorum, Spendhaus.
16. Templum in Orunia.

} a Lutheranis occupatae

1. Templum sanctorum Petri et Pauli apostolorum Calviniani usurpant.

p. 117 * 2. Templum s. Elisabethae.
3. „ Anglicanum.
4. „ Gallicanum sive Hugenotum.
5. Das Neue Stift iuxta portam Olivensem.

} Calvinianorum.

1. Mennonistarum Vermahnung: Vom feinen Stoff in Schotlandia. 2. Vom Dreck-Wagen auf Neu-Garten [1]).

---

[1]) cfr. Hartknoch, Preussische Kirchenhistoria. Frankfurt 1686. p. 856: Was sonst die Mennonisten oder wie sie gemein genennet werden die Mennisten, die schon vor den Quäkern in Preussen und sonderlich bei Dantzig und Elbing gewesen, betrifft, sollen derselben allhier 4 oder 5 Secten seyn. Dei Danzig insonderheit auff dem Schottlande sind derselben vornehmlich zwa. In der einen Sect heissen sie sich die Bekümmerten, von andern werden sie aber der Dreckwagen genannt, weil sie eine jede Sect leichtlich in ihre Gemeinschafft auffladen und annehmen. In der andern Sect heissen sie Klarcken, weil sie sich rühmen, dass sie für andern einen klaren und reinen Glauben haben. Vor etlichen Jahren a. 1678.... sind vor dem Officialen dieser beiden Secten Vermahner erschienen.

Templa extra civitatem Gedanensem.

Decanatus olim minoris insulae teste Damalevicio p. 46[1] has numerabat ecclesias: 1. Stüblau, 2. Truttenau, 3. Käsemarck, 4. Letschkov, 5. Reichenberg, 6. Gotteswalde, 7. Güttland, 8. Gemlitz, 9. Gross-Zünder, 10. Wossitz, 11. Wotzlaff, 12. Osterwick, 13. Suchedam. Ex his sola et unica reliquis, omnibus per Lutheranos occupatis, Gemlicensis ecclesia[2], sicut lilium inter spinas (vigilantibus pro ea Illsmis episcopis Vladislaviensibus utpote in villa mensae suae, quam demum Illsmus et Rmus episcopus Hieronymus Rozrazewski donavit patribus Societatis Iesu in Schotlandia a se fundatis) mansit intacta ab haeresi. Spectat nunc ad decanatum Dirsaviensem. Recentiore tempore excrevit in bonis Nassenhuben etiam templum Calvinianum et synogoga Mennonistica.

In Neringia ecclesiae omnes Lutheranae sunt: 1. In fortalitio Münde, 2. Bohnsack, 3. Kobbelgrube, 4. Pröbernau, 5. Schönbaum, 6. Neuefähr capella.

In montanis: Ecclesiae omnes Lutheranae sunt: 1. Praust, 2. Gischkov, 3. Lüblov, 4. Miggenhal, 5. Wonnenberg, 6. Ramlisch.

In Hela civitate templum Lutheranum.

* Praepositura ad s. Adalbertum. p. 118

Si narrationi vitae ac martyrii sancti praesulis Adalberti, quae habetur ad calcem operis Thomae Treteri de episcopatu Varmiensi[3] ac in historia Prussiae Ioannis Leonis[4] pagina 34 et sequentibus, sua

---

[1]) Damalevicz, Vitae Vladisl. epp. l. c. p. 46: Steblewo, Trutnowy, Kiermark, Leszkowy, Rychemborg, Koczwal, Itlamia, Iemicla, Wielkie cedry, Osice, Goczlaw, Ostrowik seu Suchy dab.

[2]) cfr. Visitationes archidiac. Pomeraniae H. Rozrażewski episcopo factae: Societ. liter. Torunen. Fontes I. 1897. p. 7, 103, II, 225.

[3]) Treterus, De episcopatu et episcopis ecclesiae Varmiensis. Cracoviae 1685. Pars II: Chronicon de vitis episcoporum Varmiensium per Ioannem Plastwig. p. 54.

[4]) Ioannes Leo, Historia Prussiae. Brunsbergae 1725. p. 34.

relinquatur integritas, dicendum est, ecclesiam in villa episcopali s. Adalberti ad Gedanum omnium aliarum in terris Prussiae et Pomeraniae ecclesiarum esse antiquissimam. Libet ex Tretero ipsa verba recitare, quae sic sonant: Iam s. Adalbertus sarcinulas colligebat (ut abiret ex Sambia iuxta mandatum Luxeti principis), cum ecce de improviso adsunt Waydelotti cum non contemnenda armatorum manu, furenti impetu eum invadunt strictisque gladiis primum illi caput amputant, mox corpus eius audaci furore pleni frustatim concidunt. Sequenti die rustici quidam tanti viri necem miserati, collegerunt omnia frusta cadaveris s. Adalberti et in subiectam planitiem (ubi ad perpetuam rei memoriam ecclesia eius nomini sacra erecta visitur) comportarunt, ut sepelirent. Et ecce ineffabili quadam divinae providentiae vi venerandum martyris corpus praeter omnium opinionem redintegratum surgit, induit se sacris illis vestibus, in quibus paulo ante Domino Deo sacrificium missae obtulerat, sumit caput a corpore ferro praecisum ante pectus, eadem via, qua in Prussiam venerat, per terras, per aquas, praecedente lucida columna caelitus demissa, regreditur, atque inde ivit, multis sequentibus et rem cum admiratione spectantibus, 15 milliaria germanica ad capellam quandam ruralem penes fluvium Radunam, uno circiter milliario a Gedano, non procul a villa Prust sitam, nunc ad s Adalbertum nuncupatam. In ea ca-
p. 119 pella fuit altare formam arcae habens,*in illud igitur (mirabile dictu) seipsum una cum capite, multis adstantibus et admirantibus, recondidit iacuitque ibi sine honore totos 3 annos. Tribus post annis accidit, ut quidam vector Masovita Gedano proficiscens, penes dictam capellam ruralem (ut fit) sub dio pernoctaret. Ad eum venit s. Adalbertus, postulat, ut se Gnesnam in Poloniam veheret, iustum vecturae pretium se, ubi eo pervenerit, accepturum promittit indicatusque locum, ubi corpus eius iaceret. Promittit vector se, quod postularet, haud gravate facturum. Igitur cum diluxisset, corpus sancti martyris ex arca illa altaris acceptum, a corruptione integrum gratumque odorem spi-

rans, lodicibus involvit et in suum currum imponit, atque sic proficiscitur. Haec ille. Passus est gloriosus martyr Adalbertus anno Dni 997.

Prodiit recens codex diplomaticus Pomeraniae authore Friderico von Dreger typis Stettinensibus 1748, in quo no. CX. diploma invenitur sequens [1]): Hertzog Barnimus I. bestätiget seiner Mutter Miroslavae und seiner Mutter Schwester Ingardis privilegium, so sie dem Kloster S. Albrecht bey Dantzig über die Ioannis Kirche auf der Alt Stadt bey Colberg, und das Dorf Pretemin gegeben, ertheilet auch dem Kloster in seinem Lande die Zoll-Freüheit In Nomine Patris, Filii et Spiritus Sancti Amen. Ego Dominus Barnym, Dei gratia dux Slavorum, notum facio universis praesentibus et futuris. Quod ad petitionem domini Paulini, abbatis de Mogylna (a [2])), nostri fidelis capellani, et fratrum ipsius et maxime ob spem retributionis vitae aeternae, ut in ea recipi mereamur et in caelesti feliciter aeternaliterque una cum meis progenitoribus et dilecto fratre meo germano domino duce Vartis*lao p. 120
adscribi militia, renovavi eiusdem Mogyłnensis ecclesiae privilegium, quod mater nostra domina Myrosława conscribere taliter praecepit anno Domini 1222. Ego Myrosława domina terrae Slaviae post mortem domini mei Boguslai etc. Privilegium vero meae materteae, quod sic incipit: Ego Hyngardis, domina terrae Slaviae, relicta ducisKazimari etc. Tertium vero utrarumque dominarum studui in hac praesenti pagina plenius exprimere, quod sic incipit: Myroslawa et Hyngardis, Dei miseratione ductrices Slaviae, omnibus praesens scriptum cernentibus salutem in Domino. Quoniam Deo teste semper volumus ecclesiae Dei invigilare commodis et honori, incrementum domus Domini ampliantes, praedecessorum nostrorum nec non et nostra statuta volumus veritari. Sciat autem universorum discretio praesentium vel futurorum, qnod nos cum filiis nostris et ducibus Barnym et Wartizlao, libertatem ecclesiae ss. Ioannis Baptistae et Ioannis Evangelistae, quae est in Colberch (b), contulimus et ipsam ecclesiae in Mogylnam confirmamus. Quam oblationem et confirmationem ab universis et maxime nostris successoribus nec non castellanis, tribunis, iudicibus et caeteris officialibus Colbergensis civitatis volumus observari. Villam vero vocabulo Pretemyn (c) cum molendino ab omni debito et terrae nostrae iusta sive iniusta exactione volumus et firmiter statuimus absolutam. Quod si quis id statutum nostrum voluerit irritare, a gratia Dei Omnipotentis et a praesenti ecclesia alienetur ac cum iustis non scribatur, sed de libro vitae deleatur. — Ego vero dux Barnym modo in tempore confirmavi haec et ampliore mea donatione praedictum Mogylnense mo-

---

[1]) Dreger, Codex diplomaticus. Stettin 1748. I, 177.
[2]) Vide infra.

nasterium, cupiens habere in orationibus cottidianis in propitium, confirmo et confero eidem villae omnem libertatem
p. 121 praeter nostram publicam expeditionem et castri Colberch*reaedificationem solius. Concedimus itaque et haec eidem claustro, quod quotiescunque navigio vel curribus de Mogylna vel de Gdanzk ipsorum mercimonia fuerint in terra nostra, omni libertate ab omni exactione telonei. Eum, qui violare tentaverit, superiori vinculo adstringentes. Data anno Dni 1236 [1]. (a) Mogiła heißet ein Grabmahl, hier ist es zu verstehn von einem Grab oder Gedenckmahl des Heil. Alberti an der Radun unweit Danzig, welcher daselbst erschlagen seyn soll: weßhalb dabey ein kleiner Convent Pauliner-Geistlichen angelegt, die noch daselbst wohnen, und wird dieses Stifft S. Albrecht genannt. Daß Instrument de anno 1222 ist nicht weiter angeführet, mag bey dem nachherigen Verkauf des Guthes Prementin nicht mit extradiret, sondern beym Convent zu S. Albrecht geblieben seyn. — (b) Diese Kirche ist dem Kloster S. Albrecht oder Mogilna conferiret und untergeben. (c) Dieses Dorff lieget nahe bey Colberg, und hat mit zum Kloster S. Albrecht gehöret, ist aber hernach von demselben verkaufft worden.

Quamvis glossa haec in nonnullis a veritate aberret, certum nihilominus est, abbatem Mogilnensem quondam possedisse ecclesiam s. Adalberti ad Gedanum. De qua re clarius docet Damalevicius p. 225 [2]): Commoditati ecclesiae consulturus Geruardus (episcopus Vladislaviensis) commutationem cum abbate Mogilnensi iniit eique ac conventui decimam mensae suae in villa Siedlce in insula Saulow, Ostrow dicta, consistente, villae abbatiali Krzyte vicina, nec non census et proventus ad praeposituram * s. Adalberti ad quercum in terra Pomeraniae spectantes, videlicet in
p. 122 villis Rusocino, marcam monetae Polonicalis, Iu*nochowo et Iarczeszewo tres tentiones Ciemnaty, Lipcze, Gilowo, Bandzieszno, Recino, Bartlino dedit; abbas autem cum conventu episcopo de villa Bozeienice in terra Iunivladislaviensi, circa bona Sławsko consistente cessit iusque patronatus eidem ecclesiae s. Ioannis antiquae Vladislaviae cum naulo et teloneo attribuit Raciązii anno Domini 1315 in oratorio s. Urbani (*).

(*) Manifestum est superiorem, qui religiosis Benedictinis ex convente Mogiłnensi illuc missis praefuit,

---

[1]) cfr. Pommerellisches Urkundenbuch bearbeitet von Perlbach. Danzig 1882. p. 51.

[2]) Damalevicz, Vitae Vladisl. epp. l. c. p. 225.

praepositi charactere ab abbate insignitum fuisse, dein vero ecclesiasticos saeculares, qui dictis religiosis ad eandem ecclesiam successerunt, hunc titulum conservasse. Quando tamen et quibus de causis religiosi praefati ab hac ecclesia recesserunt, nullibi annotatum hactenus inveni. Crediderim vero id pro commutatione aeque bona quondam factum esse.

Praepositi saeculares:

1. Iacobus Weitman 1647 — 1652. Vide inter surrogatos no. 3 [1]).

2. Martinus Smigłewski 1675. Vide inter surrogatos no. 4 [2]).

3. Ioachim ab Hirtenberg Pastorius 1678 — 81. Vide inter officiales no. 25 [3]).

(*) Frater Petrus prior de Quercu: id est ad s. Adalbertum. Dreger pag. 62 tom. I [4]).

Hac nostra aetate ecclesiam s. Adalberti cum omnibus proventibus Illsmus ac Rmus DD. Constantinus Felicianus Szaniawski, episcopus Vladislaviensis et Pomeraniae, tradidit in possessionem perpetuam sacerdotibus Congregationis Missionis et excitato eleganti aedificio ibidem collegium erexit ac competentibus reditibus pro sacerdotibus sex providit.

* Parochia Prangoviensis.

p. 123

Parochia haec ab antiquo coniuncta est cum parochia Gedanensi Beatissimae Mariae Virginis adeoque qui Gedanenses, hi et Prangovienses parochi fuere, quos supra suo loco recenistos vide [5]). De hac re adest in archivo Cartusiae testimonium huiuscemodi: Ego frater Antonius Zieglerus, prior Cartusiae Paradisi

---

[1]) p. 101.
[2]) p. 101.
[3]) p. 95.
[4]) Dreger, Codex diplomaticus. Stettin 1748. I, 62. — In Borcii Echo sepulchrali commemorantur praeterea sequentes praepositi: Anno 1688 Georgius Rydelius. Anno 1690 Albertus Iosephus Korpalewski. Anno 1702 Perillris Rndus Dnus Ludovicus Iantoni.
[5]) p. 113.

Beatae Mariae Virginis, attestor bona fide et verbo sacerdotali tam ex propria, quam mihi subditorum certa scientia: ab immemorabili hominum memoria ecclesiam Prangoviensem uti coniunctam, tentam et possessam fuisse a dominis parochis Gedanensibus Beatae Mariae Virginis, videlicet a Perillri Dno Nicolao Kos, Adm. Rndo Dno Adamo Golinski, Adm. Rndo Dno Samuele Chrzanowski, Perillri Dno Matthaeo Iudicki, Adm. Rndo Dno Floriano Falk, Adm. Rndo Dno Laurentio Ludwigk a Demuth, moderno parocho Gedanensi, qui quidem dictam ecclesiam Prangoviensem a tempore, quo factus est parochus Gedanensis, pacifice et continuo possedit usque ad annum Domini 1665 diem 11. Iunii, quo quidam Rndus Dnus Rudzki dictam ecclesiam vespertino tempore ingressus est et se pro parocho gerit, licet tunc ibi pater Carmelita loco domini parochi Gedanensis resideret. Notitiam autem praemissam ideo habens indubitatam, quia subditi villae nostrae Bielkowo maioris ad dictam ecclesiam spectant ac eidem parochialia pendunt et universa sacramenta ab eadem recipiunt. Et quia constat ex registris et quietationibus, subditos nostros nulli alteri nisi parochis Gedanensibus pro tempore existentibus decimam aratralem dedisse. In quorum omnium fidem me propria subscripsi manu et consueto prioratus mei sigillo munivi. Datum in Cartusia. 11. Februarii anno 1666.

(Villae Bielkowo et Kohlbude patrum Cartusianorum alias antiquioribus temporibus, nempe ante haeresim in-
p. 124 valescentem in his terris, erant de gremio*parochiae Lübeloviensis. De qua re supersunt litterae huiuscemodi: In nomine Domini Amen. Noverint, quibus expedit, universi, quod cum pluribus elapsis annis dissensio de quibusdam solvendis decimis, videlicet de quatuor mansis Colbude dictis, inter Dnum Iordanum, plebanum de Lobelow, ex una et incolas villae Belkow parte ex altera vertebatur, tandem de consensu et speciali commissione Vnblis in Christo Patris ac DD. Stephani, episcopi Cholmensis, vicarii protunc generalis per Pomeraniam, ego frater Nicolaus, prior do-

mus Paradisi Beatae Mariae ordinis Cartusiensis, mediator et amicabilis compositor partium praedictarum, causam huiusmodi utriusque partis accedente consensu concordavi in hunc modum, quod videlicet incolae dictae villae Belkow loco decimarum, de quibus praemittitur, quinque scotos Prutenicalis monetae praefato domino plebano et suis successoribus singulis annuatim ad festum s. Martini episcopi perpetuo solvere tenebuntur. Eosdem quoque quinque scotos scultetus una cum consulibus praedictae villae debebunt singulis annis memorato plebano ac successoribus suis praesentare. Omnibus autem aliis damnis et expensis hinc inde habitis et exortis equatis amicabiliter et sopitis. In cuius rei testimonium praesentes litteras duplicare decrevimus, quarum unam retinuit dominus plebanus praefatus pro se, aliam vero incolae villae supradictae, cum appensione sigillorum mei ac etiam dicti domini plebani communitas. Datum in villa Belkow sabbatho, die proximo post festum Exaltationis s. Crucis anno Domini 1413).

Penes ecclesiam Prangoviensem habet Rmus parochus Gedanensis amplum latifundium, in quo est silva nobilis, praedium cum casis hortulanorum, Popowka appellatum, item Prangoviam inferiorem cum agris, molendino, taberna. Intra hanc parochiam sunt ecclesiae, nimirum Prangoviae ss. Corporis Christi, in p. 125
Zulawka Salau*tituli s. Margarethae virginis et martyris (ad quam sunt etiam mansi aliquot parochiales, qui fidem faciunt, hanc distinctam quondam parochiam extitisse), tertiam in Czapielsko tituli s. Nicolai. Insuper in aula Czapelscensi est capella domestica ad usum patrum Societatis Iesu ac in aula Bielkowko ad usum patrum Dominicanorum. Modernus Rndus dominus commendarius Iacobus Dismas Szulc tenet etiam ad tempus parochiam Nierosinensem Meister=wald, quae alias est decanatus Dirsaviensis.

Parochiani:

Prangowo dolny. *Popowko.*	Bona Rmi parochi Gedanensis.

Prangowo gorny *Ostroszko.*	Birgittanorum.
Bielkowko mały. *Studzynski młyn.* *Hamer mało Biek.*	Patrum Dominicanorum.
Czepelsko. *Stangewald.* *Sommerkov gorny.* *Somerkov dolny.* *Rybio-hutta.* *Kremka.* *Nikla.* *Naydan.* *Marszewy.*	Patrum Soc. Iesu.
Bielkowo maius. *Kohlbude superior.*	Patrum Cartusianorum.
Wartzsch. *Malęczyn.*	Hospitalis Gedan.
Zuławka. *Zabionka taberna.* *Kleszczewo.* *Zaskoczyn.* *Choiowka taberna.*	Mgfici Trębecki.
Lisewo	Nblis de Linda.
Buszkowo dolny. *Buszkowo gorny.* *Rąbiska.* *Wybichowo.*	Nblis Borkman.
Domachowo	Nblis Wysiecki.
Cierzniewo	Nbis Owidzki.
Gaszyn	Comitis Finkenstein.
Bąkowo. *Gołębkowo.*	Nblis Szwarcwald.

* Praepositura Zukoviensis.

p. 126

De erectione ecclesiae superioris tituli s. Ioannis Baptistae in Zukowo, quantum scio, nullae extant litterae [1]), nec ulli ad eandem deputati sunt mansi. De ecclesia vero Reinfeldensi tituli s. Ioannis Evangelistae archivum Zukoviense servat diploma primae erectionis factae per Ratiborium ducem Pomeraniae 1210. In quo praeter alia habentur haec: Ecclesiam in Reinfeld tituli s. Ioannis Evangelistae perpetuis temporibus incorporamus ecclesiae parochiae Zukoviensis tituli s. Ioannis Baptistae, tamquam filialem. Unde liquet, fundationem ecclesiae Zukoviensis omnino praecessisse Reinfeldensis, cum hanc illi utpote iam fundatae, Ratiborius dux Pomeraniae, fundator ecclesiae Reinfeldensis, anno Domini 1210 incorporavit ecclesiam. Diploma istud non vidi, nec legi. Relata refero.

A prima erectione ecclesiarum praefatarum per ordinem successionis recensere praepositos earundem, haud possibille est ob defectum documentorum; sed neque continuatim ibidem praepositos fuisse, docet commissio episcopalis de anno 1601, in qua Dnus Gregorius Blędowski, eius temporis praepositus, coram dominis commissariis asserit, quod a 120 annis Zukovia plerumque praepositis destituta fuisset raroque praepositum habuisset. In Menologio Zukoviensi inveniuntur sine anno sequentes [2]):

Dominus Andreas [3]) 5. Iunii.
„ Andreas 8. Augusti.
„ Boguslaus 27. Aprilis.
„ Calixtus 6. Octobris.
„ Daniel 31 Iulii.
„ Gzdeslaus 13. Februarii.

---

[1]) cfr. Visitationes archidiaconatus Pomeraniae Hier. Rozrażewski factae: Towarzystwo Naukowe w Toruniu: Fontes I, 213; Stenzel, Probostwo poklasztorne w Zukowie. Gdańsk 1892 p. 4; Hirsch, Pommerll. Studien: Neue Preuss. Prov. Blätter andere Folge. Bd. III. 1853. S. 1 ff.

[2]) cfr. Monumenta Polon. hist. IV,142; Perlbach, Das Totenbuch des Prämonstratenserinnen-Klosters Zuckau. Danzig 1906.

[3]) Addendum: obiit.

Dominus Guilhelmus 27. Augusti.
„ Guilhelmus 17. Septembris.
„ Henricus Salemon 17. Ianuarii.
„ Iacobus 29. Aprilis.
„ Iacobus 16. Septembris.
„ Ioannes Wantha 22. Februarii.
„ Ioannes 22 Martii.
„ Ioannes 4. Iulii.
„ Ioannes 7. Iunii.
„ Ioannes 31. Iulii.
„ Ioannes Cruceborg 25. Octobris.
„ Ioannes Blumingk 27. Novembris.
„ Leonardus 26. Aprilis.
„ Nicolaus 27. Martii.
„ Nicolaus 13. Maii.
p. 127 * „ Nicolaus 3. Decembris.
„ Paulus 1. Iunii.
„ Petrus 29. Iunii.
„ Sigismundus 30. Septembris.
„ Sebastianus 15. Iunii.
„ Theodoricus 11. Augusti.
„ Matthias Parvus.

In actis vero commemorantur sequentes: Dominus Nicolaus 1360. Privilegium Zukoviense.

Dominus Daniel: 1414 et 1418. Gdingensia, Oslaninensia [1]).

Dominus Ioannes Kuver vel Knauer 1443, idem adhuc 1446 Smantov.

Dominus Nicolaus Boytin 1483 Smantov.
alter iam fuit 1486

Dominus Laurentius Laubam 1531. Messalia.

Dominus Ioannes Collete 1531. Messalia.
„ Gaspar de Haymb 1532.
„ Ioannes Lamzbert 1535.
„ Blasius 1554. Privilegium Sigismundi [2]).

---

[1]) i. e. a. Acta super bona Gdingem, Oslanin, Smantov cfr. Georgii Schwengel, Apparatus ad annales Cartusiae Paradisi B. M. V: I, 195 sqq.

[2]) Hoc documentum cum inscriptione « Rex confirmat iura privilegia etc. monasteriorum Pomeraniae 1554 » invenitur in

Dominus Fabianus Schwartz 1557. Mezewo.
" Ioannes Wintzigk 1564 B. 30 [1]). Hucusque omnes praepositi religiosi Praemonstracenses.

Saeculares: 1. Dominus Georgius ab Eden, Colberga Pomeranus, primum capellanus Zukoviensis 1530 (uti se subscripsit registro messalium), deinde praepositus ibidem ac officialis Gedanensis ab anno 1568 usque 1578. Obiit 6. Iulii 1578. Vide supra officiales no. 13 [2]).

2. Dominus Georgius a Widstok de armis Leliwa 1579. Acta Borcz [3]). Idem 1580 in actis Czapel et Smolzin se subscripsit: Georgius Wysocki. Hic anno 1583 sub actu visitationis et reformationis conventus Zukoviensis per Illsmum ac Rmum DD. Hieronymum comitem a Rozrazow, episcopum loci ordinarium, expedito, privatus fuit dignitate praepositi [4]), suffecto in locum ipsius domino Benedicto Gorynski. Unde postea graves motus orti, ita quod ordo equestris terrarum Prussiae in conventu generali Mariaeburgi die 20 Decembris 1584 celebrato fortiter urserit, ut ille tanquam indigena reimponeretur, hic vero intrusus, quod esset Polonus (ita nam reclamabatur) eliminaretur. Ita Lengnich pag. 448 anni 1584 [5]).

3. Dominus Benedictus Gorynski, canonicus Posnaniensis, institutus 1583, ut paulo ante*dictum est. p. 128
Hic postmodum ordinem Praemonstracensium amplexus, disciplinam regularem Zukoviae plurimum promovit ac bona conventus istius alienata ab iniquis possessoribus plerumque vindicavit. Vir erat zeli apostolici, iuris pontificii bene gnarus, quo proinde in expediendis negotiis ecclesiasticis Illmus episcopus

---

Georgii Schwengel Apparatu ad annales Cartusiae Paradisi B. M. V. II, 165.

[1]) cfr. p. 49 not. 7.

[2]) p. 92.

[3]) i. e. acta Cartusiae spectantia ad villam Borcz.

[4]) cfr. Monum. histor. dioeceseos Wladislaviensis. Wladislaviae. 1887. VII, 40.

[5]) Lengnich, Gesch. der preuss. Lande. Dantzig 1724. a. 1584 p. 448.

Rozrazevius crebro utebatur, et praeter alia illum una cum Rmo Davide Konarski, abbate Olivensi, Gedanum miserat pro requirenda mulcta a rege decreta 100000 florenorum, eo quod restituere noluerint episcopo [1]) ecclesiam parochialem Beatae Mariae Virginis. Obiit vir hic insignis 15. Februarii 1600 sexto die post mortem gloriosi praesulis Rozrazevii, qui Romae 9. Februarii 1600 obierat. Apparet autem Gorynscium ante mortem alibi promotum fuisse ex sequentibus.

4. 1594 die 18. Iunii obiit Rndus Dominus Martinus Pysdrensis, confessarius Zukoviensis, qui Cartusiae donavit multos libros. Liber benefactorum Cartusiae. An vero hic simul praepositum aut saltem commendarium ad s. Ioannem egerit, annotatum non est, facile tamen crediderim.

5. Dominus Gregorius Blędowski, ordinis Praemonstracensium, praepositus Zukoviensis annis saltem 1596 – 1597 usque 1602. Acta Cartusiae. Obiit 29. Octobris 1632. Menologium Zukoviense [2]).

6. Dominus Alexander Wskrzynski, ordinis Praemonstracensium, venit Zukoviam pro praeposito in octava Corporis Christi 5. Iunii 1603, confirmatus dein 4. Martii 1604, praefuit ecclesiae s. Ioannis et monasterio Zukoviensi annis 29 et obiit 8. Septembris 1632. Sub hoc praeposito ecclesia s. Ioannis ab Hussitis 1433 combusta, postquam ducentis prope annis in cineribus iacuisset, tandem de novo ex lateribus coctis assurrexit.

7. Dominus Andreas Swinecki, ordinis Praemonstracensium, ultimus praepositus, electus 2. Martii 1633. Vir hic potiora bona monasterii sibi usurpabat. Villas 3 ad mare Obłuze, Oxive et Pogorze (nihil iurisdictionis nec utilitatis in illis sanctimonialibus concedens), item piscationem in mari cum omni fructu sibi non conventui deberi contendebat. Causas omnes ipse
p. 129 iudicandas*assumpsit atque omnes mulctas sibi attribuit. Praedium Mezowo et villam Dzierządno a Ferbero, proconsule Gedanensi, olim erectam, deinde a

[1]) cfr. Hartknoch, Preussische Kirchen-Historia. Franckfurt 1686. III, 5. p. 764.

[2]) Perlbach l. c. p. 67.

Gorynski praeposito monasterio vindicatam sibi appropriavit et quidem silvas Dzierząznenses tam rigide, ut ex iis ne quidem ligna ad focum monialibus concederet. Item praedia Lipowiec, Smętowo et Kossy villam monialibus ademit. Stagno Mezoviensem, Dzierząznensem, Karlikoviensem, Reskoviensem, Korszkunensem, villas Luzyno, Zamblewo, Ręboszewo, Zawory et Chmielno praepositis data fuisse contendebat. Post bellum Svecicum octo mansos in Zukowo sibi attribuit, prout super haec omnia testes 17 iurarunt in Vnbli consistorio Gedanensi coram Rmo Laurentio Ludwigk a Demuth officiali die 1. Iulii 1661. Breviter omnia complectendo: volebat dominus Swinecki Zukoviensem fundationem factam fuisse pro fratribus, non pro monialibus probare; in quem finem produxit privilegium Swantopelcianum sub die 8. kalendas Maii 1209 datum, sed confictum a Christophoro Ianikowski iurisperito (1647 die 30. Augusti a Gedanensibus tanquam falsario occiso), pro quo obsequio eidem Ianikovio usumfructum unius villae dedit ac tum pecuniis tum patrocinio egregie illum fovit cum eoque familiarissime vixit. His machinationibus eo adegit monasterium, ut Vnblis Anna Zakrzewska priorissa iugum illud excussura, ad s. sedem apostolicam recurrere 1659 necesse habuerit et exemptionem a iurisdictione ordinis procurare, quae tandem ad instantiam Serenissimi Michaelis, regis Poloniae, effectum sortita est sub Vnbli Catharina Kostczanka priorissa. Obiit dominus Andreas Swinecki, ultimus praepositus ex ordine Praemonstratensium, die 6. Maii 1660.

Post cuius fata moniales alium ex ordine suo praepositum vel poenitentiarium nec eligere, nec oblatum acceptare voluerunt, sed solos patres Iesuitas ex Schotlandia adhibebant. Unde lis maxima et contradictio inter visitatores ordinis Nicolaum Iaskolski, praepositum Strzelnensem, et moni*ales Zukovienses orta est, p. 130
quam quidem Matthaeus, abbas Vratislaviensis ad s. Vincentium, audivit eo crevisse, ut nuntio apostolico et regi Poloniae Ioanni Casimiro supplicatum fuerit, sed siquidem nullus ad abbatem vicegeneralem

Vratislaviensem recursus factus est, ideo praedictus abbas scripsit Zukoviam sub die 28. Martii 1662, ut ei puncta offensae suae scriberent. Quin ipse quoque crescente lite Zukoviam descendere voluit pro examine et visitatione instituenda 1684. Sed episcopus Madalinski, loci ordinarius, eodem anno datis litteris ex Schotlandia inhibuit monialibus sub poena 300 aureorum Ungaricalium, ne ullo modo concederent Matthaeo, abbati Vratislaviensi, visitationem bonorum vel exercitium alicuius iurisdictionis intra vel extra monasterium, eo quod essent exemptae et immediate sedi apostolicae subiectae. Hos itaque praepositos regulares abinde secuti sunt commendarii perpetui ad ecclesiam s. Ioannis de clero saeculari.

8. Laurentius Ludwigk a Demuth officialis Gedanensis ab anno 1660 die 6. Maii usque ad annum 1661, quo officium commendarii resignavit.

9. Nicolaus Sosnowicz (hactenus commendarius Goręczynensis a die 24. Iunii 1658 usque ad mensem Maium 1661 teste metrica ecclesiae eiusdem). Vir maximum venerabilis, provisus de poenitentiaria ad monasterium et commendam ad s. Ioannem a nuntio apostolico. Venit Zukoviam 1661 atque die 21. Maii primum infantem ad s. Ioannem baptizavit perseveravitque in hís functionibus (accedente demum et dignitate surrogatiali Gedanensi) annis 23 et mensibus 3 in sanctitate et iustitia, nullam pro servitio suo ad monasterium pensionem accipiens. Obiit vir pietate eximiisque virtutibus et doctrina decorus atque meritis plenus die 16. Augusti 1684 Gedani in aedibus patrum Cartusianorum (ne desineret et Cartusiensibus esse charus) apud patremfamilias eorundem Christo-
p. 131 phorum*Otto (cui praedixerat ipsum Zukoviae sepeliendum, quod et verificatum est, nam anno 1686 die 7. Ianuarii in eadem crypta, ubi corpus Vnblis Nicolai depositum fuerat, et ille Otto sepultus est), Zukoviam corpus delatum, ibidem honorifice sepultum est, quod nunc usque incorruptum iacet. Vita viri huius piissimi typis impressa versibus Polonicis habetur. Niesiecki [1]) de eodem fuse scribit.

[1]) Niesiecki-Bobrowicz VIII, 463.

10. Ioannes Leydingk Regiomontanus ex Lutheranismo conversus, qui 1673 die 15. Octobris Zukoviam venit vicariumque sub Vnbli Sosnowicz egit multa cum laude, unde post piissimum obitum Vnblis Nicolai unanimi virginum calculo in poenitentiarium electus et de ecclesia s. Ioannis provisus est. Egit et hic aliquanto tempore surrogatum Gedanensem. Vir magnarum virtutum et exemplaris vitae, aetate et morbis fractus obiit in Domino die 19. Ianuarii 1720.

11. Michael Rzepczynski. Hic cum 16 annis vicarium Zukoviae laudabiliter egisset, tandem volente domina Marianna Czapska priorissa ad poenitentiariam et commendam ibidem post mortem Rmi Dni Ioannis Leydingk promotus est, peractisque in hoc munere annis 24 cum maxima laude diem extremum clausit 31. Octobris 1744. Post cuius mortem commendariatus vacavit (supplentibus interim reverendis vicariis) anno 1, mensibus 3 et diebus 19.

12. Michael Gamratowski, hactenus parochus Pinczynensis, institutus ab Illsmo loci ordinario poenitentiarius et commendarius, qui Zukoviam venit die 19. Februarii 1746.

Parochiani Zukovienses:

1. *Zukowo inferior* et *superior* cum molendino frumentarto, papyraceo ac serratili habet universim domos 54.
2. *Ottomino:* praedium et domus 4.
*3. *Ovile Ottominense:* 1 domus.
4. *Glyncz vetus:* praedium et 4 domus.
5. *Borkowo:* aulae 2 et 12 domus.
6. *Borowo Karczma:* 1 taberna.
7. *Dzierzązno:* 11 domus.
8. *Mezowo:* aula et 3 domus.
9. *Koza Karczma:* 1 taberna.
10. *Cegielnia stara:* 1 domus.

} Bona conventus Zukoviensis. p. 132

11. *Efrem:* 1 domus. 12. *Burchactwo:* 1 domus. 13. *Hammer Borkowski:* 2 domus, habiatationes 4. 14. *Babidol:* 1 taberna et domus silvani. 15. *Rembiechowo:* coloni 6, taberna 1. 16. *Cegielnia nowa pod Lniskami*: 1 domus. 17. *Taberna Zukoviensis* w *Lniskach:* 1 domus.	Bona conventus Zukoviensis.
1. *Ottominko, Sulminko:* aula et 12 domus. 2. *Babi Skok:* 1 domus ad viam. 3. *Rębowo* za Ottominkiem.	Bona Dni Schwartzwald.
1. *Lniska:* praedium, 2 tabernae et 13 domus. 2. *Pępowo:* praedium et 13 domus. 3. *Ovile Pępoviense:* 1 domus. 4. *Ovile Lezenkense:* 5. *Wilczy Młyn*: 6. *Lezno:* coloni 11, taberna 1. 7. *Lezenko:* arx et 10 domus.	Comitatus Lezenko.
1. *Rheinfeld:* ubi templum Lutheranum, aula et domus multae. 2. *Lichtenfeld:* aula et 5 domus. 3. *Hasenberg:* 1 colonus. 4. Kühnen Krug: 1 domus. 5. *Molendinum Reinfeldense:* 1 domus.	Bona baronis Golcz.
1. *Tokary:* aula et 17 domus. 2. *Czeczawa:* 4 domus et 2 tabernae. 3. *Kczewo:* aula et 11 domus.	Bona Magnifici Dni Kczewski capitanei Starogard.
1. *Mniszewo:* 10 domus et 2 tabernae. 2. *Glyncz* nobilium: 9 domus.	Bona terrestria.

3. *Skrzeszewo:* aulae 3, domus 23. 4. *Pikarnia:* aula, 1 taberna, 6 domus.	Bona terrestria.
1. *Niestępowo:* aula, molendinum et domus 17. 2. *Richtowo* Eulen Krug: 1 domus.	Bona Mgfci Dni Wolski.
1. *Malkowo:* aula et 10 casae. 2. *Sitno:* praedium et 2 casae.	Bona Cartusiae.

Ludzka prawda: 1 domus.

1. *Lapin:* 2. *Widlino:*	Bona hospitalis Gedanensis.

**Dedicatio ecclesiae Zukoviensis.* Damalevicz p. 250[1]: p. 133
Sbylutus, episcopus Vladislaviensis XXIII, (qui cathedram hanc insedit ab anno 1366 usque 1383) ecclesiam Zukoviensem consecravit, in cuius dedicatione, cum non iusto honore et urbanitate fuisset exceptus, praepositum graviter officii admonuit negligentiamque ipsius in administratione sacramentorum seria reprehensione corripuit. — (Dedicationem hanc, ecclesiae s. Ioannis Bapistae intelligi debere, aestimo; nam ecclesiam conventualem tamdiu, nempe a prima fundatione 1209 usque ad annum 1366 et ultra stetisse absque consecratione, dicere vetat ratio).

Capellani et vicarii Zukovienses. Parochiae Zukoviensi peramplae, tum et laboribus sacris circa ecclesiam conventualem ibidem sacerdotem unum non sufficere, menti harum rerum consciae cito occurret. Olim a primaevo fundationis (1209) usque ad annum 1661 duo ad minus religiosi presbyteri Rndo praeposito semper adiuncti fuere ad praestandas operas in vinea Domini. Ab anno 1661 usque modo iisdem piis laboribus desudant praeter Rndum praepositum bini sacerdotes saeculares. Quorum nomina ad numerum revocantur:

Religiosi:

1414 Pater Magnus. 1564 Pater Ioannes Prauserus.	Acta Cartusiae.

[1]) Damalevicz, Vitae Vladisl. epp. l. c. p. 250.

1583 Pater Ioannes Bart professus Vratislaviensis.

1583 a Rmo Rozrazewio instituti vicarii duo de saeculari clero, nempe Rndus Matthias Walterus, canonicus Vendensis, et Rndus Vicentius.

1591 Pater Iacobus Galinensis.

1594 obiit pater Martinus Pysdrensis, de quo inter praepositos numero 4 dixi [1]).

1632 a 4. Iulii pater Iacobus Odrowski.

1633 usque 1639 pater Bartholomaeus Kozlowski.

1634 Pater Stanislaus Cioskovius.

1633 Pater Andreas Swinecki, dein praepositus.

p. 134 *1634 a 7. Ianuarii pater Christophorus Spławski.

1635 — 1637 Pater Iacobus Celinski.

1638 — 1640 Pater Nicolaus Czachowski, dein confessarius virginum.

1640 — 1643 Pater Thomas.

1641 — 1647 Pater Iacobus Sandecki alias professus Sandecensis.

1645 Pater Thomas Narcissus Wrzesinski, concionator, dein confessarius virginum.

1646 Pater Albertus Buscensis.

1648 Pater Adalbertus Rychłowicz, obiit 22. Ianuarii 1657.

1650 Pater Iacobus Bociankowicz, professus Sandecensis, obiit 6. Decembris 1653.

1652 die 3. Martii pater Adamus Olivensis.

1652 die 20. Maii pater Adamus Foltinowicz.

1654 Pater Matthaeus Miroszewski, obiit 20. Iunii 1657.

1652 Pater Andreas Rodzaiewski, qui abire iussus 1661.

..... obiit 21. Octobris pater Nicolaus, sacerdos et praedicator.

Saeculares:

Hi praeter mensam honestam percipiunt pensionem annuam a domina priorissa huiuscemodi: Xięza biorą odemnie (a priorissa) florenow 100 kazdy, 2 koszule, 6 chustek, 12 kolnierzykow, 2 pary zarękaw-

---

[1]) p. 132.

kow. Praczkę ia podeymuię, accidensa wszystkie ci dway księza biorą.

1. Adamus Trąbczynski natus 1600 in dioecesi Posnaniensi, qui finitis studiis theologiae ibidem ordinatus est titulo capellaniae in Lwowek. Inde 1644 ab Alexandro de Bnin Opalinski praesentatus ad ecclesiam Bukowiecensem. Zukoviam venit 1661 simul cum Vnbli Nicolao Sosnowicz die 21. Maii transactisque ibidem 16 annis, obiit 17. Iulii 1677.

2. Ioannes Georgius Leydingk, natus circa 1650 Regiomonti parentibus Lutheranis, dein factus catholicus, in alumnatu pontificio Brunsbergae educatus, 1673 die s. Iacobi apostoli presbyter ordinatus, 6. Augusti ibidem celebravit primitias. Eodem anno Zukoviam veniens 15. Octobris primum infantem baptizavit annisque 9 in vicariatu exactis, post mortem Vnblis Nicolai Sosnowicz 1682 omnium votis in poenitentiarium ibidem adoptatus est.

*3. Ioannes Zgierzynski, qui studiis theologiae p. 135
Brunsbergae (in seminario constitutus) absolutis, ordinatus prebyter Zukoviam venit 1680 die 6. Februarii. Idem 1681 ad finem Februarii Zukovia transiit ad ecclesiam Piniązkoviensem, ubi quinquennio parochia administrata, deinde promotus est ad ecclesiam Lusinensem iurispatronatus Zukoviensis, ubi demum 23. Martii 1700 mortuus, Zukoviae vero sepultus est. Huius soror Elisabeth in conventu Zukoviensi 1668 induta, 1670 professa, 1686 mortua est. Soror altera Anna nupserat Georgio Firks vicecolonello.

4. Michael Sosnowicz, frater Vnblis Nicolai poenitentiarii, Zukoviae initia laborum posuit 4. Martii 1680. Peracto ibidem triennio, promotus est ad parochiam Mistembergensem et Cimsdorfensem in dioecesi Pomesaniensi. Obiit 29. Aprilis 1686.

5. Ioannes Kwalkowski legitur in metrica 20. Aprilis 1681, sed illico migravit.

6. Stanislaus Polędkowski post studia theologiae Brunsbergae absoluta, vicarius Zukoviensis factus 12. Iulii 1682, perseverans ibidem usque ad 9. Aprilis 1690, migravit alio.

7. Christianus Besztel functus vicariatu Zukoviensi a 31. Octobris 1683 usque ad 1. Iulii 1685, factus deinde parochus Sierakovicensis, mortuus est 9. Ianuarii 1692.

8. Thomas Woydowicz vicarius a 5. Iulii 1688 usque ad 5. Martii 1690 et abiit.

9. Petrus Zander, natus Brunsbergae circa 1664 patre Michaele, matre Dorothea, absolutis ibidem studiis theologiae ordinatus presbyter, Zukoviam venit 21. Novembris 1688. Exactis ibidem in vicariatu 16 annis, mortuus 13. Aprilis 1704 et sepultus est.

10. Georgius Bryswic, Thorunensis, ex seminario Culmensi Zukoviam venit 23. Iulii 1690, ibidem vicarium agens usque ad 20. Aprilis 1692 factus est commendarius Goręczynensis iurispatronatus Cartusiae, ubi tandem obiit 23. Martii 1697.

11. Ioannes Blank, qui ex seminario Culmensi ad commendam Goręczynensem 1662 promotus, cum lingua Polonica ignarus esset, commutavit id beneficium cum consensu Vnblis consistorii Gedanensis et bona voluntate patronorum ecclesiae pro vicariatu Zu-
p. 136 koviensi*cum antedicto domino Bryswicz. Sed et Zukovia expleto anno 13. Septembris 1693 abivit.

12. Ioannes Georgius Preuss, Schotlandensis, quondam sanctissimi domini nostri alumnus Brunsbergae [1]), expletis studiis presbyter ordinatus, mox capellanus Pucensis 1692 factus est. Anno demum 1694 Zukoviam perveniens, 17. Octobris labores exorsus est, sed ob inertiam, cum concionandi laborem summopere fugeret, 24. Novembris 1697 Zukovia ad parentes suos in Schotlandia cum rebus suis avectus est.

13. Martinus Serafinski venit Zukoviam 1698 in Augusto, vir pingendi peritus, in ecclesia s. Ioannis parietes, scamna, chorum et ambonam pinxit. Transactis annis sex Zukoviae 3. Martii 1704 alio se contulit.

---

[1]) Quod seminarium anno 1578 a Gregorio XIII papa Brunsbergiae erectum erat, ut in ipso clerici educarentur atque instituerentur, qui praecipue religioni catholicae in Suecia, immo in tota regione septentrionali restituendae operam darent. cfr. Benrath, Die Ansiedelung der Iesuiten in Braunsberg. Zeitsch. d. Westpr. Gesch. — Ver. 1899. Heft 40. S. 30.

14. Michael Ioannes Rzepczynski, in villa Lubiechowo parochiae Zarnovecensis patre Ioanne, matre Catharina Iakubowiczowna natus 1675, baptizatus Zarnoveci 15. Decembris, minores scholas Schotlandiae, superiores Brunsbergae, sanctissimi domini nostri alumnus, tractavit. Presbyter ordinatus 7. Iunii 1703, Leoburgum pro capellano missus est, inde anno sequente Zukoviam evocatus, 4. Maii labores cepit. Annis 16 in vicariatu transactis, dignus visus est in poenitentiarium promoveri, uti supra inter praepositos numero 11 [1]) dictum est.

15. Ioachimus Gönner, Regiomontanus, sanctissimi domini nostri alumnus Brunsbergae. Zukoviam venit 14. Septembris 1704 perseveravitque ibidem in vicariatu usque ad 3. Ianuarii 1712. Grassante peste in parochia Zukoviensi a 18. Augusti 1709 usque ad 4. Ianuarii 1710 se victimam obtulit et peste infectis christiana caritate inservivit. Anno 1712 Zukovia recedens typis dedit librum controversum: Daß Lutherische Fegfeuer [2]), promotus iam ad praeposituram cathedralem et officialatum Livoniae ab Illsmo Christophoro Antonio Szembek pro tempore episcopo Livoniae. Anno 1744 adhuc superstes fuit vir doctissimus.

16. Andreas Bahr, Varmiensis, vir proceri corporis, vicarium Zukoviensem egit annos 3 a 20. Aprilis 1712 ad 30 Martii 1715 et alio migravit.

17. Andreas Bartochowski, olim monachus professus et iam coadiutor abba*tiae cuiusdam in Polonia p. 137
ordinis s. Benedicti, brevi desertor suae religionis clericum saecularem induit. Dein conscientiae remorsu agitatus transgressum ad patres Cartusianos quaesivit et 1715 per recommendationem Perillris Domini Andreae Corsz, officialis Gedanensis, in Cartusia Paradisi Beatae Mariae Virginis pro novitio admissus est. Sed postquam patribus Cartusianis innotuisset illum al-

---

[1]) p. 135.

[2]) Lutherisches Fegfeuer, welches die Lutheraner biss dato als ein besonder Secretum unter Ihren Glaubens Geheymnüssen verborgen und verdecket gehalten, entdecket und an Tages-Liecht gebracht durch I. G. Braunsberg 1712.

terius ordinis desertorem esse, post menses 3 ex novitiatu dimissus est. Transivit demum ad patres Reformatos, ordinis s. Francisci, et cum iam menses 9 Weyheropoli novitium egisset, tandem eiectus est. Misertus illius Perillris Dominus Corsz promovit abinde ad vicariatum Zukoviensem eundem, in quo munere stetit a 3. Aprilis 1718 usque ad 2. Februarii 1719, postea Zarnovecum ad idem munus exercendum, inde rursum Leoburgum translatus, ubi brevi errores Calvini amplexus et in ulteriorem Pomeraniam concedens, tandem scenam vitae huius miserrime clausit.

18. Ioannes Kulewski ex vicario Zarnovecensi factus vicarius Zukoviensis, ubi a 6. Februarii 1719 usque ad 10. Octobris 1723 officio perfungens, abire iussus est, eo quod monitus semel, secundo, non cessaret a crebra cum sanctimonialibus ad crates collocutione. Abinde sortitus parochiam w Kwilczu in dioecesi Posnaniensi, ad quam anno 1748 adhuc sedebat.

19. Ignatius Bielecki vicarius Zukoviensis a 31. Novembris 1719 usque ad 21. Augusti 1726. Abinde commoratus apud consobrinum suum Rndum Ioannem Węgierski, parochum Goręczynensem, per annum, demum 1727 ad parochiam Iadamoviensem promotus est, ubi per triennium agens, cum patronum ecclesiae Magfcum Klinski minus sibi faventem experiretur, reddito calculo coram commissariis Pinczynum se transtulit, ubi inter sacros labores unum oculum amittens, demum 1734 obiit, rebus suis omnibus per testamentum conventui Dirszaviensi ordinis Praedicatorum adscriptis.

20. Adamus Milewski natus 1695 Chmelnae. Qui absolutis theologiae studiis Schotlandiae, presbyter ordinatus, Zukoviam venit 11. Iunii 1724, ibidem an-
p. 138 nis 8*vicariatu summa cum laude fungens, tandem ad ecclesiam Chmełnensem pro parocho a Vnbli conventu Zukoviensi praesentatus ac a Rmo officiali Gedanensi institutus est 1732. Vivit incolumis 1749 pius ecclesiastes.

21. Michael Wiechowicz ex secretario Vnblis capituli Culmensis factus vicarius Zukoviensis, stetit in

hac functione ab 11. Novembris 1726 usque ad 13. Aprilis 1727, et amotus est. Vir inquietus.

22. Ioannes Nitcz, Weyheropolitanus, vir doctus, in conversatione iucundus, vicarius Zukoviensis a 25. Augusti 1727. Mortuo Rndo Schlesiger, parocho Oxivensi, illi a Vnbli priorissa et conventu declarata fuit praesentatio ad parochiam praefatam; sed paulo post mutata sententia praesentationis litterae datae sunt Rndo Petro Sikorski. Iniuriam sibi per id factam reputans aegrotari coepit valedicensque Zukoviae 25. Februarii 1731, Weyheropolim ad consanguineos se contulit, ibidem lento morbo consumptus obiit 12. Iulii 1731.

23. Ioannes Pałubicki, Borkoviae natus, provisus vicarius cathedralis Vladislaviensis ibidemque concionator festivalis, a venerabilibus virginibus cognatis Zukoviam evocatus, possessionem accepit 1. Martii 1731; sed ob adventum provisi ibidem vicarii Rndi Michaelis Rzepczynski iunioris Kielnam 1732 se transtulit, ubi vicarium agens biennio, 18. Octobris 1734 mortuus est.

24. Michael Rzepczynski iunior natus Schotlandiae 10. Aprilis 1708. Provisus vicariatu Zukoviensi ad effectum consequendorum ordinum. Presbyter ordinatus 28. Octobris 1732 illico Zukoviam venit et die s. Catharinae virginis et martyris ibidem primitias celebravit, assistentibus duobus patruis Michaele, poenitentiario Zukoviensi, et Matthia, decano Mirachoviensi et parocho Lusinensi, 1749 adhuc in eadem functione constitutus.

25. Ioannes Orlowski natus in Mevensi capitaneatu. Presbyter ordinatus 28. Iunii 1732 contulit se ad collegiatam Crusviciensem suae provisionis. Inde evocatus Zukoviam, 8. Octobris 1733 possessionem accepit ac per decennium *cum laude vicarium egit; demum p. 139
ex inordinatis studiis a recta ratione aberrare cepit, unde per dispositionem illustrissimi loci ordinarii ad cathedralem ecclesiam missus est pro psalterista. Vir pius et doctus hodie adhuc 1749 superstes.

26. Ioannes Godefridus Bork, huius elenchi author, natus Schotlandiae 1717 patre Daniele per tem-

pus Lutherano, baptizatus in templo Petershagensi ab Henrico Kieltz, praedicante Lutherano. Sed Deus, qui vas istud elegit ad sui gloriam depraedicandam, occasionem praebuit singularem, unde parens ipsius eiurata haeresi, ad gremium sacrosanctae ecclesiae catholicae accederet, ipsemet filius a matre catholica sollicite educatus et tempestive patribus Societatis Iesu ad erudiendum traditus est. Absolutis studiis theologiae, praevia inscriptione provisionis pro vicario ecclesiae Bernensis, presbyter ordinatus est 18. Iunii 1741. Primitiis Bernae 9. Iulii celebratis, ibidem vicarius perseveravit usque ad 11. Martii 1744. Demum accedente mandato illustrissimi loci ordinarii Zukoviam ad idem munus exercendum translatus est. Nuncusque (1749) in eadem functione, quamvis ob praestantem doctrinam maiorem meretur, persistit. Vir litterarum studiis ad exemplum cleri totus deditus et circa curam animarum plurimum sollicitus ac vigil.

Parochia Kielnensis, Przodkoviensis et Szynwaldensis.

Tres hae olim distinctae parochiales ecclesiae a pluribus iam annis ab uno reguntur curato. De erectione, fundatione, consecratione ecclesiarum istarum nullum hodie invenitur documentum. Id vero constat omnes tres bis ab haereticis occupatas et prophanatas, sed et toties per binos zelosissimos praesules, loci ordinarios, ab iniquis his possessoribus vindicatas et ereptas esse. Primo ecclesia Kielnensis (testante inscriptione in trabe veteris sacelli insculpta) circa annum
p. 140 1570 a Lu*theranis occupata fuerat, sed brevi a vigilantissimo praesule Stanislao Karnkovio catholicis restituta. Promoto praesule isto ad archiepiscopatum Gnesnensem secundo praefatas ecclesias omnes tres

[1]) cfr. Visitationes archidiac. Pomeraniae H. Rozrażewski episcopo factae: Societas literaria Torunensis: Fontes I, 38; I, 200; II, 409. Visitatio archidiac. Pomeraniae per F. Łącki a. 1597 redita Dno ep. Rozrażewski: Monum. hist. dioec. Wlad. XV, 82.

Lutherani occupaverant, sed et brevi rursum per zelosissimum episcopum Rozrazevium eiecti [1]) et ad easdem parochi catholici instituti sunt,teste Damalevicio in vitis episcoporum Vladislaviensium p. 416 [2]).

Mererentur primo loco recenseri Rndi parochi, quorum curae et sollicitudini praeda lupis erepta concredita fuit, sed acta ecclesiarum dictarum non attingunt hunc annum. Quos ideo edax rerum mortalitas conservavit, horum nomina recensentur. Primus parochus commemoratur:

1. Ioannes Koskowski, cuius mentio fit in metrica die 1. Novembris 1639, item 1644, an ibidem et quando mortuus sit, non satis constat.

2. Thomas Baucius commendarius, de quo in metrica sic legitur: Anno 1663 die 9. Maii ego Nicolaus Sosnowicz, poenitentiarius monasterii Zukoviensis, ex mandato Perillri et Adm. Rndi Dni Laurentii a Demuth, officialis Gedanensis, personaliter descendens ad ecclessiam Kielnesem vidi et recepi ab Adm. Rndo Dno Thoma Baucio commendario eiusdem ecclesiae rerum ecclesiasticarum inventarium. Dictus Dominus Baucius 1663 in commendam accepit ecclesiam Goręczynensem, ad quam in die s. Pentecostes 1670 mortuus est.

3. Pater Raymundus Wilski, s. ordinis Praedicatorum ex conventu Gedanensi, commendarius Kielnensis, 1663 die 3. Iunii et adhuc 1664 die 12. Iunii.

4. Felicianus Polanowski 1664 commendarius et 1665 die 28. Octobris parochus.

5. Constantinus Beckier, commendarius 1683 die 3. Ianuarii, sed is in Novembri 1683 obiit.

6. Georgius Werechowski, parochus Chmelnensis, post obitum Rndi Constantini Beckier, commendarii Kielnensis, 1683 die 30. Novembris constitutus commendarius eiusdem ecclesiae.

7. Matthias Smolandus, commendarius Kielnensis et Przodkoviensis 24. Aprilis 1684.

---

[1]) not. 1 p. 144.
[2]) Damalevicz l. c.

p. 141 *8. Sventoslaus Sigismundus Niwicki, commendarius Przodkoviensis, 1685 die 1. Augusti ita se in metrica humiliter subscripsit, cum alias vir hic plures honorum titulos possideret, nempe canonici Vladislaviensis, sacrae regiae maiestatis secretarii. Edidit Gedani 1687 regulam sacro politicam in octavo [1]). Deinde factus religiosus Societatis Iesu obiit 1700. Niesiecki [2]).

9. Iacobus Casimirus Koszczarski collatione Ioannis III, regis Poloniae, 15. Aprilis 1686 Zlotoviae et institutione Bonaventurae Madalinski, episcopi Vladislaviensis et Pomeraniae, 16. Augusti 1686 Parkaniae data, factus legitimus parochus Kielnensis, suscepit regimen filialis eius Przodkoviensis 2. Septembris. Vir hic alias doctissimus, sed et negligentissimus circa metricam ecclesiae, omnia ferme sicco pede praeteriit. Collectis demum pecuniis, modo clandestino discessit 1688, uti eius successor in metrica annotavit.

10. Henricus Iankorowski, qui de seipso in metrica haec adscripsit: Ego Henricus Iankorowski adii possessionem Szynwaldensis et Kielnensis inventarium ecclesiae.

11. Matthaeus Casimirus Smoczynski, parochus Kielnensis, Przodkoviensis, 16. Octobris 1689 recepi inventarium rerum ecclesiasticarum. Obiit 1708.

12. Valentinus Ignatius Haymowski (alias Hayman), natus Goręczyni, a patribus Cartusianis ad scholas datus, absolutis studiis biennio servivit Cartusiae, qua dispensator, dein clericales induit vestes et promovente priore Cartusiae presbyter ordinatus. Is in metrica manu propria haec adscripsit: Ego Valentinus Ignatius Haymowski, commendarius Kielnensis, post defunctum parochum Kielnensem Casimirum Smoczynski ex mandato patris ac Rmi canonici Guttstadiensis, decani, parochi Gedanensis (Ioannis Stephani Ianowicz) in praesentia vitricorum ac organarii eiusdem ecclesiae, nec non Nicolai Smoczynski, fratris defuncti parochi,

---

[1]) Sventoslaus Sigismundus Niwicki, Regula vitae sacro politica. Gedani 1687.

[2]) Niesiecki-Bobrowicz VI, 572.

lustravi carbonam ecclesiae Kielnensis, et nec unicus solidus reperiebatur. Datum 10. Augusti 1708. Obiit Valentinus iste 1714.

*13. Sigismundus Łebinski, canonicus Vladislaviensis, parochus Kielnensis, privatus parochiis omnibus tribus sensim 1735. p. 142

14. Antonius Rozner, commendarius Przodkoviensis annis 1733 — 1734 — 1735 — 1736, cuius cura ibidem templum novum (collapso veteri ex lignis dolatis, quod Lutherani antiquitus aedificaverant) assurexit, non tamen ad perfectionem devenit, cui ultimam manum apposuit Rndus Ioannes Kaminski.

15. Iosephus de Matthy, canonicus Livoniensis et Crusvicensis, parochus Kielnensis et Szynwaldensis 1735. Hodie (1749) canonicus Varmiensis.

16. Ioannes Kaminski, institutus parochus Kielnensis, Przodkoviensis et Szynwaldensis 11. Decembris 1736. Post paucos annos factus decanus Gedanensis, ultimo et poenitentiarius Zarnovecensis. Vivit usque nunc (1749).

Exempla plura sunt, quod ecclesiae hae 3 singulos curatos habuerint, sed nonnisi ad tempus. Ecclesiae hae omnes 3, utpote in bonis regalibus positae, iurispatronatus regii sunt. Titulis sive patrociniis gaudent: Kielnensis sancti Adalberti episcopi et martyris, Przodkoviensis sancti Andreae apostoli, Szynwaldensis sancti Nicolai episcopi et confessoris.

Parochia Chwasczynensis et Kacensis.

Utraque haec ecclesia in bonis mensae episcopalis posita ab uno parocho regitur. In Chwasczyn hac nostra aetate 1723 assurexit templum novum, ad cuius fabricam et decorem Illsmus et Rmus DD. Christophorus Szembek, episcopus Vladislaviensis, liberaliter suppeditavit 6000 florenos Prussicos. Intra limites parochiae huius Radloviae est delubrum Lutheranorum.

*1. 1735 in Octobri obiit Michael Ioannes Naylepszy (quod cognomen, quia proxime nominato illustrissimo episcopo visum est superbum, cognomine p. 143

matris abinde vocatus est Rymanowski) parochus Chwasczynensis et Kacensis.

2. 1736 Antonius Rozner, hactenus commendarius Przodkoviensis, factus parochus Chwasczynensis et Kacensis, in quo munere decennio perstitit, demum 1746 translatus ad ecclesiam in Ugoszcz.

3. 1747 Paulus Gurski, commendarius.

4. 1748 Michael Kierzynkiewicz, parochus.

(1727 circiter introductus est per Rndum Dnum Petrum Schlesiger, decanum Pucensem, parochum Oxiviensem, in ecclesiam Chwascynensem Andreas Kraska, antea vicarius Miłobądzensis, inde quoque oriundus).

Parochia Olivensis.

Ecclesiam sancti Iacobi apostoli parochialem in Oliva coaevam fundationi monasterii Olivensis esse, citra dubium est. Meminit Długosz [1]) libro 9 huius ecclesiae in haec verba: 1307 civitas Gedanensis per Polonos et Cruciferos capta et expugnata est et occisi quam plurimi milites praesidii, quorum corpora Rudgerus abbas de Oliva ad monasterium suum deducta, in coemeterio sancti Iacobi ante claustrum sepelivit. Idem habet Damalevicz p. 216 [2]) et alii plures.

Parochia haec perampla et populosa est, cuius regimen et administratio a reverendissimis abbatibus vigore privilegiorum s. ordinis Cisterciensium alicui emerito et idoneo ad id munus sacerdoti ex religiosis conventus Olivensis semper committitur. Unum tamen exemplum contrarium adducit Starowolscius [3]) in monumentis, nempe: 1638 aetatis 73 die 2. Maii obiit in bonis suis ad Altas aquas (zum Hohen Waßer) Zacharias Cultius sanctae theologiae doctor, canonicus Beatae Mariae Halberstadiensis, praepositus ad. s. Iacobum in Oliva, belli et pestis tempore constans.

---

[1]) Długossus, Hist. Polon. 1711 lib. IX col. 923.
[2]) Damalevicz, Vitae Vladisl. epporum. l. c.
[3]) Starovolscius, Monumenta Sarmatarum. Cracoviae 1655. p. 339.

*Ab annis pluribus nuncusque (1749) praefatam ecclesiam laudabiliter regit Rndus pater Kilianus Schultz, professus Olivensis, commendarius ad s. Iacobum. p. 144

1673 Pater Ioannes Augustinus Hoffman, professus Olivensis, commendarius ad s. Iacobum.

Parochia Maternensis.

Ecclesia Maternensis insignita titulo et patrocinio s. Materni episcopi et confessoris ac sancti Valentini martyris est iurispatronatus Olivensis ac semper gubernatur per religiosos Olivenses vigore privilegiorum s. ordinis Cisterciensium. Hac nostra aetate praefatam ecclesiam rexerunt:

1. 1728 Pater Ioannes Baptista Kamehl, postea parochus in Ramel et Reda.

2. 1735 Pater Yvo Roweder, nunc parochus Langnovensis et Rosenbergensis.

3. 1749 Pater Bernardus Mateblewski commendarius [1]).

Monasteria in decanatu Gedanensi.

1. Olivense sacri ordinis Cisterciensium, fundatum 1170.

2. Zukoviense sanctimonialium sacri ordinis Praemonstratensium, fundatum 1209.

---

[1]) Borcii Echo sepulchralis commemorat sequentes rectores ecclesiae Maternensis: Anno circiter 1627 temporibus Rndmii Adami Trebnic, abbatis Olivensis, praefuit Michael Danus, qui ablatis vetustioribus ecclesiae actis et libris aufugit. Posterioribus vero temporibus rexerunt illam: Anno 1719 pater Bernardus Laszewski, deinde abbas Andrejoviensis. Anno 1729 pater Ioannes, professus Olivensis. Anno 1732 pater Edmundus Schlesiger, professus Olivensis. Anno 1735 pater Ivo Roheweder, post triennium prior Olivensis, parochus Langnoviensis et Rosenbergensis. Anno 1738 pater Edmundus Schlesiger, secundo Maternensis ecclesiae rector per decennium. Anno 1749 pater Bernardus Mateblewski, professus Olivensis, patria Varmiensis, Allensteino oriundus, deinde bursarius Olivensis. Anno 1750 eximius Adm. Rndus Dnus Isidorus Tokarzewski, professus Olivensis, s. theologiae doctor, deinde abbas vigilantissimus Pölplinensis.

3. Gedanense sacri ordinis Praedicatorum, fundatum 1227.
4. „ sacri ordinis Beatae Mariae Virginis de Monte Carmelo, translatum 1464.
5. „ sanctae Birgittae duplex, religiosorum et religiosarum, fundatum 1396.
6. „ collegium Societatis Iesu fundationis Rozrazevianae.
7. „ Reformatorum s. ordinis s. Francisci, fundatum 1666.
8. „ Fratrum misericordiae ordinis sancti Ioannis de Deo, fundatum 1645.
9. ad sanctum Adalbertum Congregatio sacerdotum missionis, fundationis Szaniawscanae.
10. ad capellam regiam Gedani in missione 2 patres Societatis Iesu, de quibus singulis infra docebitur.

p. 145 *Intra civitatem Gedanensem occupatis ecclesiis parochialibus ab haereticis, functiones ecclesiasticas et curam animarum exercent ac obeunt religiosi ibidem degentes iuxta ordinationem episcopalem, ut sequitur.

Ordinatio episcopalis de obeundis functionibus ecclesiasticis intra civitatem Gedanensem.

Constantinus Felicianus Szaniawski, Dei et apostolicae sedis gratia episcopus Vladislaviensis et Pomeraniae, abbatiae Wonchocensis perpetuus administrator.

Universo populo et clero tam saeculari quam regulari, per et intra civitatem regiam Gedanensem constituto, salutem in Domino et pastoralem benedictionem.

Inter publica regni huius negotia, quibus hactenus usque pro salute et quiete patriae charissimae totos nos impendimus, illud vel maxime non omittendum duximus, quod ad regimen officiumque pastorale nostrum cumprimis pertinere dignoscimus, scilicet ut ea, quae ecclesiarum nobis in Domino subiectarum debitam harmoniam bonumque ordinem interturbant, de medio submoveamus et in debitam orbitam ad mentem

sancti concilii Tridentini reducamus. Cum itaque in
civitate hac regia Gedanensi tam populosa, sed ad
praesens maiori ex parte acatholica, non solum ex
visitationibus archidiaconalibus, verum et ipsimet no-
vissime functiones episcopales exercentes, complures
ecclesias orthodoxas etiam regulares, curam animarum
obeuntes, compererimus animadverteremusque, quod in
illa post avulsas per temporum iniuriam et inundatio-
nem erronearum opinionum in fide ordinarias sex
numero parochiales ecclesias a piae memoriae Rmo
Ioanne, antecessore nostro Vladislaviensi episcopo,
sub data Gedani 28. Ianuarii anno 1456 erectas ac
canonice dismembratas, per inordinatam et promiscuam,
imo praeventivam Christi fidelibus inibidem degentibus
*sacramentorum aliarumque functionum ecclesiastica- p. 146
rum, praesertim sepulturae, administrationem variae
confusiones, abusus et inconvenientiae, imo nullitates
matrimoniorum ob non servatam sancti concilii
Tridentini sess. XXIV de reformatione matrimonii
cap. 1. dispositionem irrepserint et hucusque durent.
Idque ex eo, quia nulli limites contractarum et pla-
tearum civitatis et suburbiorum, intra quos iura paro-
chialia exerceri et sacramenta administrari debeant,
hactenus cuivis ecclesiae pro moderno statutu Gedani
existenti sint adscripti nec attributi. Quaproter his et
aliis abusibus, confusioni et tali in administratione
sacramentorum disordini aliisque damnosis inconveni-
entiis pro authoritate nostra episcopali occurrere, imo
ne in hac civitate firmiores agant radices, penitus tol-
lere volentes, pro interim et donec divinae bonitati
originarias parochias cum suo populo ad unionem
sanctae orthodoxae fidei reduci placuerit aliterque no-
bis vel successoribus nostris de illis disponere visum
fuerit, inhaerendo dispositioni sancti concilii Tridentini
sess. XXIV. de reformatione, nec non originariae
dismembrationi Reverendissimi olim Ioannis episcopi,
talem, ut sequitur, parochiarum earumque limitum,
quo ad administrationem sacramentorum abhinc et im-
posterum inviolabiliter observandam, statuimus et de-
cernimus ordinationem et dismembrationem.

Et imprimis parochiam Beatae Mariae Virginis, utpote matricem urbis huius populosae, cuius ad praesens curatus est Perillris Adm. Rndus Andreas Iacobus Corsz, protonotarius apostolicus, canonicus Vladislaviensis, vicarius et officialis noster Gedanensis et per Pomeraniam generalis, a sacra regia maiestate legitime praesentatus ac a nobis rite institutus plenitudineque iuris ac pacifica possessione gaudens, circa
p. 147 indubios, ne quidquam a dissiden*tibus impeditos, sed per continuam ac nunquam interruptam funeralium ac offertorialium solutionem, conservatos limites in suis plateis secundum praetactam dismembrationem designatis, subsistere volumus. Limites autem eius a praefato Rmo Ioanne, antecessore nostro, determinati sequentes exprimuntur: Imprimis ecclesiae Beatae Mariae Virginis, cuius plurimo indigemus patrocinio, pinguiores fructus et reditus uberiores adiungimus atque plateam longam cum aliis plateis strictis adiacentibus, plateam panum cum aliis plateis attinentibus, plateam Beatae Mariae Virginis cum aliis plateis adiacentibus, plateam s. Spiritus cum plateis strictis dependentibus, plateam canum et plateam latam ab utroque latere, plateis strictis intra latam praefatam et s. Ioannis plateas mediantibus exceptis. Cum autem ecclesia Corporis Domini cum capella s. Gertrudis (iam nunc sublata) filialis Beatae Mariae Virginis fuerit, ideo in locum eius adiungimus parochiam sanctorum apostolorum Petri et Pauli cum limitibus in eadem dismembratione expressis: Sanctorum Petri et Pauli totum illud, quod comprehenditur et continetur in suburbio eidem ecclesiae contiguo, videlicet Lastadiam, Poggenphuel, Wolfshagen, Holtzgasse, ita ut ad parochiam ecclesiae Beatae Mariae Virginis omnes illae plateae, quae a platea lignorum, vulgo Holtzgasse, incipiunt, a vallo uno et Modlava alio fine usque ad portam inferiorem pertineat.

Parochiam s. Ioannis curae et sollicitudini Adm. Rndorum patrum ordinis Praedicatorum conventus Gedanensis, ad ecclesiam s. Nicolai degentium, committimus cum dismembratione platearum, ut sequitur: Insuper ecclesiae s. Ioannis plateam eiusdem s. Ioan-

nis integre ac plenarie cum plateis strictis ab utroque latere connexis, plateam piscatorum cum omnibus strictis adiacentibus, item plateam s. Tobiae cum *plateis strictis, item forum piscium cum toto aggere usque ad valvam; iisdem Rndis patribus sacri ordinis Praedicatorum confinem parochiam s. Barbarae adiungimus cum limitibus ibidem fixis, scilicet totum aggerem ab utroque latere incipiendo a novo fossato usque ad valvam extremam cum casalibus adiacentibus, vulgariter Mattenbuden nuncupatis, nec non cum omnibus domiciliis, quae ultra Modlaviam sita sunt. p. 148

Parochiam s. Catharinae zelosis in vinea Christi operariis, filiis s. Eliae de Monte Carmelo, demandamus cum limitibus infra specificatis. Deinde ecclesiae s. Catharinae plateam piperis ab utroque latere, item plateam s. Elisabeth ab utroque latere cum plateis strictis adiacentibus ac totum locum circa fossatum civitatis a platea s. Elisabeth usque ad spatium demoliti castri plateamque molendini cum omnibus plateis latis et strictis usque ad rivulum Mühlenwaßer appellatum. Item totum spatium Hackelwerck vocitatum cum omnibus latis et strictis plateis. Iisdem annectimus suburbium novi horti dictum usque ad portam aggeris, totum item territorium, quod post portam altam reperitur, uti Sandgrub, Bischofsberg, Schartzmeer usque ad portam aggeris versus Schotlandiam.

Adm. Rndis patribus ordinis sanctissimi Salvatoris, devotis s. Brigittae filiis, parochiam s. Bartholomaei commendamus, cuius spatium est illud totum, quod comprehenditur a rivulo Mühlenwaßer nominato, ascendendo usque ad terminos plateae piperis cum omnibus plateis. Item totum aggerem circum rivulum Mühlenwaßer descendendo usque ad valvam ab utroque latere cum omnibus strictis plateis. Item totam plateam, Baumgartnerische Gasse vocatam, cum omnibus strictis plateis ab utroque latere. Item cum platea s. Bartholomaei et omnibus strictis *plateis ab utroque latere cum media platea, Kalckgaßen appellata. p. 149

Adm. Rndos patres s. Francisci strictioris observantiae, Reformatos, iuxta specialem concessionem sanctae

sedis apostolicae circa administrationem sacramentorum in monte Stolcemberg cum toto oppido Szydlice usque ad portam novorum hortorum, vulgo Klappa, et ad praesens conservamus.

Venerabilibus ac religiosis ordinis s. Ioannis Dei de Misericordia totam plateam Petershagen concedimus ab utraque parte. Item a finibus Schotlandiae totam plateam Modlaviensem utriusque lateris et Kipperdam.

Adm. Rndis patribus Societatis Iesu, collegii Gedanensis in Schotland, ignem amoris divini in cordibus Christi fidelium ubique excitare studentibus, quamvis meta et terminus pro zelo eorundem non perfiniatur, nihilominus totum Schotland cum Oppenbruch, item territorium Stadtsgebitt et Ohr dictum usque ad limites parochiae s. Adalberti concedimus et attribuimus.

Quae, ut praemissum est, ordinatio et dismembratio nostra, ut ab omnibus curam animarum tam Gedani, quam in suburbanis iurisdictionibus exercentibus, maxime vero a religiosis, nec non a parochianis supra specificatarum parochiarum abhinc et in posterum invariabiliter observetur, authoritate nostra ordinaria etiam et delegata, qua in hac parte vigore concilii Tridentini fungimur, serio mandamus. Et ne unus adversus alterum ex talium parochiarum dismembratarum rectoribus, per nos ut suprà designatis, aliqua in posterum praeventione laborare aut in iurisdictionem parochialem alienam involare vel pacem et ordinem praesentem, quovis quaesito colore et praetextu', interturbare audeat et praesumat, sub poena suspensionis ipso facto (quo ad sacerdotes), quo vero ad laicos parochianos excommunicationis incur-
p. 150 renda, nec non aliis arbi*trariis per officium nostrum
Gedanense infligendis, inhibemus et districte praecipimus. Ne vero huius dispositionis et ordinationis nostrae per quempiam aliqua ignorantia praetendatur, volumus, ut authentica exemplaria praesentium ad omnes ecclesias huius civitatis, iurisdictioni nostrae subiectas, ex officio nostro generali Gedanensi quamprimum mittantur ac populo Christi ad divina con-

gregato, in qualibet parochia noviter dismembrata, aliquo die festo vel dominico pro viva semper observantia ex ambona publicentur. In quorum fidem praesentes manu nostra subscriptas et sigillo communitas dedimus Vladislaviae die 14. mensis Februarii anno Domini 1718.

Constantinus Szaniawski, episcopus Cuiaviensis et Pomeraniae. L. S. Ioannes Iosephus Hubinski, notarius suae illustrissimae celsitudinis.

Parochia Langnoviensis et Rosenbergensis.

Ecclesiae hae aliquando duos distinctos curatos (uti omnino sunt duae distinctae parochiae et quidem Langnoviensis iurispatronatus Olivensis, Rosenbergensis collationis regiae) habuerunt, aliquando coniunctim per unum gubernatae sunt.

1. Iacobus Lettau, artium liberalium et philosophiae magister, sanctae theologiae licentiatus, parochus in Langnov et Rosenberg, obiit 16. Ianuarii 1640, sepultus Olivae. Starovolscius in monumentis [1]).

2. Georg Adamus ab Hirtenberg Pastorius, protonotarius apostolicus, cancellarius Kiioviensis, cantor Lanciciensis, parochus Rosenbergensis, surrogatus iudex Gedanensis et Pomeraniae generalis, sacrae regiae maiestatis secretarius 1692 A. Schönflus [2]).

3. ... [3]) Reuss, Herbipoli in Franconia natus, olim miles caesareus, parochus Langnoviensis et Rosenbergensis in plures annos, dein et de*canus Leoburgensis, p. 151 ultimo etiam parochus in Tügenhof dioecesis Pomesaniensis, obiit circiter 1737. Vir hospitalis [4]).

---

[1]) Starovolscius, Monumenta Sarmatarum. Cracoviae. 1655. p. 344.

[2]) i. e. acta Schönflus (al. Schönflies), villae pertinentis ad parochiam Wysinensem.

[3]) Lacuna. Cognomen omissum.

[4]) De eius successore legitur in Borcii Echo sepulchrali: Post cuius a. 1737 mense Februario obitum in Langnoviensi illi successit R. D. Carolus Boryszewski, Rosenbergensis vero

4. Adalbertus Sobocki, Schotlandiae natus, parochus Rosenbergensis 1738, qui redux Ulkovia ex convivio funebri in vià a latronibus misere trucidatus est 1741. Vir doctus.

5. Carolus Boryszewski, parochus Langnoviensis et commendarius Rosenbergensis 1741, qui 1742 translatus est ad parochiam Gemlicensem.

6. Rndus pater Yvo Roweder Brunsbergensis, prior Olivensis et secretarius provinciae Polonae sacri ordinis Cisterciensium, parochus Langnovensis et Rosenbergensis 1742, qui Rosenbergae collapso veteri ligneo templo novum ex solido muro excitavit 1746, item Langnoviae ecclesiam novam 1748 cepit aedificare.

Parochi in Prust, Löbelov.

1413 Dominus Iordanus, plebanus de Löbelov. Acta Belkoviensia.

1488 Dominus Nicolaus, plebanus in Prust. Oslanin [1]).

Zulawka.

Ecclesia tituli s. Margarethae virginis et martyris, iurispatronatus Magfici Dni Trębecki. 1749 Andreas Szymanski, canonicus Smolescensis, capellanus Zulaviensis.

p. 152

*Decanatus Stübelaviensis.

Decanatus Stübelaviensis sive minoris insulae olim florentissimus has teste Damalevicio pag. 46. [2])

---

parochus Vladislaviae a. 1737 die 18. Februarii institutus est R. D. Petrus Ganswind, cui eodem anno demortuo die 17. Iunii successit R. D. Ioannes Gręca, Miłobądzensis patria; illo ad beneficium Pączeviense promoto Rosenbergensi datus est parochus A. R. D. Adalbertus Sobocki.

[1]) i. e. acta spectantia ad bona Cartusiae Oslanin. cfr. Georgii Schwengel Apparatus ad annales Cartusiae Paradisi B. M. V. I, 356 (ms.).

[2]) Damalevicz, Vitae Vladislav. episcoporum, 1642 p. 46: In decanatu Minoris Insulae: Steblewo, Trutnowy, Kiermark.

comprehendebat ecclesias: In Stübelov, Trutenau, Käsmarck, Leczkov, Reichenberg, Gotswald, Iütland, Gemlice, Gross Zinder, Wosiek, Woclaw, Osterwik et Suchedam. Ex his Gemlicensis sola reliquis, omnibus a Lutheranis occupatis [1]), sicut lilium inter spinas (vigilantibus pro ea illustrissimis episcopis Vladislaviensibus utpote in villa mensae suae) mansit inviolata et intacta ab haeresi. Quam villam postea Illsmus Rozrazewski, episcopus Vladislaviensis, de consilio Vnblis capituli donavit Rndis patribus Societatis Iesu in Schoțlandia a se fundatis. Ecclesia vero Gemlicensis incorporata est decanatui Dirsaviensi. Character nihilominus decani Stübelaviensis nuncusque conservatur, quo 1666 insignitus fuit Martinus Smiglewski, uți supra dixi [2]). In actis Cartusiae recordatur 1402 et 1415 Domini Nicolai plebani in Stübelov. p. 493 [3]).

*Decanatus Dirszaviensis. p. 153

Damalevicz pag. 46 [4]) ad hunc decanatum revocat ecclesias sequentes: Derschovia, Sobkowy, Nierośino, Wysino, Pinczyno, Dalwin, Połułkowo, Zblewo, Zbąszyno, Kiszewo, Deblin, Gorzedźiey, Miłobądz, Gemblice, Godziszewo, Trąbki wielkie. Sed Zblewo, Kiszewo, Pinczyno a pluribus iam annis spectant ad decanatum Starogardensem. Econtra ex Starogardensi ad Dirszaviensem decanatum translatae sunt ecclesiae: Lubiszewo, Skarszewy, Sczodrowo, Garczyno et ex Mirachoviensi decanatu: Iadamowo, Rekownica pag. 465 [5]).

Praepositura Dirszaviensis.

Ecclesiae Dirszaviensis antiquitatem ipsi parietes loquuntur, ipsius vero magnifica et elegans structura,

---

Leszkowy, Rychemborg, Koczwal, Itlamia, Iemicla, Wiekie cedry, Osice, Goszlaw, Ostrowik seu Suchydab.

[1]) cfr. Visitat. archidiac. Pomeraniae H. Rozrażewski episcopo factae: Soc. lit. Torun.: Fontes I. 1897. p. 7, 103. II, 225.

[2]) p. 104.

[3]) vide infra p. 493 ad calcem.

[4]) Damalevicz l. c.

[5]) vide infra p. 465 ad calcem.

ingens moles ac decor indicat se non alios quam principes olim Pomeraniae habere fundatores. Insignita est ecclesia titulo et patrocinio sanctae Crucis estque iurispatronatus sacrae regiae maiestatis.

Praepositi: 1. Ioannes Franciscus Czarlinski, canoni-
cus Vladislaviensis, praepositus Dirszaviensis, Skarsze-
viensis 1683—1684 - 1686—1691 1693. Acta Cartu-
siae. De eodem acta Zukoviensia haec obloquuntur: Anno
Domini 1693 die 4. Octobris obiit Ioannes Czarlinski,
qui ex Theresia Sczepanska coniuge praeter alias
proles filiam suscepit Iustinam, monialem Zukovien-
sem. Post mortem vero coniugis 1680 factus canonicus
p. 154 Vladislaviensis et ipsemet hanc*filiam suam ex commis-
sione episcopi 21. Novembris 1690 Zukoviae pro mo-
niali investivit ac anno sequenti 1691 die 25. Novem-
bris eiusdem professionem excepit. Inscripsit mona-
sterio Zukoviensi per testamentum in bonis Kobussewo
mille florenos, ex quibus monasterium annuatim per-
cipit 70 florenos pro anniversario obeundo ipsius, uxoris
et prolium eius.

2. Iacobus Bernardus Krolau, decanus, praepositus Dirszaviensis, item decanus, surrogatus iudex et commendarius Gedanensis ac Prangoviensis 1718, 1719. Belkovienses decimae.

3. Ioannes Franciscus Fahl, utriusque iuris doctor, custos Volboriensis, praepositus Dirszaviensis et Lubiszeviensis 1731 usque 1747 circiter, dein canonicus Varmiensis.

4. Stanislaus Simon Cwiklinski, decanus Mevensis, praepositus Dirszaviensis et Lubiszeviensis, surrogatus iudex Gedanensis 1748.

(1630 Petrus Bartlinski, praepositus, decanus Dirsaviensis, officialis Gedanensis. Vide officiales [1]) 1702... [2]) Stachorowski, praepositus Dirsaviensis, vir in vindicandis ecclesiae bonis indefessus, cui successit

---

[1]) p. 99.

[2]) Lacuna. Cognomen omissum. Addendum: Ioannes Ignatius.

Martinus Augustinus Szela, qui resignavit hanc praeposituram, factus parochus Valichnoviensis [1])).

Parochia Sobkoviensis.

Sobkowo (castrum episcoporum Vladislaviensium) cum aliis bonis accessit ecclesiae Vladislaviensi per liberalem donationem Mestvini II, ducis Pomeraniae, 1283. De qua re Damalevicz p. 197 [2]) haec habet: Msczugius, Pomeraniae dux, cum Dantiscum rebelle ad officium reduxisset atque capita seditionis multasset pleraque bona factiosorum redegit in fiscum, ex his autem duas villas Serobotow et Wichowino ecclesiae Vladislaviensi et suo tunc episcopo Alberto donavit. Portum maris, qui Mosty nuncupatur, cum omnibus utilitatibus et villas Brod, Gogolewo ab omni servitute et oneribus liberas, item Swaryszewo, Sobkowo cum Tulce, Meszczino, tertium Wysino, quod Crydlowo dicitur, Leniwo, Witomino cum Suigrino et aliis suis campis et locis villarum quocunque alio voca*bulo p. 155
nuncupantur. Item Postolewo, iunctum villae Miłobądz, medietatem villae Czetnowo et Mneszynam, iuxta Mileszewo sitam, cum clausura super Raduina posita, cum omni pleno iure, dominio et libertatibus ecclesiae Vladislaviensi Beatae Mariae Virginis liberaliter contulit in crastino beati Iacobi apostoli anno Domini 1283. Et pag. 208: Georgius et Rudolphus, filii olim castellani de Windenburck, 60 marcis denariorum emptam villam Sobkowo episcopo (Vislao, qui cathedram insedit ab 1284 ad 1300) et ecclesiae Vladislaviensi resignaverunt.

In ecclesia parochiali Sobkoviensi Creslaus, episcopus Vladislaviensis tricesimus octavus (ab 1494 usque ad 1503), synodum congregavit. Damalevicz pag. 351 [3]). Item Paulus Wolucki episcopus (ab 1616

---

[1]) In Borcii Echo sepulchrali praeterea commemoratur Petrus Iesionowski a. 1705 et Thomas Stanislaus Długonski a. 1712.

[2]) Damalevicz, Vitae Vladislav. epp. 1642. p. 197.

[3]) Damalevicz l. c.

ad 1622) teste Damalevicz pag. 449 [1]), ubi sic ait: Paulus episcopus multa in archidiaconatu Pomeraniae Sobkoviis congregatione sacerdotum habita, ad eliminandos abusus tam in ritibus sacrorum, quam in cleri populique conversatione salubriter ordinavit.

Parochi: 1. Ioannes Butov, commendarius 1483. Smantov [2]).

2. Bartholomaeus a Biecz, parochus 1578. Czapel [3]).

3. Laurentius Smugatius, decanus, praepositus Starogardensis, parochus Sobkoviensis et Garcensis 1635. Smantov [4]),

4. Martinus Smiglewski, parochus Sobkoviensis et Garcensis, surrogatus Gedanensis 1658. Goręczyn. [5])

5. Albertus Iosephus Korpalewski, decanus Dirszaviensis, parochus Sobkoviensis et Miłobądzensis 1682 [6]).

6. Ignatius Rogaczewski, ex Klodaviensi fit parochus Sobkoviensis 1716, inde vero 1718 promotus est ad parochiam Skorzecensem.

7. Franciscus Valentinus Ruthen die 31. Ianuarii institutus et 2. Februarii 1718 introductus parochus Sobkoviensis per Rndum Iacobum Bernardum Krolau, decanum Gedanensem, praepositum Dirszaviensem.

8. Paulus Petrus Lazarowicz [7]), praepositus Weyheropolensis, resignat id beneficium Francisco Ruthen, ipse vero transit Sobkoviam 1724.

p. 156 *9. Thomas Muchowski, decanus Dirszaviensis, parochus Sobkoviensis 1730 — 1748.

---

[1]) Damalevicz l. c.

[2]) i. e. acta Cartusiae super pratum Smantov; cfr. Georgii Schwengel Apparatus ad annales Cartusiae Paradisi B. M. V. I, 329 (ms.).

[3]) i. e. acta spectantia ad bona Czapel, villam Cartusiae; cfr. ms. Georgii Schwengel Apparatus ad annales Cartusiae Paradisi B. M. V. II, 343.

[4]) i. e. acta super pratum Smantov.

[5]) i. e. metrica Goręczynensis.

[6]) Ex Borcii Echo sepulchrali addendum: Anno 1693 die 5. Iulii Georgius Petrus Iesionowski institutus est parochus Subkoviensis.

[7]) In Borcii Echo sepul. nominatur: Paulus Casimirus Lazarowicz.

Wladarii Sobkovienses. Etymon Wladarii derivari a verbo Polonico wlodarz, citra dubium est. In antiquioribus nihilominus documentis exempla occurrunt, titulo hoc viros spirituales insignitos, (nolim dicere) decoratos fuisse. Ita in actis Cartusiae de 1413 reperitur:

1. Philippus de Rombilcz, rector ecclesiae in Bern et flodarius in Sobkov.

2. In paginis superioribus litterae institutionis seu dismembrationis parochiarum Gedanensium dat. 1456 ad calcem haec habentur [1]): praesentibus ibidem Vnblibus Domino Andrea Gorzinski, archidiacono Calissiensi et in terris Pomeraniae wladario et vicario generali.

3. In actis Cartusiae de 1496 ita iam legitur: der Edle und Wohlgebohrne Herr Iorand Schwantkowski des Ehrwürdigen in Gott Vaterſ und Herrn Creslai, Biſchofs über Cuiaw, Anwald zu Sobkow, Floder auf Pommerellen.

4. In epistula 60 lib. 3 Carncovii [2]), episcopi Vladislaviensis, iam haec occurrunt: mitto Gnosum Dnum Nicolaum Kossobucium, notarium terrae Plocensis et capitaneum meum Sobcoviensem, 1577 circiter.

Certum quidem est, per wladarios antiquiores hodie capitaneos Sobkovienses intelligi, sed quaeritur an spirituales isti olim wladarii non habuerint maiorem aliquam facultatem ab episcopis, quam modo capitanei Sobkovienses.

*Parochia in Nierosino.

p. 157

Nierosino, germanice Meiſterwald, in bonis regalibus tenue admodum beneficium est, quod proinde viciniori alicui parocho in commendam ordinarie dari solet. Hodie ecclesiam hanc regit Iacobus Dismas Szulc, commendarius Prangoviensis 1749.

---

[1]) p. 112.

[2]) Carncovius, Epistulae illustrium virorum. Cracoviae 1578. lib. III. ep. 62: Ducibus Pomeraniae Stanislaus Carncovius.

Parochia Wysinensis.

Wysino est villa mensae episcopalis. De hac Damalevicz p. 179 [1]) haec habet: Non minor liberalitas praesulis (Michaelis, qui dioecesi Vladislaviensi praefuit ab anno 1216 ad 1256) in augendis ecclesiae bonis eluxit, dum villas Dobrzeiowice 85 marcis argenti a Casimiro et Samborio, duce Pomeraniae, (qui maximum beneficium agnoscit sibi a Michaele, episcopo Vladislaviensi, praestitum in arctissima paupertate per collatas 300 marcas argenti iusti ponderis), Milobądz, Zarnowino, Kleczewo, Rudno, Wyszyno triplex (emit forte). Supra in parochia Sobkoviensi invenies alteram mentionem bonorum episcopalium Wysino et Crydlowo [2]).

1. 1692 Ioannes Borowski, parochus Wysinensis. Schönflus [3]).

2. 1746 obiit Georgius Gruntman, parochus Wysinensis a pluribus annis.

3. 1747 Nicolaus Wilma, parochus Wysinensis.

Parochia Dalvinensis.

1. 1666. Martinus Smiglewski, decanus Stübleviensis, Miłobądzensis, Dalwinensis parochus, generalis commissarius ad visitandam ecclesiam Przodkoviensem.

p. 158 ## *Parochia Połułkoviensis [4]). Parochia Zbąszynensis [5]).

---

[1]) Damalevicz, Vitae Vladislav. episcoposeum. 1642. p. 179.

[2]) p. 159.

[3]) i. e. acta Schönflus (al. Schönflies), villae pertinentis ad parochiam Wysinensem.

[4]) Parochiam hanc commemorat Damalevicz, et Schwengelius eius descriptionem sequitur, sed haec falso asseruntur, cum in decanatu Dirsaviensi nec locus Połułkowo vocatus exstiterit; posteriore manu adnotatum est: Połułkowo-Uhlkau?

[5]) De parochia hac, quae nunquam exstitit, erronee cum Damalevicio refert Schwengelius. Etiam locus Zbąszyn vocatus non erat in decanatu Dirszaviensi. Recentior manus adnotavit: Soboncz par. Garczyn.

Parochia Deblinensis[1].

Villa regia capitaneatus Skarszeviensis, ecclesia interiit.

Parochia Gorzedźiey.

Villa episcopalis non procul Miłobądza, ecclesia interiit[2].

Parochia Miłobądzensis.

Villa mensae episcopalis, ut iam supra dictum est in parochia Sobkoviensi et Wysinensi[3].

1. Nicolaus, plebanus in Melebantz 1450. Processus Stolpensis[4].

2. Georgius Struben, baccalaureus in decretis, rector ecclesiae parochialis in Millabantz, officialis Gedanensis 1743. Vide inter officiales Gedanenses numero 6[5].

3. Mauritius Ferber, iuris utriusque doctor et olim camerarius et scriptor apostolicus, dein custos et canonicus Varmiensis, Lubecensis, Revaliensis, Derpatensis, parochus ecclesiae Beatissimae Mariae Virginis Gedanensis ac Melebącensis (id est Miłobądzensis), die 14. Aprilis 1523 electus a Vnbli capitulo in episcopum Varmiensem. Obiit 1537. Treterus[6], Leo[7], Niesiecki[8].

---

[1]) cfr. Fontes I, 50, II, 321; Fankidejski, Utracone kościoły i kaplice. 1880. p. 207; Schematismus des Bistums Culm 1904 p. 161. De fundatione huius ecclesiae vide Kujot, Kto założył parafie w dzis. dyecez. cheł.: Roczniki Tow. Nauk. w Toruniu. 1903. X, 191.

[2]) Ecclesia non interiit, sed est filialis eccl. Subkoviensis; de eius fundatione cfr. Kujot l. c. IX, 44, 48, 114; Fontes I, 53. II, 399.

[3]) p. 159, 162.

[4]) cfr. pag. 72, not. 2.

[5]) p. 88.

[6]) Treterus, De episcopatu et episcopis ecclesiae Varmiensis. Cracoviae 1685. p. 90.

[7]) Ioannes Leo, Historia Prussiae. Brunsbergae 1725. p. 373.

[8]) Niesiecki-Bobrowicz IV, 21.

4. Georgius Mollerus, parochus Miłobądzensis et Gemblicensis 1646. Metrica Goręczynenensis.

5. Martinus Smiglewski, decanus Stübleviensis, p. 159 parochus Miłobądzensis et Dalwinensis,*commissarius generalis ad visitandam ecclesiam Przodkoviensem 1666. Metrica Kielnensis.

6. Albertus Ioannes Korpalewski, decanus Dirszaviensis, parochus Miłobądzensis et Sobkoviensis 1682 [1]).

7. Ioannes Stanislaus Kitowski, decanus Gedanensis, parochus Miłobądzensis 1723 — 1733.

8. Dominicus de Sienno Sieninski, episcopus Macroniensis, canonicus Cracoviensis, Tarnoviensis, officialis Gedanensis, parochus Miłobądzensis 1734. Obiit 1744. Vide officiales No. 33 [2]).

9. Ioannes Radoszewski, 1734 ex commendario Miłobądzensi factus praepositus Weyheropolitanus. Obiit ultimo Februarii 1742.

10. Martinus Iosephus Zaleski, parochus Miłobądzensis 1744 — 1749.

Parochia Gemlicensis.

De hac ecclesia dictum est superius in decanatu Stübelaviensi [3]).

1. Georgius Mollerus, parochus Gemblicensis et Miłobądzensis 1645.

2. Ioannes Georgius Grunak, olim alumnus pontificius Brunsbergae, nepos ex sorore Rndi Ioannis Stephani Ianowicz, surrogati Gedanensis, parochus Gemlicensis obiit 1720.

3. ... [4]) Bassandowski, parochus Gemlicensis, obiit 1722.

4. Martinus Kilau, commendarius Gemlicensis, 1722.

---

[1]) Ex Borcii Echo sepul. addendum: Anno 1691 Ioannes Paulus Gomolinski, officialis Gedanensis, parochus Miłobądzensis, deinde episcopus Kijoviensis.

[2]) p. 98.

[3]) p. 157.

[4]) Lacuna. Cognomen omissum.

5. Iacobus Bähr, Varmiensis, parochus Gemlicensis ab anno 1723 usque 1735, quo illud beneficium commutavit pro Neokirchensi, dioecesis Pomesaniensis, ubi et 1748 obiit subitanea morte, non tamen imparatus. Nam vicinum parochum (Deo sic disponente) ingens domi corripuerat taedium, cui sublevando iter arripit Neokirchium. Perhumaniter exceptus, ibidem dum familiariter ad mensam cum Rndo Bähr colloquitur, hic sensim incipit pallescere viribusque destitui, quare protinus sacramentalem reconciliationem peragit petitque sanctissimum afferri viaticum. Sed antequam eius compos factus, sub invocatione sanctissimorum nominum Iesus Maria exanimis corruit.

*6. Andreas Milinski, qui 1735 per commutationem p. 160
transmissa parochia Neokirchensi et decanatu Fürstenwerderensi, factus est parochus Gemlicensis et poenitentiarius Zarnovecensis, sed cum utrique muneri insimul satisfacere nequiret, resignavit parochiam Gemlicensem 1736.

7. Iohannes Müller, Schotlandensis, qui ecclesiae Gemlicensi praefuit ab anno 1737 usque ad 1741, quo promotus est ad beneficium maius prope Graudentum post pium decessum Rndi Bucholtz (olim secretarii Gedanensis, conversum).

8. Carolus Boryszewski ex parocho Langnoviensi et commendario Rosenbergensi (quod beneficium utrumque, ita volente illustrissimo loci ordinario, resignavit patribus Olivensibus) factus parochus Gemlicensis 1742. 1749 superstes.

1736. ...[1]) de Gaude commendarius Gemlicensis post resignationem Andreae Milinski.

Ecclesia Godziszeviensis.

Villa abbatis Landensis, sacri ordinis Cisterciensium [2]).

---

[1]) Lacuna. Cognomen Iosephus ommissum.
[2]) cfr. Fontes I, 50.

Parochia Trąbcensis.

1. Gregorius Grochowicki, commendarius Trąbcensis et Klodaviensis 1610.

Parochia Klodaviensis.

1. Matthias Racht, parochus Klodaviensis, officialis Gedanensis 1456 — 1460. Vide officiales 5 [1]), surrogatos 1 [2]).

2. Gregorius Groszowicki, commendarius Klodaviensis et Trąbcensis 1610.

3. Pater Guilhelmus de Klamiis, professus Paradisi sacri ordinis Cisterciensium, institutus parochus Klodaviensis 15. Martii 1687 ad praesentationem Ioannis Zapolski, abbatis Landensis. Obiit 1693.

4. Ignatius Rogaczewski institutus parochus 6. Aprilis 1693, resignavit 11. Februarii 1716.

5. Thomas Muchowski, institutus 12. Februarii 1716, introductus 5. Martii.

6. Franciscus Valentinus Ruthen, institutus 8. Maii 1726, benefactor ecclesiae istius, cui praefuit annis octo. Natus alias 1674, denatus 19. Martii 1734.

7. Adamus Zaremba, parochus Klodaviensis 1734, idem adhuc 1749.

p. 161
*De fundatione Fratrum Hospitalis Ierosolomitani sancti Ioannis

(Equitum Melitensium hodie)

in Stargard [3]).

---

[1]) p. 87.

[2]) p. 100.

[3]) Dreger, Codex diplomaticus. Stettin 1748. I, 59. cfr. Pommerellisches Urkundenbuch bearbeitet von Perlbach. Danzig 1882. p. 9. cfr. p. 6. Hoc documentum nullatenus verum est, sed fictum, neque difficile est eruere, quo animo sit fictum: haud scio an prolatum sit ea mente, ut specie quadam iustitiae Iohannitarum fines inter meridiem et hibernum occidentem spectantes contra Cistercienses promoverentur, qui Pelplini erant.

In nomine Domini Amen. Ego Grimisclavus, Dei gratia unus de principibus Pomeraniae, dudum audiens a multis de hospitali Iherosolomitano, quanta in eo misericordiae opera circa pauperes et infirmos pervisitatores Dominici sepulchri iugiter exhibentur, tantae mercedis tantorumque beneficiorum atque orationum tantae multitudinis ob remissionem peccatorum meorum, quibus me graviter oppressum recognosco, aliquam cupiens portionem habere, ad haec sequenda praefata misericordiae opera me coadiutorem constituere volens, secundum facultatem mihi divinitus concessam, ad honorem Dei sanctique sepulchri santique Ioannis Baptistae de propria haereditate mea ab avis et atavis meis mihi relicta, dedi praedicto hospitali sancti sepulchri sanctique Ioannis Baptistae castrum meum, quod vocatur Stargrod (a), cum terris, sylvis, aquis, lacubus, molendinis, mellificiis et cum omnibus iudiciis ad ea spectantibus et tributo ei cum omnibus aliis utilitatibus pertinentibus, quae sunt in praesenti vel in posterum poterunt oriri tam sub terra, quam super terram. Dantes incolis praedictorum fratrum ex omni actione et servitio ducali in perpetuum meram libertatem cum distinctis metis, sicut subnotantur. Prima meta procedit a rivulo Retima, ubi cadit in Verissam (b), tendendo ipsam Verissam sursum, habens dimidium fluvium cum omni utilitate, quae * potest haberi, usque ad castellum Wissoke vulgariter p. 162
nuncupatum. Quod castellum dextro latere tenendo, relicta Verissa directo tramite metae procedunt ad quadruvium viarum, quod est ante lacum, qui Crang nominatur. Item a quadruvio viarum directe gradiendo per silvas procedunt ad monticulum metarum causa coniactatum. Abhinc extenduntur recte ad paludem albam sic vulgariter nuncupatam. Abinde recte diriguntur ad vallem, super quam duo pugiles iacent tumulati. Quae vallis dimidia in longum ad Verissam descendo pertinet fratribus superius memoratis. Ibique transeunt ipsam Verissam fluvium ad modum crucis et dividunt aliam vallem similiter per medium in longum, usque ad monticulum perveniatur, qui ratione metarum est comportatus. Qui monticulus adiunctus est lacui, qui dicitur Ostrovithe. Abhinc namque directe metae extenduntur usque ad locum, ubi Rutcowinza rivulus cadit in fluvium Wetuza nominatum. Arrepto itaque rivulo Rutcowinza sursum cum utroque litore ac omni utilitate, quae potest haberi, donec ad viam, quae transit ipsum rivulum eundo de Wisino in Tszow (c), ibique relicto rivulo praenominatae metae tendunt directe in Chocholce, ipsum locum villae per medium dividendo. Abhinc denique recte extendendo, quousque perveniatur in Litocrew, qui locus villae similiter dividitur per medium. Et ab eodem loco procedentes, recte perveniunt ad monticulum, qui etiam causa metarum est conglobatus, ibique crux in lapide sculpta habetur et ibi viam tenentem mercatorum, quae ducit de Gdanczk in Stargrod, quae dicitur via domini Grimislavi (d), metae procedunt ad rivulum Milechownitza ibique relicta via praefati

domini Grimislavi, vadunt per descensum dicti rivuli Milechownize, habentes utrumque litus, qui simul cum Iastrimba cadunt in lacum Stenco nominatum, cuius lacus tenentes
p. 163 sinistro la*tere situs tendunt versus Stargrod, donec perveniatur ad paludes, quas in longum per medium dividentes, veniunt ad viam, quae currit de Stargrod in Trsow, ibique arrepto rivulo cum utroque litore, qui dicitur Retima, gradiuntur metae, usque perveniatur ad lacum Retime nuncupatum, qui ex integro attinet praefatis fratribus Ierosolomitanis. Deinde sequuntur metae rivulum Retimam per descensum utrumque litus tenentes, donec perveniatur, ubi cadit in Verissam. Insuper etiam damus Ricosino cum omnibus metis ac utilitatibus et cum iure superius annotato. Praeterea quoque ob maiorem mercedem do eidem hospitali ecclesiam in Lubissow (e) in honore sanctae Trinitatis consecratam cum omni prebenda, quam ibidem ordinaveram duobus capellanis Domino iugiter servituris, cum decima trium villarum, scilicet Lubissow, Thessow et Bale, quam dedit eidem ecclesiae episcopus Stephanus (f), quando eam consecravit. Insuper contulit de propria bona voluntate ac auctoritate sua ac ipsius capituli libero consensu decimas (g) super alias omnes possessiones ipsorum superius anominatas, liberas perpetuis temporibus possidendas, sicut antea 24 annis libere possederunt in exstirpatis agris, in silvis, in virgultis et in pratis, ubi in posterum agricultura poterit haberi in praesenti et futuro. Etiam cum omni decimatione araturae meae in omni provincia Iatlinensi, cum omni decima castrorum Verissae et Wislae, cum decima omnium salmonum et sturionum et aliorum piscium, cum decima poledrorum (h), vitulorum, agnorum, porcellorum et anserum, decimam sarcinam allec de thelonio (i), decimam marcam de moneta et taberna. Haec omnia nominata sunt et recitata in die beati Martini in consecratione ecclesiae Beatae Mariae Virginis in Sweze (k), in audientia multorum, qui aderant, sub sententia anathematis a praenominato episcopo Wladislaviensis ecclesiae cum extinctione candelarum praefato hospitali confirmata. Et ut omnia ibidem illibata permaneant et intacta, sigillo ipsius episcopi et meo atque ipsius capituli libera voluntate
p. 164 et consen*su duximus praesentem paginam roborandam. Actum anno Domini 1198. Testes, qui affuerunt. Paulus filius Buguslai palatinus in Sweze, Simon Coslowicz palatinus in Gdanzk, Wilhelmus presbiter, magister Conradus, Bertoldus et Waltherus archidiaconi, Vincentius, Egidius, Paulus capellani, Wilhelmus de Swecze, Ioannes de Wissegrod presbyteri, dominus Dirsek, Bartholomaeus de Stetin, filii Dobrogosti Nicolaus, Vincentius, Tomislaus et Dobrogost cognatus eorum et pincerna episcopi Vlotz et alii multi clerici et laici nobiles et ignobiles (*).

Litterae hae reperiuntur in codice diplomatico Pomeraniae

---

[1]) Dreger, Codex diplomaticus. Stettin 1748. I, 59.

tom. I. pag. 59 [1]). (a) Starogardia. (b) die Verse so bey Stargard flüßet. (c) Tszow: Dirsavia. (d) dieser Weg, den Grimislaus machen lassen von Dantzig nach Stargard, kommet in vielen Grentz-Beschreibungen biß ins 14 seculum vor. (e) Lybiszewo: daselbst ist ein fürstl. Schloß gewesen, woraus nachher der Orden ein Comptorey gemacht. (f) Stephanus, episcopus Vladislaviensis XIV, ab anno 1191. Damalewicz p. 149 [1]) scribit ipsum mortuum esse 1197, sed error manifestus est. (g) die 24 Jahr geben zu erkennen, wie alt das Christenthum damahls in Pommerellen gewesen. (h) Poledrus: ein Füllen, oder jung Pferd. (i) der 10 Korb Hering. (k) Swecz wird auch zu Grimlslai Antheil gehöret haben. (*) dieser pommersche Hertzog von der Dantziger Linie Grimislaus ist den pommerschen Historicis noch nicht bekannt gewesen, indeßen hat es damit seine Richtigkeit, und hat er den district von Stargard und Swecz beßeßen. Und der Iohanniter-Orden hat ersteren lange Zeit inne gehabt, biß er endlich selbigen dem Teutschen Orden nebst Schöneck Wartenberg überlaßen. Dux Mestvinus II. hat anno 1291 dieses privilegium confirmiret, als auch Gregorius IX. summus pontifex 1239, wie folget.

*Confirmatio antedictae fundationis a summo pontifice [2]): Gregorius episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis priori et fratribus hospitalis Ierosolimitani in Morawia salutem et apostolicam benedictionem. Iustis petentium desideriis dignum est nos facilem praebere consensum et vota, quae a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, de Lubesow et de Stargrod domos cum pertinentiis suis, quas vobis a clarae memoriae Grimislao, principe Pomeraniae, prout pertinebant ad ipsum, exemptas ab omni exactione saeculari, pia et provida liberalitate asseritis esse concessas, velut in eius litteris exinde confectis plenius noscitur contineri, sicut eas iuste ac pacifice possidetis, vobis et per vos hospitali vestro auctoritate apostolica confirmamus et praesentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum [3]) hanc paginam nostrae confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Laterani XII. kalendas Aprilis, pontificatus nostri anno duodecimo (id est anno Domini 1239). p. 165

---

[1]) Damalewicz, Vitae Vladislav. episcoporum 1642. p. 149. Postremum episcopi Stephani mentio fit anno 1198, quo tempore ecclesia Suecensis consecrata est.

[2]) Dreger, Codex diplomaticus. Stettin 1748. I, 193; Pommerellisches Urkundenbuch p. 54.

[3]) Omissum: liceat.

Confirmatio eiusdem a Mestwino II. duce Pomeraniae 1291 [1]): In nomine Domini Amen. Nos Mestvinus, Dei gratia dux Pomeraniae, omnibus praesentes litteras audituris seu visuris in perpetuum. Universitati tam praesentium quam futurorum recognoscimus et praesentibus protestamur, Nos litteras illustris principis domini Grimislai, bonae memoriae quondam ducis Pomeraniae, vidisse et audivisse non abolitas, non cancellatas, nec in aliqua parte sui vitiatas in haec verba:
p. 166 Ego Grimislaus, Dei gratia unus de principibus Po*meraniae, dudum audiens etc., uti supra, usque ad verba finalia: clerici et laici nobiles et ignobiles. Sequitur confirmatio: Omnia igitur et singula bona praenominata cum omnibus utilitatibus et terminis suis, sicut in privilegiis praedictorum fratrum vidimus et audivimus contineri, quae videlicet bona ab anno Domini superius annotato iusto titulo possederunt et possident in praesenti, saepedictis fratribus de Lubesow hospitalariis Ierosolomitanis in praesentiarum nostro sigillo innovamus et confirmamus iure haereditario perhenniter possidendo. In cuius rei testimonium praesentem litteram ad petitionem fratris Bertoldi de Salcza et fratris Ioannis de Rogow et fratris Thomae de Primus (a) nostri sigilli munimine roboramus. Datum anno Domini 1291 in die beatae Agathae virginis. Testes sunt: Dominus Rutkerus abbas de Oliva, frater Petrus prior de Quercu (b), Henricus cellerarius de Pölplin, Swenzo palatinus de Gdanczk, Pretslaus subcamerarius de Belgard (c), Sislaus tribunus de Gdanczk et alii quamplures nobiles et ignobiles [2]).

(a) diese 3 sind Brüder des Iohanniter Ordens gewesen, und vermuthlich die beyden letztere aus Pommern, so sich nach den Dörfern Roggow und Primhusen genannt. (b) id est prior ad sanctum Adalbertum penes Gedanum ordinis Cluniacensis. (c) dieses Belgard ist das Dorf bey Lauenburg: woselbst hinter der Kirche der hohe Burgwall auf einem berge samt den ruderibus des alten Schloßes noch zu sehn.

Haec in praefato codice diplomatico p. 62 et 193, sequentia vero p. 229 et 269.

Confirmatio eiusdem a Michaele, episcopo Vladislaviensi [3]): In nomine Domini Amen. Michael, Dei gratia Vladislaviensis ecclesiae episcopus, universis Christi fidelibus
p. 167 praesentibus et futuris, ad quos praesens scriptum deve*nerit, salutem in Domino. Cum pietatis opera exhibita in terris multiplici fructu recompensentur a Domino in coelis, diem

---

[1]) Pommerellisches Urkundenbuch. p. 424; Dreger, Codex diplomaticus. Stettin 1748. I, 62.

[2]) Dreger, Codex diplomaticus. Stettin 1748. I, 59 et I, 193; sequentia vero I, 229 et I, 269.

[3]) Pommerellisches Urkudenbuch. p. 67 sq., Dreger I, 229. Hoc documentum non est genuinum.

messionis extremae cogitantes, debemus operibus misericordiae insudare, cum pietas ad omnia valeat, habens in se repromissionem vitae, quae nunc est, secundum apostolum et futurae, maxime Salvatoris nostri doctrinam in evangelio attendentes dicentem: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequuntur. Praeterea cum privilegium ecclesiae fratrum de Lubesow datum super decimas per Vnblem dominum Stephanum episcopum piae memoriae praedecessorem nostrum, videlicet in ipsa villa Lubeschow, in Thessow et in Bale et super alias possessiones ipsorum in silvis, in virgultis et in pratis, ubi in posterum agricultura potest haberi, vidimus per negligentiam a muribus corrosum, maculatum et destructum. Nos ergo ad petitionem domini Samborii, principis Pomeraniae (*), ac praedictorum fratrum de Lubeschow ordinis hospitalis sancti Ioannis Baptistae inclinati, ob reverentiam sanctae Trinitatis, in cuius honore ecclesia ibidem habetur consecrata, pro peccatis nostris et praedecessorum nostrorum praedictum privilegium curavimus corrigere ac emendare et nostra littera renovare ac confirmare. Et ne cuiquam in posterum aliquid dubium oriatur, praesentem paginam nostro sigillo nostrique capituli ac eius consensu fecimus roborari. Praesentibus his: Stephano et Stephano canonicis Crusviciensis ecclesiae, Wilhelmo plebano de Gdanz, Rudolpho plebano de Stolp, Gneumero Schulankowicz et Kunisto subcamerario aliisque pluribus Christi fidelibus. Datum in Parchan anno Domini 1243. — (*) Dieser Samborius Hertzogs Svantopolcs Bruder hat sich auch sonst von dieser residenz Lubesow oder Liubescho geschrieben und hat entweder ein besonderes Schloß, außer der Iohanniter Compterey daselbst gehabt, oder hat mit den Rittern zusammen gewohnet, denn Lubeschow ist damals schon ein Compterey gewesen.

*Litterae ad idem a Swantopolco Duce Pomeraniae[1]): In nomine Domini Amen. Quoniam dignum est divinis obsecundare mandatis et veritati testimonium perhibere, Nos Dei gratia dux Swantopolcus Pomeraniae protestamur cum his nostris nobilibus Gneuomiro palatino et Arnoldo palatino de Sweza, Wenceslao subcamerario, Vogen de Golambe, Varesou, castellano de Lubesow, Vireno, Cristec, Sisla, quod frater noster dux Samborius de mera gratia in remissionem peccatorum suorum hospitali sancti Ioannis dedit villam, quae Malenino vocatur, iure perpetuo possidendam. Item protestamur, quod iam olim praeteritis temporibus parentes nostri dederunt villam iure perpetuo, quae Thure vocatur, sed frater Samborius noster, quo ductus spiritu nescimus, bis sine causa praedictas recepit possessiones et cum de patrimonio exularet, fratres hospitalis beati Ioannis in quietam restituimus possessionem iam secundo. Unde ne acta et nostra p. 168

---

[1]) Pommerelisches Urkundenbuch. p. 88; Dreger I, 269.

vera protestatio notitiam effugiant futurorum, praesentem paginam sigilli nostri munimine digne duximus roborandam. Actum anno gratiae 1248 in Slawena in die sanctorum Gervasii et Prothasii.

Grunow Tract. 7 cap. 5. ad eandem rem haec habet[1]): Subislaus der Fürst von Pommern, wolte den Seinen gantz tröstlich seyn, und nachdem er die Klöster Oliva und Zernowitz gestiftet, nahm er auch Rittermäßige Männer auf. Diese waren Brüder des Ordens S. Ioannis genannt, die Creützherrn von Rhodis, von deren Ritterlichen Streiten er viel sagen hörete, und es war auch so. Denen gab er ein den Flecken Stargard, in welchem sie die S. Ioannis Kirche baueten, und sie mit einem Hofe umbgruben. Sie baueten auch Schöneck die Stadt, und bewahreten
p. 169 sie wohl,* denn durch den Weg waren die unglaubigen Preüßen auf Pommerellen sonst eingefallen.

Mit ihrer Sorgfältigkeit und Andacht gaben sie den neüen Christen auf Pommerellen einen sonderlichen Trost. Das konnte der böse Geist nicht leiden, und geschahe, das einem Edlen von Pomezane genannt Teupolo, der ein Riese war, etliche gefangene Pomerellen entliefen, die kamen zu den Iohannitern auf Schöneck, welchen von Stund an nachsetzet der Preüße mit wenigem Volke, nnd schläget auf die Christen, die da waren in der Arbeit, ohne die Ursache zu sagen. Da ermanneten sich die Iohanniter, und erschlugen den edlen Preüßen mit etlichen Knechten. Die anderen kamen gen Rykayoto gleich ins Fest, da man eine Christen-Frau brannte und opferte. Der Bruten Kyrwayto war blutgierig nach Gewohnheit, und befahl im Namen seiner Götter, der Fürst von Pomezan solte das Blut der heil. Bruten von den Christen vergoßen, rächen.

Solches ward kund gethan den Ioannis Brüdern auf Schöneck, die stelleten sich zur Wehre, die Preüßen zu empfangen. Aber der Fürst von Pomezan verzog es was lange, über welches Verziehen die Männer, so von den Iohannitern versamlet waren, verdroßen wurden und wegzogen. Indem kamen die Preüßen, und gewonnen nach einer kleinen Gegenwehr Schöneck, ermordeten alles, was drinnen war, und verstöhreten Schöneck, da es erst 6 Jahre alt war.

Die Güter musten lange Zeit wüste liegen bleiben, biß Mestwin, Swantepols Sohn, die Iohanniter wieder einsetzete. Weil denn die Brüder Deütschen Hauses einen Zuspruch vermeinten zu haben
pag. 170 * auf das Land von Pommerellen, verhinderten sie diesen Bau durch Zuspruch, wenn sie mit ihnen im Lande waren gewesen, da man den deütschen Orden überzog (*).

Darum als der Hohemeister Siegfried von Feuchtwangen Pommerellen kaufte, so bauete Bruder Theodotus von Florentz Stargard auf eine andere Stelle, da die Stadt nun ligt, damit die Iohanniter Ritter nicht ein genüge hatten. Am Schöneck machten sie den Iohanniter Rittern eine Gestalt (†). Denn der Brüder

[1]) Grunaus Preuss. Chronik herausgegeb. von Perlbach. Leipzig 1876. tract. 7. c. 5 § 3 p. 210 sq.

Deütschen Hauses Meinung war, das sie alleine wollten regieren. (*) nemlich als Hertzog Suantepolk mit dem Deutschen Orden in Streit gerathen, hat er sich ihrer Hülfe wieder jene gebrauchet. (†) id est einen Vergleich oder Vertrag. Und haben die Deütschen Ritter vermutlich durch einen Tausch gegen andere Gütter, jene befriediget.

Ecclesia Lubiszeviensis.

Ex praemissis documentis ecclesiae huius antiquitatem addiscimus[1] et dum litterarum contenta mature perpenderimus, plurimam venerationem erga ecclesiam et locum hunc habituri sumus. In primo diplomate occurrunt verba haec[2]: Praeterea quoque ob maiorem mercedem do eidem hospitali ecclesiam in Lubissow in honore sanctae Trinitatis consecratam cum omni praebenda, quam ibidem ordinaveram duobus capellanis Domino iugiter servituris, cum decima 3 villarum, scilicet Lubissow, Thessow et Bale, quam dedit eidem ecclesiae episcopus Stephanus, quando eam consecravit. Idem occurrit in diplomate Michaelis episcopi Vladislaviensis. Instruimur ex his, ecclesiam Lubiszeviensem sub ipsis christianae religionis in Pomerellia initiis assurrexisse, a Stephano, episcopo Vladislaviensi, ante annum 1198 consecratam fuisse, * dein p. 171
equitibus (qui hodie Melitenses dicuntur) hospitalis s. Ioannis in Ierusalem traditam, qui erecto ibidem conventu (Comptorey) in plures annos Domino Deo servierunt christianosque Pomeranos contra gentiles Pruthenos defenderunt, donec tandem pacatis rebus pro commutatione aeque bona locum hunc ordini Theutonico in Prussia resignarent. Secundo, quod castrum Lubiszeviense locus solitae residentiae principum olim Pomeraniae fuerit adeoque quod iidem ibidem praeter ecclesiam etiam capellam domesticam habuerint capellanosque ad latus aluerint. Tertio villam Lubiszewo celebrem reddit gloriosa illa victoria Polonorum de rebellibus Gedanensibus 1577, cuius passim

---

[1]) cfr. Kujot l. c. Roczniki IX, 40, 54.
[2]) p. 168.

aevi istius scriptores recordantur. Stanislaus Karnkovius epistola 28 lib. 3 [1]) asserit Gedanensium 8000 protunc ad Lubiszeviam caesa esse a Polonis, sed minuunt alii numerum hunc.

Hodie Lubiszewo omnem illum veterem splendorem amisit, castri istius principum Pomeraniae, conventus seu commendariatus hospitalariorum Ierosolimitanorum antiqui vix vestigium superest. Templum, quod nunc ibidem visitur, recentioris fabricae est. Parochia Lubiszeviensis incorporata est ecclesiae Dirszaviensi adeoque parochi Lubiszevienses ipsissimi, qui praepositi Dirszavienses sunt.

Praepositura Skarszeviensis et Sczodroviensis.

Intelleximus ex superioribus monumentis equites Hierosolimitani s. Ioannis civitatem Skarszeviensem excitasse, et quis dubitare velit, quin hi religiosi viri initium huius civitatis per erectionem ecclesiae ibidem fecerint. Titulus seu patrocinium ecclesiae eiusdemque parietes vetusti ac ipsa civitatis insignia, nempe caput s. Ioannis in disco, nos ad id statuendum pertrahunt.
p. 172 Et quamvis superius legamus [2])*, civitatem Skarszeviensem sexto a fundatione sui anno a Pomesanis gentilibus desolatam esse, quid credere cohibet, quin equites illi religiosi et generosi protinus recedentibus paganis, civitatem et ecclesiam resuscitarint, licet author Grunovius scribat, bona dictorum equitum in plures annos deserta iacuisse.

Ecclesia in Sczodrowo est filialis ecclesiae Skarszeviensis, utraque iurispatronatus sacrae regiae maiestatis.

Praepositi: 1. Ioannes Franciscus Czarlinski, canonicus Vladislaviensis, praepositus Skarszeviensis et

---

[1]) Carncovius, Epistolae illustrium virorum. Cracoviae 1578. lib. III. ep. 30: Ioanni Francisco cardinali Commendono Stanislaus Carncovius, episcopus Vladislav.

[2]) p. 172.

Dirszaviensis ab anno 1682 usque 1693, quo obiit 4. Octobris. Vide: Praepositi Dirszavienses no. 1 [1]).

2. Ioannes Casimirus Iugowski, canonicus Vladislaviensis, dein archidiaconus Pomeraniae, praepositus Skarszeviensis et Mevensis, sacrae regiae maiestatis secretarius 1698. Vide: Archidiaconi Pomeraniae no. 11 [2]).

2. ...[3]) Lewinski, praepositus Skarszeviensis et Sczodroviensis 1726. Nepos ex sorore antedicti Iugowscii.

4. Adamus Stanislaus Grabowski, suffraganeus Posnaniensis, praepositus Skarszeviensis 1731. Deinde episcopus Culmensis, Vladislaviensis, Varmiensis.

5. Franciscus Wybicki, praepositus Skarszeviensis, surrogatus Gedanensis 1743, dein et canonicus Vladislaviensis. Hodie 1749 superstes.

Henricus Adolphus Lemke, praepositus Skarszeviensis 1677. Wysinensis [4]).

Iacobus Odrovius, commendarius Wysinensis et Sczodroviensis 1627. Wysinensis [4]).

Parochia Garczynensis.

Iurispatronatus nobilium possessorum Garczyno.

Parochi: 1. 1642 Albertus Zychecki, commendarius Wysinensis et Garczynensis. Metrica Wysinensis.

2. 1645 Albertus Zlotovius, commendarius Wysinensis et Garczynensis. Metrica Wysinensis.

3. 1707 Bartholomaeus Gorka, commendarius Garczynensis, parochus Wysinensis. Metrica Wysinensis.

4. 1729 resignavit commendam Rndus Dnus Wenda die 11. Martii.

5. 1729 Iosephus Słominski, parochus Garczynensis, 1749 superstes.

---

[1]) p. 158.

[2]) p. 83.

[3]) Lacuna. Cognomen omissum.

[4]) i. e. metrica Wysinensis.

p. 173

*Parochia Iadamovensis.

Iurispatronatus nobilium Klinskich.

Parochi: 1. Ignatius Bielecki institutus parochus Iadamovensis 1727, ubi per 3 annos agens, cum patronum minus sibi faventem experiretur, reddito calculo coram commissariis, Pinczinum se transtulit, ibi 1734 obiit.

2. Ioannes Piączkowski, parochus in Iadamowy et Rekownica 1749.

1701 Bartholomaeus Gorka, parochus Wysinensis, commendarius Iadamovensis, obiit 1708 die 4. Iulii.

Parochia Rekownicensis.

Beneficium tenue, ex tota parochia nonnisi 15 modii utriusque grani in vim decimae proveniunt. Templum exiguum et ruinae proximum. Datur semper in commendam viciniori alicui parocho.

Ecclesia in Przywidza seu Mariensee.

Titulus sancti Francisci Xaverii, vindicata a Lutheranis et restituta catholicis 15. Novembris 1701 ab Illsmo Stanislao Szembek, episcopo Vladislaviensi et Pomeraniae.

Monasteria in decanatu Dirszaviensi.

Unicum est, nempe ordinis Praedicatorum Dirszaviae, fundatum 1289 [1]).

Templa haereticorum.

Dirszaviae, Skarszeviae.

---

[1]) cfr. p. 403 ad calcem; Perlbach, Pommerellisches Urkundenbuch. 1882. p. 405, Schultz, Gesch. des Kreises Dirschau. 1907. p. 119.

(Sciendum parochias et ecclesias in Klodawa, item Nierosino, Przywidza hodie esse de gremio decanatus Gedanensis).

*Decanatus Starogardensis.
p. 174

Circa annum 1642 huic decanatui appropriatae fuere ecclesiae sequentes: Starogard, Lubiszewo, Prussy, Wiale, Peplin, Garczyno, Bobowo, Zblewo, Skarszewy, Kleszczewo, Iabłowo, Grabowo, Lesno, Kokoszkowy, Sczodrowo, Dąbrowka. Damalevicz pag. 46 [2]).

Hodie vero decanatus idem has comprehendit ecclesias: Starogard, Nowa Wies, Iabłowo, Bobowo, Dąbrowka, Lubiechowo, Zblewo, Czersko, Ląg, Kiszewo, Polaszk, Pogutkowo, Kleszczewo, Koziemino, Pinczino, Kokoszkowy, Kłonowka. Lubiszewo, Garczyno, Skarszewy, Sczodrowo sunt in decanatu Dirszaviensi, uti iam supra dictum est; Pruszy, Wiale in decanatu Bütoviensi; de Grabowo, Lesno, quo spectant, non satis compertum habeo.

Praepositura Starogardensis.

Starogard castrum anno Domini 1198 equitibus Ierosolomitanis s. Ioannis donatum fuisse ipsosque mox ibidem domum, id est conventum, erexisse, in diplomatibus superioribus legitur [1]). Ibidem vero protunc iam ecclesiam ab annis saltem 24 extitisse, colligitur ex verbis, quae ad calcem diplomatis primi inveniuntur, nempe quod episcopus Stephanus decimas, quas a 24 annis ex villis circa Starogardiam perceperat, dictis equitibus donaverit.

Cum vero Grunovius [2]) testetur, Starogardiam, postquam Crucigeri Pomerelliam occupaverant (1310), per Theodotum de Florentia ordinis Teutonici in alium locum, ne equites Ioannitae * ullam amplius de ea p. 175

---

[1]) Damalevicz, Vitae Vladislav. episcoporum. 1642. p. 46.
[2]) p. 167.
[3]) p. 172.

praetensionem habere possent, translatam esse, statuendum idcirco est, templum, quod oculis hodie occurrit in Starogard, a Crucigeris post annum 1310 erectum esse[1]).

Praepositi: 1. Laurentius Smugatius, decanus, praepositus Starogardensis, parochus Sokoviensis et Garcensis anno 1635. Smantoviensia[2]). 1630: idem. Zukoviensia[3]).

2. Matthaeus Praetorius, praepositus Starogardensis et Weyheropolensis, historicus regius 1680.

3. Matthias Witramowski, decanus, praepositus Starogardensis, parochus Garcensis 1684.

...[4]) Chmielewski, canonicus Vladislaviensis, praepositus Starogardensis, obiit 1739.

4. Petrus Paulus Sikorski, scholasticus Vladislaviensis, praepositus Starogardensis 1740, obiit 1749[5]).

5. [6])...[7]), Karski, canonicus metropolitanus Gnesnensis.

6. Ioannes Bastkowski anno 1764 adeptus hoc beneficium.

Ecclesia in Nowa Wies.

Filialis est ecclesiae Starogardensis. Utraque collationis regiae[8]).

Ecclesia in Iabłowo[9]).
Parochia Boboviensis.

Tituli s. Adalberti. Michael Piątkowski, decanus Starogardensis, parochus Boboviensis 1730. 1749.

---

[1]) Kujot l. c. Roczniki X, 180 sq.

[2]) Addendum: acta.

[3]) Addendum: Litterae commissionis ad bona Skrzeszewo monasterii Zukoviensis.

[4]) Lacuna. Cognomen Franciscus omissum.

[5]) Bork (Echo sepulchr.) commemorat: Obiit anno circiter 1760.

[6]) Numeri 5 et 6 alia manu additi.

[7]) Lacuna. Cognomen omissum.

[8]) cfr. Fankidejski p. 245. Schematismus d. Bist. Culm. 1904. p. 567.

[9]) cfr. Fontes II, 324, 433.

Ecclesia in Dąbrowka.

Est nunc in decanatu Butoviensi, filialis ecclesiae Graboviensis[1]).

*Parochia Lubiechovensis[2]). p. 176

Parochia Zblevensis.

Ecclesia in Zblewo gaudet titulo et patrocinio s. Nicolai et s. Michaelis.

Parochia Czerscensis et Łąg.

Łąg filialis ecclesia est ecclesiae Czerscensis. 1749 Simon Plutowski, parochus in Czersko et Łąg.

Parochia Kiszewo et Polasztk.

Ecclesia Kisseviensis tituli s. Valentini martyris, ecclesia filialis in antiquo Polasztk titulo s. Nicolai insignita est[3]). Utraque collationis sacrae regiae maiestatis. Kisseviae duplex ecclesia est, una vetus aedificata 1573, sed nunc collapsa et desolata stat sine tecto, in cuius locum ob coemiterium capella erigi debet, altera nova in commodiore loco exstructa.

Parochi: 1. ...[4]) Bekierton.

2. 1700 Ielinski[5]).

3. ...[6]) Białachowski.

4. ...[7]) Chędogowski, qui post aliquod hebdomadas resignavit.

---

[1]) Ab alio quodam haec verba »nunc in decanatu Butoviensi« et »Graboviensi« linea per ipsa traducta uti non recta significantur et loco ultimi verbi scriptum est »antecessae«. — Fontes II, 325, 434; III, 530.

[2]) Schematismus 557.

[3]) cfr. Fankidejski 252; Schematismus 545.

[4]) Lacuna. Cognomen omissum. Parochus Kiszev. a. 1690.

[5]) Ioannes Stanislaus Ielinski.

[6]) Lacuna. Ioannes Białachowski erat parochus Kiszev. a. 1732.

[7]) Lacuna. Chędogowski erat primo parochus Kiszev. anno 1720.

5. 1730 Albertus Kumanowski ab ecclesia Grabovensi illuc translatus, sed post 6 hebdomadas ibidem mortuus.
6. 1731 Chędogowski secundo, obiit 1733.
7. 1733 Michael Gamratowski, commendarius.
8. ...[1]) Iosephus Radziszewski, commendarius.
9. 1734 Iacobus Deduński parochus, 1749 idem.

p. 177 *Parochia Pogutkoviensis, Kleszczeviensis et Kozieminensis.

In Kleszczewo ecclesia hac nostra aetate combusta est, nec amplius reaedificata [2]). In Koziemin iam ultra hominum memoriam ecclesia evanuit, ita ut hodie vix vestigium eiusdem appareat [3]). In utraque villa mansi parochiales et coemiteria saltem supersunt. Sedes reverendorum parochorum olim fuit Kleszczeviae, quae nunc Pogutkoviam translata est, quamvis ibidem reverendi parochi nullos agros possideant.

In Pogutkowo olim 1258 Samborius, dux Pomeraniae, monasterium pro religiosis sacri ordinis Cisterciensium, aedificata ad tempus ecclesia lignea, fundaverat [4]), quod dein 1274 Mestuinus, dux Pomeraniae, Pelplinum transtulit [5]). Mansit itaque ecclesia Pogutkoviensis penes religiosos Pelplinenses. Hac nostra aetate, combusta ecclesia in Kleszczewo collapsaque veteri lignea in Pogutkowo, ibidem Rmus abbas Thomas Czapski cum conventu Pelplinensi elegans et magnificum exstruxit templum in memoriam primae fundationis Pelplinensis. Fuitque mens ad ecclesiam hanc excitato commodo domicilio, locare patres sex, qui in hoc loco ad satisfaciendum intentioni primorum fundatorum quotidie cursum de Beata Maria Virgine

---

[1]) Lacuna. Ioseph Radziszewski praefuit ecclesiae Kiszev. ab a. 1733 — 1734.
[2]) Fankidejski p. 249.
[3]) Fankidejski p. 248.
[4]) Pommerellisches Urkundenbuch p. 143.
[5]) Pommerellisches Urkundenbuch p. 211.

decantarent et alias fundatorum memoriam haberent ac munus parochiale vigore privilegiorum sui ordinis, quandoquidem pleraeque in hac parochia villae sunt ditionis Pelplinensis, obirent. Sed intentionem hanc praevenit Illmus Rndmus DD. Christophorus Szembek, loci ordinarius, qui ecclesia Pogutkoviensi reaedificata, protinus ad eandem instituit parochum saecularis, ut vocant, cleri.

Fuit is 1. Michael Rapczynski, quondam miles in castris caesarianis, dein theologiae moralis in universitate Coloniensi sub patre Claudio de la Croix Societatis Iesu studiosus ac tandem parochus Pogutkoviensis ab illustrissimo loci ordinario, ut dixi, institutus [1]. Qui hanc ecclesiam in multos annos rexit, donec religiosi Pelplinenses faven* tiorem sibi praesulem p. 178
invenirent, cuius suasu Rndus Rapczynski, aliunde senio confectus, 1748 parochiam hanc non tam libenter, quam reverenter resignavit, alibi de praebenda provisus. Quem immediate excepit

2. 1748 pater Iosephus Pohl, Varmiensis, quondam prior Pelplinensis, sed eodem anno in Septembri mortuus.

3. 1749 die 21. Februarii ab illustrissimo loci ordinario ad praesentationem Rmi abbatis et conventus Pelplinensis institutus parochus Pogutkoviensis pater Albertus Białachowski, professus Pelplinensis.

Parochia Pinczynensis.

Ecclesia in Pinczyn insignata est titulo s. Elisabethae viduae estque iuris patronatus regii. Cuius parochiani sunt incolae villarum: *Pinczyno, Pinczynek* vulgo *Kłutnik, Samlin, Samlinek* vulgo *Parpat*, bonorum regalium capitaneatus Kiszeviensis. Item *Gora, Pustkowo* do niey, *Borowa Karczma* germanice: Stobben Krug, *Nowy Dworzec, Piszenica, Pisianski Bukowiec, Sucemino, Suceminek, Suceminski Pustkowo*, bonorum terrestrium.

1. Michael Gamratowski, parochus Pinczynensis

[1]) circa a. 1722.

anno Domini 1746 ab Illsmo loci ordinario institutus, poenitentiarius Zukoviensis [1]).

Ecclesia in Kokoszkowy [2]).
Ecclesia in Klonowka.

...[3]) Cwiklinski, parochus Klonoviensis et Raykoviensis, obiit 1738. 1686 Paulus Thaddaeus Nurowski parochus Raykoviensis et Klonoviensis.

p. 179 *Ecclesia Graboviensis.

Est hodie in decanatu Bütoviensi.

Ecclesia in Lesno [4]).
Parochia Pelplinensis.

Ecclesia parochialis in Pelplin regitur semper per sacerdotem religiosum conventus Pelplinensis vigore privilegiorum sacri ordinis Cisterciensium.

---

[1]) Bork (Echo sepulchralis) commemorat sequentes rectores ecclesiae Pinczyn. Circa a. 1710 Ioannes Lwowski, parochus Pinczyn., fit eius mentio in litteris institutionis R. D. Gamratowski, de quo infra. Anno 1733 obiit Ignatius Bielecki, commendarius Pinczyn. Illi successit a. 1733 die 28. Augusti R. D. Michael Gamratowski, commendarius Pinczyn., designatus ab Illsmo Dominico Sienienski, episcopo Maroniensi, officiali Gedanensi, deinde a. 1741 die 12. Iulii praevia praesentatione regia institutus a Perillri R. D. Ioanne Francisco Fahl, utriusque iuris doctore, custode Volboriensi, praeposito Dirsaviensi, consistorii generalis Gedanensis iudice delegato, ad institutionem eius commissario literis Varsavia die 16. Martii datis ab Illsmo Grabowski, episcopo Vladislaviensi constituto... Anno 1746 Gamratovio ad poenitentiaratum Zukoviensem promoto in beneficio Pinczynensi ex commendatione religiosissimae Constantiae Wolska, priorissae Zukoviensis, successit A. R. D. Sliwiński, olim vicarius Oxiviensis, de monasterio Zukoviensi benemeritus.

[2]) cfr. Fontes I, 67; II, 229, 293.

[3]) Lacuna, cognomen omissum.

[4]) nunc in decanatu Tucholiensi.

Monasteria in decanatu Starogardensi.

Unicum Pelplinense sacri ordinis Cisterciensium sed percelebre, fundatum primo 1258 in Pogutkowo, dein 1274 translatum Pelplinum. De quo infra pag. 327.

Delubra haereticorum.

Starogard, Polasztk nowy, quod ab Illsmo Rozrazevio episcopo quondam iam ex faucibus luporum ereptum fuisse [1]) testatur Damalevicz pag. 416, Kiszewo nowy.

*Decanatus Mevensis. p. 180

In quo sunt ecclesiae hae: Meva, Barłozyno, Garc, Tymawo, Walichnowo, Lignowo, Raikowo, Dzierząwno, Nowa Cerkiew, ita Damalevicz pag. 46 [2]).

Decanatum hunc pestifera haeresis olim Sigismundi Augusti regis temporibus sic invaserat, quod vix aliqua ecclesia catholicis supermanserit. De qua re Damalevicz pag. 416 [3]) haec habet: Illsmus et Rmus DD. Hieronymus comes a Rozrazew, episcopus Vladislaviensis, plurimas ecclesias archidiaconatus Pomeraniae e manibus haereticorum convictorum iure vindicavit anno Domini 1596 intra duos menses Iulium et Augustum easque sacerdotibus competenti scientia instructis addixit: Mevensem, Raikoviensem Barłozynensem, Garcensem, Valichnoviensem, Polasztoviensem, Lignoviensem, Kielnensem, Szynwaldensem, Przodkoviensem.

Praepositura Mevensis.

Possideo aliquod vetus manuscriptum, in quo praeter alia de progressu haereseos in archidiaconatu Pomeraniae haec inveniuntur: Anno 1570 hat die Stadt

---

[1]) Fontes III, 527.
[2]) Damalevicz, Vitae Vladislav. episcoporum. 1642. p. 46; cfr. Fontes III, 527 et 536.
[3]) Damalevicz l. c.

Mewe ein fürtreffliches privilegium vom König Sigismund
August erhalten wegen der Religion, in welchem diese
Wort enthalten: permittimus ex gratia et benignitate
nostra regia civitati nostrae praedictae liberam prae-
dicationem et ministerium evangelii ac verum et in-
tegrum sacramentum baptismatis et coenae Dominicae
usum secundum institutionem Christi ritibus Augustanae
p. 181 confessionis in ecclesia eiusdem, * concedimus insuper
magistratui civili cum consensu praecipuorum viros
doctos et omni labe haereseos carentes libere vocandi
et adhibendi vocatosque retinendi.

Perniciosae huic libertati obviando instituit Illsmus Rozrazevius contra magistratum Mevensem 1594 processum in iudiciis assessorialibus obtentoque decreto 1596 [1]), instituit protinus ad ecclesiam ibidem legitimum praepositum Rndum Dnum Hega. De qua re Lengnich tom. 4. pag. 248 [2]): die Mewer hatten endlich die ihnen abgesprochene Kirche dem Catholischen Pfarrer Hega eingeräumet.

Praepositi: 1. 1596...[3]) Hega praepositus Mevensis.

2. 1684 Ioannes Iosephus Martini, decanus, praepositus Mevensis, Timaviensis, Valichnoviensis parochus, surrogatus Gedanensis.

3. 1698 Ioannes Casimirus Iugowski, canonicus Vladislaviensis, praepositus Mevensis, Skarszeviensis, sacrae regiae maiestatis secretarius, dein et archidiaconus Pomeraniae. Obiit Mevae 28. Februarii 1726.

4. 1736 Michael Dąbrowski, canonicus Posnanensis, praepositus Mevensis, 1749 idem.

Parochia Barłozynensis [4]).
Parochia Garcensis.

1. Laurentius Smugatius, decanus, praepositus Starogardensis, parochus Garcensis 1635. Smątou [5]).

---

[1]) cfr. Fontes III, 520.
[2]) Lengnich, Gesch. der preuss. Lande a. 1597 p. 248.
[3]) Lacuna. Addendum: Georgius.
[4]) cfr. Fontes I, 164; II, 304, 320, 430.
[5]) i. e. acta Cartusiae super pratum Smantov.

2. Martinus Smiglewski, surrogatus Gedanensis, parochus Garcensis 1658. Goręczin [1]).

3. Michael Dąbrowski, surrogatus Gedanensis, parochus Garcensis 1733.

4. Iosephus de Matthy, canonicus Crusvicensis et Livonensis, parochus Garcensis, qui 1738 ivit * in Lotharingiam ad regem Stanislaum. Quo absente egerunt: p. 182

1739 ...[2]) Gurski.
1740 Matthias Wisniewski. } commendarii.
1741 ...[2]) Sliwinski.

5. Thomas Klinowski, parochus Garcensis 1746.

Matthias Casimirus Witramowski, parochus Garcensis, commissarius ad visitandas ecclesias Pomeraniae 1664.

Parochia Timaviensis.

Ioannes Iosephus Martini, decanus, praepositus Mevensis, parochus Timaviensis 1684.

Parochia Valichnoviensis.

1. Ioannes Iosephus Martini, decanus, praepositus Mevensis, parochus Valichnoviensis 1684.

2. Martinus Augustinus Szela, canonicus Crusvicensis, decanus Gedanensis, parochus Valichnoviensis 1715.

3. Bonaventura Henigke, Regiomontanus, iuris utriusque doctor, custos Vladislaviensis, canonicus Varmiensis, parochus Valichnoviensis 1727 — 1740.

4. Ioannes Kiesing, Regiomontanus, parochus Valichnoviensis 1742. 1749.

Parochia Lignoviensis.

1. Iacobus Iosephus Pirucki, parochus Lignoviensis 1686.

---

[1]) i. e. Goręczynensis metrica.
[2]) Lacuna. Cognomen omissum.

2. Adamus Kos, canonicus Vladislaviensis, parochus Lignoviensis 1728.
3. Carolus Ianowski, decanus Mevensis, parochus Lignoviensis 1724.

p. 183

*Parochia Raykoviensis.

1. Paulus Nurowski, parochus Raykoviensis 1686. Acta Zukoviensia.
2. ...[1]) Cwiklinski, parochus Raykoviensis et Klonoviensis, obiit 1738.
3. ...[1]) Iankowski, parochus Raykoviensis institutus 1738, obiit 1746.
4. ...[1]) Łabiński parochus Raykoviensis 1746 — 47, nunc parochus Skorcensis.
5. Nicolaus Kuchtowski, parochus Raykoviensis 1748.

Nowa Cerkiew.

Villa mensae abbatialis Pelplinensis adeoque et iuris patronatus ipsius Rmi abbatis. Templum una cum campanili ex solido muro, opus priscae aetatis. Ecclesiam hanc regit ab aliquot iam annis
1. Rndus P. Nivardus Wyczechowski, professus Pelplinensis, sacri ordinis Cisterciensis.

Dzierząźno[2]).

p. 184

*Decanatus Novensis.

Damalevicz pag. 46 [3]) ad decanatum hunc revocat ecclesias sequentes: Nowe, Lalkowy, Pieniązkowo, Komorsko, Płochocin, Iania, Opalenie, Piaseczno, Dzwierzno, Kłonowka, Krolowylas, Osiek, Lubien,

---

[1]) Lacuna. Cognomen omissum.
[2]) Fontes I, 75, 165; II, 390.
[3]) Damalevicz, Vitae Vladislav. episcoporum. 1642. p. 46.

Czarnylas, Pienczewo, Skorcz, Bzowo. Nunc (1749) Kłonowka decanatui Starogardensi, Osiek vero Suecensi adnumeratur.

Praepositura Novensis.

Ecclesiam hanc Subislaum, ducem Pomeraniae, construxisse atque dotasse nonnulli perhibent. Ipsa templi moles et vetustas loquitur, se non ab humilis conditionis et recentioris aetatis viro, sed aut a Subislao antedicto aut ab alio aliquo Pomeraniae principe priscis temporibus conditum esse [1]. Praepositura haec est nunc iuris patronatus regii. Praepositi:

1. 1409: Nicolaus Kleine. Acta Cartusiae.
2. 1686: Stanislaus Cymmerman. Acta Zukoviensia.
3. 1730: Laurentius Behme, hactenus decanus et praepositus Novensis, renunciavit dignitati et beneficio factus in Aprili praepositus Suecensis. Cui successit
4. 1730: Andreas Maiewski, decanus et praepositus Novensis. 1749 adhuc in vivis.

* Lałkowy. [2] p. 185

Pieniązkowo.

De ecclesiae huius constructione Niesiecki tom. 3. pag. 444 sic inquit [3]: „Ierzy Oleski, herbu Grzymała, naprzod Podkomorzy Malborski, a potym Kasztelan Chełmiński 1568, w Pieniąszkowie blisko Ostrowitego Kościoł y Dzwonicę wymurował z tym napisem:

Summme Deus, quondam quod promisere Parentes
Delubrum, natus consecrat ecce Tibi.
Suscipias vultu placido, gens poscit Oleska,
Perpetuoque lubens incoluisse velis.

W tymże Kościele po śmierci złożony z tym napisem: Hodie mihi, cras tibi. Crediderim, quod iam

---

1) cfr. Schematismus des Bistums Culm. 1904. p. 340.
2) cfr. Fontes I, 70, 156; II, 381.
3) Niesiecki-Bobrowicz VII, 73.

ante huius ecclesiae constructionem vetus aliqua, fortassis lignea, ecclesia in eodem loco steterit, ibidem antiquioribus temporibus parochia fundata fuerit.

Commissio ibidem expedita: Ioannes Theophilus de Kotlewo Grzemski, scholasticus Crusvicensis, parochus Komorscensis, Stanislaus Cymmerman praepositus et parochus Novensis, Paulus Nurowski Raykoviensis, Iacobus Iosephus Pirucki Libnoviensis parochi, commissarii ad actum infrascriptum delegati Generosis Adamo et Stanislao Olesciis innotescimus ad nos pervenisse litteras commissionis, cuius tenor est talis: Ioannes Iosephus Martini, praepositus, decanus Mevensis, Timaviensis, Valichnoviensis parochus, officialatus Gedanensis per Pomeraniam surrogatus iudex, Illri et Adm. RR. DD. Ioanni Theophilo de Kotlewo Grzemski, scholastico Crusvicensi, parocho Komors-
p. 186 censi, Stanislao Cymmerman*Novensi, Paulo Nurowski Raykoviensi, Iacobo Iosepho Pirucki Libnoviensi parochis, fratribus nobis in Christo dilectis, salutem in Domino. Noverint Adm. Rndae Fraternitates Vestrae, quandoquidem Rndus Ioannes Zgierzynski, parochus Lusinensis, beneficium Pieniązkoviense resignare et se totatiliter ad parochiam Lusinensem conferre intendat; ne itaque aliquod praeiudicium successori eiusdem beneficii suppellexque tam ecclesiae quam domus parochialis damnum aliquod patiatur, sed suo ordine bene connotata et conscripta successori conservetur, proinde Vobis suprascriptis Rndis Fraternitatibus Vestris, quorum fidem, pietatem, prudentiam ac in rebus gerendis dexteritatem notam perspectamque habemus, negotium hoc committendum esse duximus, uti quidem in Dei nomine committimus per praesentes, quatenus opportuno tempore per Vos eligendo, praemissis litteris innotescentiae, ad locum loci non obstanti unius vel duorum absentia descendant, iurisdictionem suam commissorialem convocatis vitricis ecclesiae eiusdem fundent et super omnibus inquirant, inventarium ecclesiae et parochiae conficiant, conseminationem hyemalem connotent caeteraque, quae viderint, exequantur praesenti commissione. Nos itaque insistendo

praefatae commissioni, praesentibus uno pro tribus peremptorie innotescendo citamus, quatenus die 14. Iunii hora 9 antemeridiana compareant in domo parochiali Pieniązkoviae ad videnda et audienda praefata omnia iuxta contenta commissionis coram citatis legitime fieri, iurisdictione nostra fundata commissoriali, super omnibus serio inquiri, calculationem evoluti anni proventuum eiusdem iniri, inventarium ecclesiae et parochiae confici, conseminationem hyemalem connotari caeteraque, quae viderimus, huic commissioni necessaria exequi et omnia manibus propriis subscribi et sigilari. Certificantes citatos, quod sive adfuerint sive non, nos ad ea, quae iuris et aequitatis erunt, iuxta contenta commissionis processuros. In quorum fidem etc., datum in residentiis nostris etc., Stanislaus Cymmerman parochus Novensis, Paulus Thaddaeus Nurowski parochus Raykoviensis et Kło*noviensis 1686. p. 187

Parochi: 1. 1686: Ioannes Zgierzynski, qui id beneficium resignavit et ad Lusinensem parochiam in decanatu Mirachoviensi, iuris patronatus Zukoviensis, transivit, ubi et anno 1700 die 23. Martii mortuus, Zukoviae vero sepultus est.

2. 1736: ...[1]) Pienkowski, parochus ibidem, postea privatus beneficio, factus psalterista Vladislaviae et praebendarius ad ecclesiam s. Stanislai.

3. 1740: 1749: Ioannes Kamrowski, parochus ibidem.

Komorsko.

Bona mensae episcopalis, de quibus Damalevicz pag. 179 [2]) sic inquit: Michael de Godzięba, episcopus Vladislaviensis XVII., Idibus Octobris 1246 a Suentopelco, duce Pomeraniae, pro rapinis et incendiis, quibus vastavit bona episcopatus Vladislaviensis, excommunicatione adacto, villam Komorsko in satisfactionem recepit omnibus oneribus servitutis et iudiciorum li-

---

[1]) Lacuna. Cognomen omissum.
[2]) Damalevicz, Vitae Vladislav. episcoporum. 1642. p. 179.

beram. Et pagina 193[1]): Mestuinus, dux Pomeraniae, villam suam parvam Komorsko cum omnibus libertatibus largitus est Wolimiro episcopo XVIII. Et pagina 209[1]): Vislaus, episcopus Vladislaviensis XX (*), fundavit ecclesiam in Komorsko, cui assignavit sortem cum area in villa supradicta, marcam argenti in molendino, quam pro lumine dictae ecclesiae deputavit, decimas item in villis Głowno, Rulewo, Bzewo, Bartkowo et Moleve.

(*) Sedit in cathedra Vladislaviensi ab anno 1284 usque ad 1300, quo obiit.

Parochi: 1. 1586: Ioannes Wągrovecensis, plebanus Comorscensis. Acta Cartusiae B. 105[2]).

p. 188 *2. Ioannes Theophilus de Kotlewo Grzemski, scholasticus Crusvicensis, parochus Komorscensis 1636. Acta Zukoviensia. In rubricella sacri ordinis Praemonstratensium provinciae Poloniae de anno 1696 legitur: Cura et impensis Perillris et Rmi Dni Ioannis Theophili de Kotlewo Grzemski, commissarii seu vicarii et visitatoris generalis per utramque Poloniam et Lithuaniam, ordinis Praemonstratensium, eiusdemque ordinis Strzelnensis et Lanciciensis praepositi infulati, abbatiae Landensis administratoris.

3. 1745 circiter obiit...[3]) Robakowski, a multis annis parochus Komorscensis.

4. 1747: ...[4]) Muradowicz parochus, ibidem parochus.

Płochoczyn[5]).
Iania[6]).
Opalenie[7]).

[1]) Demalevicz, l. c.
[2]) cfr. p. 49 not. 7.
[3]) Lacuna, cognomen omissum. Addendum: Albertus.
[4]) Lacuna, cognomen omissum. Addendum: Iosephus.
[5]) Fontes I, 79, 121; II, 384.
[6]) Fontes I, 73, 158; II, 250, 300.
[7]) Fontes I, 77, 168; II, 251, 301.

*Piaseczno. p. 189

Locus cis Vistulam ab imagine gratiosissima Beatissimae Mariae Virginis a populi ad eandem confluxu, a gratiarum donis huic impertitis miraculisque factis percelebris. Villa alias in capitaneatu Mevensi, iuris patronatus regii.

Parochi: 1. 1700: ...[1]) Matowski. Viri huius meminit pater Rzączynski in historia naturali pag. 46 [2]) his verbis: Vigilantissimo parocho ecclesiae Piaseczanensis Mątowski. Item tom. I Preußische Sammlung pag. 35 [3]), ubi vero dicitur Inątowski, sed perperam.

2. 1728: Simon Myszkiewicz, parochus Piaseczanensis.

3. 1730: Adamus Niesiołowski, parochus Piaseczanensis, 1749 superstes.

Dzwierzno[4]).

Krolowylas[5]).

*Lubien[6]). p. 190

Czarnylas[7]).

Pienczewo.

1. 1714: circiter...[8]) Łęski, parochus Pączeviensis, decanus Starogardensis.

2. 1730: ...[8]) Ustarbowski, parochus ibidem.

---

[1]) Lacuna, Cognomen omissum.

[2]) Rzączynski, Historia naturalis curiosa regni Poloniae. Sandomiriae 1720. p. 46.

[3]) Preussische Sammlung allerley Urkunden. Bd. I. Danzig 1747. p. 35.

[4]) In commemoratione huius, quae nunquam fuit, parochiae sequitur Schwengelius Damalevicium.

[5]) Fontes I, 74, 163; III, 449.

[6]) Fontes I, 78, 170; II, 384, 417; Schematis. d. Bist. Culm p. 329.

[7]) Fontes II, 304, 438.

[8]) Lacuna. Cognomen omissum.

3. 1740: Ioannes Gręca, parochus ibidem, olim commendarius Libyszevensis.

Skorcz.

1718: Ignatius Rogaczewski, parochus ibidem, antea Klodavensis, Subcoviensis parochus, obiit circiter 1747.

Bzowo[1].

Monasteria: Unicum est in decanatu Novensi, nempe Neoburgi ordinis s. Francisci strictioris observantiae vulgo patrum Bernardinorum.

p. 191

*Decanatus Svecensis.

Damalevicii[2]) testimonio decanatus iste comprehendit ecclesias has: Swiećie, Ieżewo, Topolno, Drzyczym, Zbisław, Niewiesczyno, Groczno, Lubiewo, Michale, Osiek, Sieroczko, Swięte, Swiękotowo, Poledno, Sliwice, Przysiek.

Communicavit nobis documenta nonnulla de decanatu eodem Rndus Dnus Ignatius Maurzycki, vicarius ecclesiae Svecensis, vir historiae ecclesiasticae deditus, et ecclesias in ipso recenset ordine tali: Lubiewo, Topolno, Bysław, Cekcyn, Sliwice, Drzycim, Osie, Iezewo, Przysiersk, Groczno, Serock, Swiekotowo, Swiecie, Swięte, Michale, Sartawice, Łąkie, Niewiescin.

Decani Svecenses.

1. Laurentius Rynkowski, decanus et parochus Svecensis ab anno 1611 usque ad 1634.

2. Thomas Prusakowski, decanus et praepositus Svecensis ab 1634 usque 1649.

---

[1]) Fontes I, 78, 170; II; 252, 384, 416.
[2]) Damalevicz, Vitae Vladislav. episcoporum. 1642. p. 46.

3. Albertus a Siedlecz Zawodzki, decanus et praepositus Svecensis, obiit 1670.
4. Stanislaus Drozdowski, decanus Svecensis, parochus Grucinensis, 1670 — 1676.
5. Bartholomaeus Pawłowski, officialis Bidgostiensis, decanus Svecensis 1699. Niesiecki [1]). 1722 idem adhuc in vivis, convertit praedicantem infirmum in in Prust. Kowalicki [2]).
6. Ioannes Rulbiecki, decanus Svecensis, parochus Lubieviensis 1711.
7. Gaspar Pierzchalski, parochus Gruczynensis, vicedecanus Svecensis 1730.
8. Bartholomaeus Trochowski, parochus in Sierock, vicedecanus Svecensis 1740.
9. Laurentius Behme, decanus et praepositus Svecensis 1746 — 1749.

*Speculum decanatus Svecensis seu inventarium singularum ecclesiarum res mobiles et immobiles, dotes, proventus parochorum, · organariorum repraesentans, comparatum sub auspiciis Illmi et Rmi Dni Constantini Feliciani Szaniawski, episcopi Cujaviensis et Pomeraniae, a tempore visitationis generalis Perillris et Rmi Dni Ioannis Casimiri Iugowski, archidiaconi Pomeraniae, praepositi Mevensis, anno Dni 1711 labore et studio Illris et Adm. Rndi Dni Ioannis Rulbiecki, decani Svecensis, parochi Lubieviensis. p. 192

Lubiewo.

Spectat ad clavem Camenensem celsissimi primatis regni. In qua ecclesia lignea tecta asseribus (vulgo guntami) cum turri similiter lignea, consecrata sub titulo s. Nicolai pontificis et confessoris. Dedicationis celebrat diem dominicam I. post festum Omnium Sanctorum. In hac visitatione ultima 1711 praesidebat ecclesiae 1. Ioannes Rulbiecki, decanus Svecensis, plebanus Lubieviensis. Qui singularem gratiam praestitit

[1]) Niesiecki-Bobrowicz VII, 263.
[2]) Kowalicki, Katedra kaznodziei niedzielnego. Sandomierz 1725. p. 317.

huic ecclesiae et stante vita de proprio peculio dedit ad manus vitricorum mille florenos, pro quibus comparata est campana maior. 2. Ioannes Iosephus Lęgowski, modernus (1749) rector ecclesiae eiusdem, pariter de laboribus suis procuravit crucem argenteam iustae magnitudinis.

Dos ecclesiae. Agrorum mansi 2 seu in quolibet
campo 20 iugera. In primo versus domum et horrea
sulcorum circiter 32 aut 34 lati, longi ad ipsos limites
Bysłavienses in silva Lubiewiec nuncupata, ibidem
cum silva aliquantum pro colligendo foeno et pascuis
commodioribus, sine additamento ullo. In secundo
inter villanorum totidem sulcorum, ut dicitur pod
Swiekotowo, cum prato 6 curruum foeni vulgo pasieka,
in longitudine agris villanorum aequales, cum addita-
mento sulcorum 16 pod Bysław. Item agri semimansus
olim supplicanti Matthiae parocho a transeunte Illsmo
Matthia Łubienski, archiepiscopo Gnesnensi, in sup-
plementum superadditus et in pacifica possessione ab
annis circiter 50 successoribus parochis fructificans cum
omnibus attinentiis, excepto horto. Hortus aream
p. 193 versus in latitudine mansis*aequalis. Prata latitudini
mansorum aequalia inter silvas a moderno parocho
excisa sine additamentis communibus villanorum.

3. Matthias parochus intra annos 1641 usque 1652.

Topolno.

Duobus milliaribus Sveciis distans, sub Bidgostia sita, ad decanatum Svecensem spectans. Ecclesia Topolnensis olim fuerat lignea, nunc murata. Parochialis est et conventualis patrum ordinis sancti Pauli primi eremitae, fundatorem et promotorem habuit Rmum Dnum Adamum Sigismundum Konarski praepositum, canonicum cathedralem Varmiensem, cum fratre suo germano Mgfco Andrea, succamerario Pomeraniae. Qui supplicarunt Illsmo et Rmo de Niedzielsko Madalinski, episcopo Vladislaviensi et Pomeraniae. Qui praemissis praemittendis et litteris cridae expeditis fratres ordinis nostri fundaverunt, bonis nobis attributis pro susten-

tatione, nimirum praedio Cieleszynek cum 4 subditis et media parte villae Dąbrowka. Locatis quoque 8000 florenis Pruthenicis supra Topolno, a quibus provisio deberet dari, sed a multis annis ferme non datur. Ad ecclesiam hanc spectat cura animarum in Topolno, Rutki, Grabowo, Grabowka et Cieleszyn maiore. Ita testor frater Casimirus, prior Topolnensis. Ecclesia haec non tantum in optimo flore est, sed et gaudet gratiosa imagine Beatae Mariae Virginis. Quod vero iste prior non expresserit annum fundationis et introductionis fratrum [1]), adverto fundationem hanc nondum attingere 100 annos, sicuti inferius audiemus de Drozdowski, qui fuit 1676 plebanus Gruczynensis et Topoliensis ac decanus Svecensis, et forte adhuc diutius sacerdotes saeculares ecclesiam hanc rexerunt. Testimonium illud Topoliense ad archivum decanatus Svecensis datum est 14. Februarii 1712.

*Bysław. p. 194

Villa regia capitaneatus Tucholiensis. Ecclesia murata. Consecrationis habet indicia. Dedicationis celebrat diem dominicam I. post festum s. Michaelis sub titulo Omnium Sanctorum. Pro tempore visitationis die 8. Februarii 1712 regebat hanc ecclesiam. 1. Adm. Rndus Petrus Piechowski, mortuus 31. Octobris 1729, aetatis suae annorum 47, sepultus in ecclesia Bysłaviensi in maiori choro iuxta altare dextrum prope baptisterium 3. Novembris. 2. Modernus rector huius ecclesiae Michael Ignatius Pocwiardowski.

Dos ecclesiae. Agrorum mansi 5, sulcorum 7 in latum in quolibet campo. Additamentum vulgo przydatek ad limites Wełpinenses cum pratis ex utroque extremo agri 60 sulcorum, alias ad modum latitudinis agri scultetiani. Locus hic nuncupatur Osiek, indiget excisione et cultura. Ad limites Lubievienses addita-

---

[1]) Ecclesia in Topolno a. 1681 fundata, a. 1718 consecrata est, anno vero 1682 fratres ord. s. Pauli Erem. introducti sunt.

mentum agri circiter 6 iugerum cum prato circiter 2 curruum foeni, latum ad modum scultetiani. Ad limites Bysławkovienses itidem additamentum agri.

Cekcyn.

Villa regia capitaneatus Tucholiensis. Ecclesia lignea, filialis ecclesiae Bysłaviensis. Superest inscriptio dotis ecclesiae huius a Crucigeris facta, quae Polonico idiomate sic sonat: Privilegium villae Cekcyn: W imię Pana naszego Amen. My Bracia Henryk z Pullendorfu Kommendarz Tucholski wiadomo czyniemi wszystkim, ktorzy tę kartę widziec albo czytaną słyszec będą, iz my za radą i wolą Przewielebnego Henryka Knippenrody Wielkiego Mistrza Zakonu Braci Spitala s. Mariae domu Niemieckiego z Ieruzalem, i za radą i wolą naszych Społbraci Tucholskich gwoli restauracyi Dobr naszych wies Cekcyn,
p. 195 ktora przed*tym Polskiemu Prawu podległa była pod Niemieckie poddalismy Prawo. Ta wies ma włok 80 w granicach swoich, iako im od Braci naszych są wykazane, i tu ieszcze napisano iest. Nayprzod zaczynaiąc od sciany Suminskiey granicy, idąc zas do dębu iednego gdzie naroznica iest, i od narozniku tego dębu idąc znowu do naroznika do granicy rogowey i koziego kąta. Daley od tego koziego kąta idąc do naroznika, konca lasu ktorego zowią Lubon. Ztamtąd idąc az do granic zkonca plebanskieyi łąki. Ztamtąd idąc do Ieziorka Plebanskiego. Od konca Ieziora tego do krzakow między dwiema blotami. Odtąd isc do starey drogi Chełminskiey. Od starey drogi Chełminskiey wprzek isc od granicy do granicy wedle ich Roli, az do Naroznika z konca lasu. Od tego zas isc wedle ich Rol az do wielkiego Ieziora, iednak zas począc od Suminskiey granicy Zamartowskiey drogi przez bor idąc, iako im ograniczono, az do Tucholskiey drogi. Od Tucholskiey drogi zas wedle ich roli do Naroznika podle małego Ieziorka. Od tegoz mieysca prosto isc az do łąki leząceу pod Ieziorem wielkim. X. Pleban Wieyski ma miec 5 włok w tych granicach, i te łąki i to Ieziorko, ktore ich

zdawnosci było. Szałtystwo ma wiec 7 Włok wolnych, a to szołtystwo przedalismy słusznie Nikoszowi i iego Bratu Marcinowi, i to daiemy i uzyczamy im i ich prawym Dziedzicom i Następcom Prawem Chełminskim wolno dziedzicznie i wiecznie osiesć. Mieszkoncy zas Wieyscy maią miec 60 czynszowych włok, i te daiemy i uzyczamy im i ich Dziedzicom dziedzicznie Prawem Chełminskim wiecznie osiesc. Ostatek Włok w granicach ich przez osobliwą łaskę i podłosc roli daiemy im, i uzyczamy im, i*ich Dziedzicom i Następcom Wsi p. 196
na pomoc, zeby tym ochotniey usługowali, i tez mieli zkąd czynsz nasz oddawac. A iezeliby zas napotym pola te zmierzyc i mniey znaleziono, tedy nie powinnismy dokładac, a iezeliby tez więcej znaleziono, to tez maią zotrzymac. Chciemy tez aby pomienioni Szołtysi i ich Dziedzicowie i Następcy mieli trzeci grosz od Win Sądowych, a nam dwa grosza oddali. Daiemy tez tym Mięszkancom Wieyskim i ich Następcom wolną paszą z ich bydłem w borach naszych, i wolno drwa lezące na opał z owey strony Wsi ku Tucholi. Zakazuiemy wyiąwszy to co ma w granicach swoich, i wolne łowienie ryb na ich stoły roznemi sieciami małemi w Iezierze przede Wsią lezącym wolno na wiecznie uzywanie. Za pomienione to udzielnie maią nam i Braci naszym tak słuzyc: Szołtysi iako i insi w Prowincyi Szołtysi, kiedy i iak często im od naszych nakazą. Drudzy zas Obywatele z tych 60 włok, maią nam co rok Czynszu od kazdey Włoki po 20 szkotow zwyczayney Pruskiey monety dawáć na dzien Oczyszczenia Naysw. Panny aliàs na Gromice. A Xięci Arcybiskupi podatek powinni będziemy za nich łozyc, iakosmy przed tym czynili. I dwa kury i korzec owsa Chełminskiey miary maią nam dac, i dzien ieden robic, gdzie im nakazemy. Takze pięc kop rzanney słomy maią nam wespoł od Czynszowych Włok 40 morgow łąki zebrac i zwiesc gdzie my im wykazemy. A co nad to łąk w borach naszych podle nich lezących iest, maią społem tak Szołtysi iako i Gburzy wiecznie dla pozytku swego zotrzymac. I co inne Wsie robią i usługuią Prowincyi naszey, iako budynki nowe

stawiac, stare rozbierac i poprawiac, to oni tez powinni będą czynic, kiedy i iak często i gdzie im od Braci naszych nakazą. Do wiecznego utwierdzenia tey
p. 197 rzeczy przyłozelismy * pieczęc naszą na kartę. Ktora dana iest w Roku 1377 w Swiątki. Swiadkowie są Ucciwi ludzie X. Burka w Tucholi, Pan Ian z Człuchowa nasz Piwniczny, X. Konrad Rotyr Pleban Tucholski, Nikołay Ogorzelinski Burmistrz Tucholski, Arnold Szołtys Wielkomędromirski, Wawrzyniec Szołtys Goztycki i inni pocciwi ludzie. Concordat cum originali.

Ex praesenti privilegio docemur ecclesiam in Cekcyn non a Crucigeris, sed iam longe ante aut a ducibus Pomeraniae aut a regibus Poloniae erectam et dodatam fuisse [1]) Secundo ecclesiam hanc olim parochialem extitisse ac ad archidioecesim Gnesnensem spectasse.

Sliwice.

Villa regia in capitaneatu Svecensi. Ecclesia lignea cum turri lignea, curata a ruina. Consecrationis celebrat diem dominicam I. post festum sancti Francisci confessoris, sub titulo sanctae Catharinae virginis et martyris. Dos ecclesiae mansi 4 cum additamentis proportionatis. Pratum dictum Chmieleniec, aliud Smugi, tertium dubium ex relatione hominum senum dictum Wydarte. Hanc ecclesiam regit ab annis 17 (1712 die 10. Februarii sub actu visitationis generalis) ordinatus ab Illmo et Rmo Thoma Skotnicki, suffraganeo Culmensi:

1. Rndus Dnus Ioannes Rhon parochus, ipse aetatis 46 annorum.
2. Rndus Dnus Ioannes Łęgowski parochus modernus 1749.

Drzycim.

Villa regia in capitaneatu Svecensi. Ecclesia lignea in formam crucis posita, tectum lateritium, cum turri

[1]) cfr. Kujot, Kto założył parafie w dzisiejszej dyecezyi chełmińskiej: Roczniki Towarzystwa Naukowego w Toruniu Toruń 1903. X, 276.

lignea a pie defuncto parocho 1. Marco Makulski anno praeterito reaedificata. Haec ecclesia ab intra nova fabrica fundata, relicta ab extra veteri. Consecrata. Dedicationis celebrat diem dominicam II. post festum sancti Michaelis. Sub titulo omnium Sanctorum et Purifi*cationis Beatae Mariae Virginis, Dos ecclesiae: p. 198
Agrorum mansi 4, in quolibet campo sulcorum 8. Hortus unus ante domum plebanalem iuxta viam, alter versus domum plebanalem proportionatus 4 mansis. Item agrorum mansi 4 antiquitus ratione messalium Grodenensium in possessione parochi et hortus his 4 mansis cum omnibus attinentiis proportionatus, et sic cum agris ablatus anno praeterito, nempe illis ultimo specificatis 4 mansis. Hanc ecclesiam 1712 die 10. Februarii sub visitatione generali regebat annis 3, ordinatus ab Illmo et Rmo Hieronymo Wierzbowski suffraganeo Posnaniensi:

1. Rndus Dnus Iacobus Kraserski parochus ipse aetatis 49 annorum.

2. Rndus Dnus Gaspar Iosephus Boruski parochus modernus 1749.

3. Rndus Dnus Valentinus Sądkowski parochus 1670; vide Svecenses infra[1]).

Osie.

Villa regia in capitaneatu Svecensi. Ecclesia lignea. Dedicationis celebrat diem dominicam III. post Pentecosten. Quae incendio conflagrata die 18. Augusti 1714, per divinam gratiam, opera et applicatione protunc et adhuc in rivis superstite parocho Rndo Dno Michaele Stanislao Poleszka e cineribus resuscitata et reaedificata est 1715 sub titulo sancti Bartholomaei apostoli. Dos ecclesiae: Agri in quolibet campo mansi 4. Pratum iuxta villam foeni 2 curruum vulgo Rozgart. Ibidem ad olera omnis generis horti 2. In silvis pratum dictum Łabęcie, foeni unius currus. Aliud pratum in silvis dictum Xięze. Hanc ecclesiam ad praesens (1712

---

[1]) p. 205 ad calcem.

die 11. Februarii) regit ab anno uno, ordinatus ab Illmo et Rmo Adalberto Bardzinski, suffraganeo Vladislaviensi:

1. Rndus Dnus Michael Poleszka ipse aetatis 31 annorum. Qui fundavit perpetuis temporibus rosarium Beatae Mariae Virginis proprio sumptu, locata ad id pecunia in curia Svecensi 1500 florenorum Pruthenorum anno Dni 1740 die 26. Septembris. De qua summa annuatim in vim provisionis percipit 60 flo-
p. 199 renos, ex quibus successoribus parochis annuatim *cedent pro sacrificio missae suaque persona 34 floreni, organario 16 floreni, ecclesiae pro vino 5 floreni, pauperibus ecclesiae inservientibus 5 floreni. Hanc fundationem secundo inscribere fecit 1746 in Septembri tam in actis civitatis, quam decanatus Svecensis.

Iezewo.

Villa mensae episcopalis spectans ad clavem Komorscensem. Ecclesia in choro minore murata antiquitus, in choro maiore lignea, reaedificata a 1. Rndo Dno Iacobo Donarski parocho antecedaneo. Consecrationis indicium nullum. Sub titulo sanctissimae Trinitatis. Singularem devotionem celebrat sancti Valentini martyris. Anno vero praeterito (1748) modernus rector ecclesiae istius 2. Rndus Dnus Ioannes Szoła, per Rmum Augustinum Klinski, archidiaconum Pomeraniae, procuravit Roma indulgentias de sanctissima Trinitate unaque fundavit devotionem singularem per collectam notabilem supra 1000 florenos monetae Pruthenicae parochianorum magnificorum tum aliorum benefactorum coronae seu rosarii de sactissima Trinitate perpetuis temporibus, locata summa antedicta in bonis nobilium ad provisionem annuam pro missis certis temporibus absolvendis tum pro consolatione cantorum. – Dos ecclesiae: Agri: mansi 4, quintus accessit vulgo Mazurdowska cum suis additamentis et attinentis omnibus. Ager paludem versus vulgo Zulawka capar (!) seminis 6 modiorum. Stagnum inter mansos plebanales et agros praediales vulgo Iezewko. Hanc eccle-

siam protunc (1712 in Februario) regebat annis 2 ordinatus ab Illmo et Rmo Stanislao Dąbski, episcopo Vladislaviensi 3. Rndus Dnus Iacobus Franciscus Glassius, ipse aetatis 48 annorum.

Przysiersk 1711 die 11. Decembris.

Villa regia in capitaneatu Svecensi. Ecclesia vetusta lignea sub titulo sancti Laurentii. Consecrata. Dedicationis celebrat diem dominicam I. post
festum Visi*tationis Beatae Mariae Virginis. Dos p. 200
ecclesiae: Agri mansos habet in duobus campis semitres, in tertio campo 2, quoniam semimansus 1711 per Illsmum castellanum Elbingensem, capitaneum Svecensem, avulsus est, quamvis libri visitationum testentur et indicia limitum doceant habuisse 4 mansos.

1. Rndus Dnus Andreas Hertzowski parochus 1749.

Groczno 12. Februarii 1712.

Villa Rmi capituli Gnesnensis. Beneficium incorporatum collegio vicariorum Gnesnensium, quare ex dioecesi Vladislaviensi nemo ibidem agere potest plebanum, sed duntaxat ex gremio vicariorum antedictorum ex ratione, quod villa ista quondam spectabat ad vicarios istos. Ecclesia tota murata, consecrata. Dedicationis celebrat diem dominicam I. post octavam Assumptionis Beatae Mariae Virginis, sub titulo sancti Ioannis Baptistae. Huius templi maior chorus corruit praesidente 1. Rndo Dno Gasparo Pierzchalski, adiuvante tamen gratia divina, procurante eodem parocho solertissimo reaedificatus. Modo tota ecclesia bene composita, in suo flore permanet cura praelibati pie defuncti parochi ante annos 3 (1746). Dos ecclesiae: Agrorum mansi 4 cum suis attinentiis in quolibet campo. Protunc (1712) praesidebat ecclesiae huic ordinatus ab Illmo et Rmo Adalberto Stawowski, suffraganeo Gnesnensi, 2. Rndus Dnus Stanislaus Sarbski parochus 1712. 3. Rndus

Dnus Stanislaus Drozdowski, parochus Grucinensis, decanus Svecensis 1670 — 1676. Vide infra[1]).

Serock 14 Februarii 1712.

Villa regia. Ecclesia lignea anno 1689 aedificata sub titulo sanctorum Simonis et Iudae apostolorum cum plenaria indulgentia. Celebrat solennitates Beatae Mariae Virginis et singulis dominicis menstruis. Dos ecclesiae: Agri mansi debent esse 4. Ecclesiam hanc protunc regebat 1. Rndus Dnus Simon Baranowski ordinatus ab Illmo et Rmo Severino Szczuka, suffraganeo Culmensi, institutus a Perillri Rmo Adal-
p. 201 berto Bar*dzinski, officiali generali Vladislaviensi, ipse aetatis 46 annorum. 2. Rndus Dnus Bartholomaeus Trochowski, vicedecanus Svecensis, parochus in Serock 1749.

Swiekotowo 15. Februarii 1712.

Villa venerabilis capituli Vladislaviensis. Ecclesia lignea aedificata anno 1644. Concecrata. Dedicationis celebrat diem dominicam I. post festum sancti Matthaei. Sub titulo sancti Martini pontificis. Dos ecclesiae: Agri in quolibet campo, mansi 4 cum suis attinentiis. Hanc ecclesiam protunc rexit ordinatus ab Illmo et Rmo Dno Martino Zaluski, suffraganeo Plocensi, Regiomonti 1. Rndus Dnus Antonius Czapiewski, ipse aetatis 38 annorum. Ad praesens (1749) parochum agit Rndus Dnus 2. Msciszewski Bronk.

Swiecie civitas die 26. Decembris 1712.

Iurispatronatus sacrae regiae maiestatis. Ecclesia de integro lateritia cum porticu, sacristia, turri sibi consimili ac capella vulgo Kaplowska a latere sinistro in figura rotunda, ampla, prolixa, sublimis, ornata, fenestris clara,

---

[1]) cfr. p. 205 ad calcem.

verbo ut matricem totius decanatus et parochialem civi-
tatis regiae decet. Sub titulo sancti Stanislai episcopi et
martyris. Consecrata ab Illsmo et Rmo Rozdrazewski
protunc loci ordinario. Dedicationis celebrat diem do-
minicam I. post festum sancti Michaelis. In hac ecclesia
altaria sunt 12, quodvis horum de cereis aliisque ne-
cessariis providet contubernium unum opificum intra
civitatem, ita quod ecclesia nonnisi 6 lumina ad altare
maius de proprio providere necesse habeat. Dos eccle-
siae: Mansi 2 seu in quolibet campo iugera 20, alias
80 sulci, qui capiunt seminationis hiemalis 45 modios
Svecenses. Pratum unum ferens foeni circiter 8 currus
Hollandicos statim a limite Niedzwiedz in magnis pratis
penes pratum xenodochii maioris, in latum 8 perticis
13 pedibus, in longum 100 perticis. In minoribus
pra*tis de recenti recuperatum pratum, faciens foeni p. 202
4 currus Hollandicos. Item pratulum in magnis pratis
iuxta limitem Niedzwiedz faciens foeni currus 2 medi-
ocres. Item pratulum iuxta Vistulam in magnis pratis
circa finem prati Ianiszewskich faciens foeni currus
4 mediocres et cum aliis attinentiis, uti in actis deca-
nalibus annotatum habetur. Villae parochiales: *Przechowo*
villa regia de mansis 15. 2. *Przechowko* villa regia de
mansis 9. 3. *Kozłowo* villa nobilium, chmetones 4.
4. *Skarszewy* villa nobilium de mansis 16, nunc in
praedium ex villa chmetonum conversa. 5. *Solnowko*
villa civitatis Svecensis de mansis 14. 6. *Solnowo* villa
regia, praedium, scultetia et una chmetonia. 7. *Zdzikowy*
villa nobilium antiquitus, de praesenti nisi agri ad
villam Czaple maius spectantes, messalium nihil prae-
stabant, sed dum Rmus Valentinus Alexander Czapski
(nunc Illsmus episcopus Vladislaviensis) praepositum
ageret, incolae de Czaple citati ad iudicia castrensia
Skarszeviensia iureque convicti, abinde singulis annis
messalium loco praestant 30 florenos monetae Pru-
thenicae. 8. *Wiąg* villa regia de mansis 51. 9. *Czaple
wielkie* de mansis 24. 10. *Czaple małe* de mansis 22.
11. *Sartawice* villa nobilium de mansis 12. 12 Fuit
quondam villa *Sartawiczki*, quae pendebat de mansis
12, sed de his mansis iam pridem Hollandis in Stwo-

lenka minore 9 et ad Wiąga penes insulam Sartavicensem 3 attributi sunt, praestant nihilominus de his in vim decimae 6 modios siliginis, de quibus infra (*) 13. *Morski* praedium bonum. 14. *Kempa* vel *Ostrow* ad Vistulam, villa magna, non dat messalia. In anno superius citato adscriptum habetur: „In qua (Kempie) quandoquidem de recenti villa aedificata et agri conseminati sunt, decimae nondum redduntur, de quibus in iudicio agitur. 15. *Kampa* vulgo *Iedwabka* parvae importantiae. 16. *Kampa Surowska* mediocris
p. 203 importantiae. 17. *Zdzi*kowy przy przewozie.* 18. *Stwolno maius* villa regia de mansis 29. 19. *Bratwin* villa regia de mansis 22. 20. *Stwolenka* villa regia de mansis 20. NB. (*) ad quam villam addidit Illris Sopia Czarnkowska, castellana Międzyrzycensis, capitanea Svecensis, mansos avulsos a Sartawiczek 9 et distribuit inter Hollandos cum obligatione decimas parocho praebendi. De his igitur 9 mansis villa in vim decimae annuatim dat $5\frac{1}{2}$ modios hordei, totidem avenae. 21. *Molendinum Przechowski* 4 modios. 22. *Molendinum Kozłowski* 2 modios.

Ex villis et praediis recensitis a quolibet manso datur Rndo praeposito Svecensi in vim decimae medius modius siliginis, totidem avenae, prout Rndus Dnus Laurentius Rynkowski, decanus et parochus Svecensis, 1611 haec omnia ex antiqua metrica Rndi Ioannis Iuzdzy Crobensis antecessoris sui connotavit.

Praepositi Svecenses. Seriem praepositorum integram texere haud possibile est, nam sub bello Suetico, quod cepit 1626, munimenta omnia tam civitatis quam ecclesiae una cum civitate igne combusta sunt, et si quod supermansit, id ab aquis consumptum est. Ex inundatione, quae accidit 1674, aquae intra ecclesiam ad altitudinem 3 ulnarum steterunt, et per has litterae seu scripturae in libris ecclesiasticis ita absumptae sunt, quod amplius legi nequeant. Inundatio altera, quae accidit 28 Martii 1745, altior et periculosior priore, plura adhuc damna in ecclesia praefata causavit, ita quod nuncusque ad pristinum splendorem non redierit.

1. Ioannes Iuzdzy ante annum 1611.

2. Laurentius Rynkowski, decanus et parochus. Praefuit ecclesiae Svecensi ab 1611 usque 1634 inclusive ad mensem Martium. An mortuus, an alibi ad pinguius beneficium promotus sit, annotatum non est.

3. Thomas Prusakowski a mense Martio 1634 (hic de introductione sua nullam in libris connotationem reliquit) usque ad 1649. Supersunt * litterae supplices p. 204
ad illustrissimum loci ordinarium pro instituendo coadiutore tenoris huius: Illsmo ac Rmo DD. Nicolaco Alberto ab Olexow Gniewosz, Dei et apostolicae sedis gratia episcopo Vladislaviensi et Pomeraniae, DD. meo clementissimo. Illsme et Rme DD. clementissime. Fractus ac debilitatus multis et ferme assiduis per tot 27 annos aegritudinibus, cum iam per annorum aetatem onera ecclesiae meae et pastoralis officii sustinere non possum, Illsmae Celsitudini Tuae supplico, ut Illssma Celsitudo Tua coadiutorem oneris pastoralis mihi suppeditare dignetur. Commendo igitur Illsmae Celsitudini Tuae et humillime supplico pro venerabili patre Alberto a Siedlecz Zawodzki, qui onera concionatoria et alia ecclesiae meae munia per annos 9 vigilantissime et disertissime sustinuit et quidem pretio vilissimo propter parochialem proventum exiguum. Dignetur ergo Illsma ac Rma Celsitudo Tua supplicationi meae humillimae consentire et eundem venerabilem patrem concionatorem parochiae meae coadiutorem substituere, ut tanto promptius et alacrius ecclesiae subserviat, quanto maiorem spem futurae meae successionis concipiet. Interim humillima mea obsequia et sacra officia Illsmae ac Rmae Celsitudini Tuae offero. Illsmae ac Rmae Celsitudini Tuae subiectissimus servitor et exorator perpetuus. Nomen litteris subscriptum non invenitur sed manifestum est litteras has ab antedicto Thoma Prusakowski, decano et praeposito Svecensi, emanatos ipsumque penes ecclesiam suam 1649 mortuum esse.

4. Albertus a Siedlecz Zawodzki, hic de suo ingressu in metrica haec notata reliquit: Ego pater Albertus a Siedlecz Zawodzki, ecclesiae huius (Sve-

censis) parochus, ante vero concionator ordinarius per
totos 10 annos, curam ecclesiae Svecensis ex manibus
Illsmi ac Rmi Domini Nicolai Alberti Gniewosz, epis-
copi Vladislaviensis et Pomeraniae, ad maiorem Dei
gloriam et Beatae Mariae Virginis honorem sancto-
rumque omnium et divorum praefatae ecclesiae
patronorum suscepi, utinam feliciter. Anno Domini
1649 dominica infra octavam Ascensionis Domini.
In ecclesia Svecensi ad parietem habetur eius effigies
iustae magnitudinis. In actis Svecensibus ingrossatum
p. 205 invenitur testimonium ipsi datum a civitate * Tucholi-
ensi ad effectum liberi passus, utpote ex salubri loco
venienti, de 1633. In quibus litteris idem tunc dicitur
actualis confessarius sacrarum virginum sancti Bene-
dicti monasterii Bysławecensis apperetque, quod isto
anno concurrerit pro obtinendo vicariatu et ambona
Svecensi. Praefuit ecclesiae Svecensi 21 annis et obiit
2. Februarii 1670. — Tempore tamen incursionis Sve-
ticae 1658 videtur absens fuisse ab ecclesia, nam ad
annum hunc 1658 in metrica haec leguntur: Ex con-
notatione Rndi patris Ludovici Modelski, gvardiani
conventus Svecensis, tempore Svetici exercitus curam
et administrationem sacramentorum agentis, tum et
aliorum fratrum.

5. Stanislaus Drozdowski, commendarius Svecensis a 2. Februarii usque ad 29. Iunii 1670. De quo in metrica ita invenitur: Ego Stanislaus Drozdowski, parochus Grucinensis et protunc post obitum Alberti a Siedlecz Zawodzki, decani et parochi Svecensis, qui obiit 2. Februarii 1670, commendarius factus.

6. Valentinus Sądkowski. De quo metrica haec habet: Quod cedat ad maiorem Dei gloriam, animarum curae meae commissarum, etiam meae salutem, ego Valentinus Sądkowski e Fordanensi commendario parochus Drzycimensis, ecclesiae Svecensis curam suscepi ab Illsmo duce in Clevan et Rmo Dno Casimiro Floriano Czartorysk, episcopo Cuiaviensi, ad hanc ecclesiam institutus et per Adm Rndum Dnum Stanislaum Drozdowski, decanum Svecensem, parochum Grucinensem, ad ecclesiam introductus ipso festo sanctorum Petri

et Pauli, qui erat dies dominicus anno Domini 1670 die 29. Iunii. Hic annis 5 rexit ecclesiam et ad eandem mortuus est.

7. Adamus Franciscus Dolecki, qui in metrica ingressum suum sic descripsit: Utinam sit ad maiorem Dei gloriam, ego Adamus Franciscus Dolecki, parochus in dioecesi Culmensi Lissoviensis, suscepi curam animarum ecclesiae parochialis Svecensis ab Illsmo et Rndmo D.D. Stanislao a Lubraniec Dąmbski, episcopo Chelmensi, Luceoriensi et Brestensi nominato et protunc sede vacante Vladislaviensi et Pomeraniae administratore, ad hanc ecclesiam institutus, per Adm. Rndum Dnum Stanislaum Drozdowski, decanum Svecensem, parochum Grucinensem et Topolnensem, ad eandem introductus sum die 5. Iulii, quae dies fuit dominica VI. post Pentecosten, anno Domini 1676. — Hic ecclesiam * praefatam rexit usque ad annum 1708, p. 206
quo senio et viribus fractus, id beneficium resignavit Perillri et Rmo Valentino Alexandro Czapski, protunc scholastico Posnaniensi, nunc vero (1749) Illsmo episcopo Vladislaviensi. Post quam resignationem idem Dolecki aliquot adhuc annos privatim vixit pieque mortuus, in hac ecclesia sepultus est. Prostat in ecclesia eius effigies penes sacristiam in pariete et penes hanc effigies Rmi Dni Francisci Dłuzewski, qui sub Illsmo Czapski egit commendarium Svecensem aliquot annis, sed in florente aetate agens circiter 40 annos mortuus est.

8. Valentinus Alexander Czapski, de quo metrica sic inquit: Post introductionem Illris Adm. Rndi Dni Valentini Czapski, praepositi et parochi Svecensis, commendarii Swiętensis et Sartavicensis, per Adm. Rdum Dnum Dolecki die 22. Novembris 1708. Hic ecclesiam Svecensem usque ad 1730 (quo factus est abbas Pelplinensis) per commendarios, quorum unus fuit Rndus Dnus Franciscus Dłuzewski, uti paulo superius dictum est, rexit. Deinde factus abbas Pelplinensis, post episcopus Premisliensis, nunc Vladislaviensis. Idem quondam in presbyterum ordinatus est ab Illmo Gninski, episcopo Camenecensi.

9. Laurentius Behme ex decano et praeposito

Novensi factus praepositus Svecensis, qui de sui introductione in metrica haec adscripsit: Infrascriptus testor, quod post resignationem praepositurae Neoburgensis ex gratia Serenissimae Maiestatis Polonicae Augusti II. accedente consensu Illmi Excellmi ac Rmi Dni Christophori in Słupow Szembek, episcopi Vladislaviensis et Pomeraniae, obtinui hoc beneficium Svecense anno Domini 1730. Introduxit vero hunc ad eandem ecclesiam Gaspar Pierzchalski, parochus Grucinensis, vicedecanus Svecensis, in Aprili infra hebdomam magnam. Alias idem natus est 10. Augusti 1669. Primitias secundas celebravit iam decanus et praepositus Svecensis 8. Maii 1646, superstes adhuc 1749. Vir amans decorem domus Dei. Ipsius enim largitate et sollicitudine in ecclesia Svecensi assurrexerunt 8 nova altaria, pulchre deaurata et ornata, arcus pulcherrimus, pavimentum marmoreum, sarta tecta,
p. 207 campana maior et*apparatus multus comparatus est. Summam pecuniae per vices collectam ab 1712 nempe 13183 florenorum Pruthenicalium assecuravit super fundos civium Svecensium, qui annuatim provisionem dant praeposito, cantoribus, xenodochiis.

Superius sub titulo ecclesiae Stargardensis recitavi diploma integrum de fundatione equitum s. Ioannis in Stargard et Libyszewo [1]), ad cuius calcem haec habentur: Haec omnia nominata sunt et recitata in die beati Martini in consecratione ecclesiae Beatae Mariae Virginis in Sweze, in audientia multorum, qui aderant, sub sententia anathematis a praenominato (Stephano) episcopo Vladislaviensis ecclesiae cum extinctione candelarum praefato hospitali confirmata. Actum anno Dni 1198. Testes, qui affuerunt, Bertoldus et Waltherus archidiaconi, Wilhelmus de Sweze, Ioannes de Wissegrod presbyteri.

Nobile sane documentum, quo instruimur ecclesiam Svecensem sub ipsa prima Pomeranorum conversione ad Christum assurrexisse et citra dubium a Grimisclavo, principe Pomeraniae, fundatam esse.

---

[1]) p. 168.

An tamen templum istud, quod hodiedum in civitate oculis subiicitur, a Grimisclavo erectum sit, merito dubitatur[1]). Rndus Dnus Maurzycki aestimat templum istud vetus nonnisi ligneum fuisse in illoque editiore loco extra civitatem, ubi nunc monasterium patrum Bernardinorum habetur, stetisse, modernam vero ecclesiam parochialem intra civitatem esse fundationis Suentopelcianae.

Ad seriem parochorum Svecensium addendi:

1. Dnus Wilhelmus 1198, de quo supra dictum est.
2. Dnus Otto de Swetz, capellanus ducis Mestuini 1264. Dreger pag. 477[2]).

*Święte. p. 208

Villa nobilium sub Graudento inter Hollandos sita, uno et medio milliari Sveciis distans. Ecclesia lignea sub titulo sancti Adalberti episcopi et martyris. Consecrationis nulla habet indicia, quae sicuti nunc, ita iam olim a praepositis Svecensibus per commendam tenta est. Habuit nihilominus antiquitus proprium suum plebanum[3]). Dos ecclesiae: Mansi 2, sed de his hodie nullum vestigium, nec alia aliqua dos ecclesiae huius superest. Omnia haec haeretici occuparunt et inter se diviserunt. Solas accidentias praepositus Svecensis participat, quamvis diebus dominicis alternatim et festis parochialibus devotionem ibidem peragat.

Villae parochiales: 1. *Wielkie Święte* et *małe Święte* antiquitus habuerunt 14 mansos praeter 2 mansos plebanales. Nunc hos plebanales incolae inter se diviserunt, non tamen plus messalium pendent quam olim. 2. *Marzy vetus* villa Hollandica. 3. *Marzy novum* villa Hollandica. 4. *Mniszek*. 5. *Michałe* de mansis 30. Est in controverso an ad ecclesiam Svecensem an Swiątensem pertineat, de quo inferius. Duo pleba-

---

[1]) cfr. Kujot, Kto założył parafie w dzisiejszej dyecezyi chełmińskiej: Roczniki Towarzystwa Naukowego w Toruniu. X, 269. cfr. IX, 40, 72.
[2]) Dreger, Codex diplomaticus. Stettin 1748. p. 477.
[3]) cfr. Fankidejski p. 276.

nales mansi in hac villa ad ecclesiam Swiątensem spectantes ab incolis haereticis occupati sunt. Loco messalium dant 9 modios siliginis et totidem avenae. Antea vero dabant 15 modios hordei et totidem avenae. 6. Molendinum Swiątense 2 modios siliginis.

De eadem ecclesia ex libro visitationum Illsmi Rozdrazewski, episcopi Vladislaviensis, per Rndum Sebastianum Liwierski capellanum peractarum anno 1583:[1]) Villa Święte nobilium DD. Bąkowskie. Ecclesia in ligno murata, tituli sanctae Barbarae, habuit quondam mansum unum, sed hunc domini villae sibi seu pro usu suo accepere. Stwolno, Bratwino, Marzy, Stwolenko, Sartawice. Ex libro visitationum factarum 1598 per Rndum archidiaconum Franciscum Łącki[2]): Święte villa nobilium Bąkowski et Zelisławski, habet ecclesiam ligneam intermedio latere structam, sed sacramentorum administratio ad Sartavicensem ecclesiam vix uno milliari isthic distantem translata, et quae huius ecclesiae in Święte filia est.

p. 209

*Michale.

Debuit olim hic fuisse ecclesia haecque filialis aut ecclesiae Svecensis aut Swiątensis, sed ab haereticis pridem destructa, ita ut nequidem rudera ipsius hodie supersint[3]). Traditur vero ipsam in loco isto, ubi hic et nunc particula figurae Crucifixi ex muro superest, stetisse. Dos ecclesiae mansi duo, sed et hos haeretici occuparunt, neque nunc scitur, ubinam locorum positi fuere.

Sartawice.

Ex libro visitationum Illmi Rozdrazewski episcopi[4]): Ecclesia lignea in promontorio ad ripam Vistulae sita in loco, ubi aiunt Suentopelci ducis Pomeraniae arcem

---

[1]) Fontes. 1897. I, 93.
[2]) Fontes. 1898. II, 364.
[3]) Fontes. 1897. I, 94. I, 148; cfr. Fankidejski, p. 277.
[4]) Fontes. 1898. II, 365.

olim fuisse, nunc, ut asseritur, haereditas est domini Georgii Bąkowski, qui eo loci, veteri capella, quae isthic extabat, deiecta, novam ecclesiam construxit forma non ineleganti. De eadem ecclesia Rndus Dnus Maurzycki, vicarius Svecensis, ita perscribit: Ista ecclesia Sartawicensis tituli sanctae Barbarae pridem corruit, ita ut nunc vix locus dignoscitur, ubinam steterit. Ego ipsemet anno Domini 1747 in isto monte in ripa Vistulae posito, providente Deo de larga eleemosyna, erexi columnam ex latere cocto in forma capellulae, cum 3 fenestris vitreis ad mentem historiae de martyrio sanctae Barbarae, quae a patre ad turrim proiecta, Deum oravit, ut in ipsa 3 aperirentur fenestrae in honorem Sanctissimae Trinitatis. Fenestrae sunt magnitudinis eius, sicuti figura sanctae Barbarae easdem quasi pertransientis, ipsa vero figura alta est 2 circiter ulnarum, per pictorem eleganter deaurata. Hanc figuram sanctae Barbarae, quae antiquitus in ecclesia supradicta stetit, ipso die Exaltationis sanctae Crucis 1747 processionaliter cum cantu illuc transtuli et ad eandem exhortationem habui ad maiorem Dei gloriam. Olim eo loci ad sanctam Barbaram magnus populi praecipue navigantis Gedanum vel inde redeuntis concursus fiebat, ideo quod isthic antiquitus caput sanctae Barbarae repositum fuerit, quod inde a Crucigeris Culmam translatum est.

*De capite sanctae Barbarae Sartawiciis invento. p. 210

Quod caput sanctae Barbarae virginis et martyris in Sartawice reconditum fuerit, consentiunt scriptores plerique tam Polonici quam Pruthenici et Pomeranici. Petrus de Düsburg, scriptorum Pruthenicorum omnium primus, parte 3. cap. 36. chronici Prussiae de hac re sic inquit[1]: „Frater Theodericus de Bernheim, (ordinis Crucigerorum) antiquus marescalcus, totus magnanimus erat et fratres 4 et armigeri 24 noctis tempore in

[1]) Dusburg, Cronica terre Prussie. Pars III cap. 36: SS. rer. Pruss. I. Leipzig 1861. p. 70.

vigilia sanctae Barbarae, virginis et martyris, accesserunt ad castrum Sardewicz Suantepolci et applicantes scalas ad moenia intrantes, quia secrete invenerunt 50 viros ad eius custodiam deputatos, viros utique robore fortes et in armis exercitatos, quos fratres cum suis 24 armigeris aggressi sunt viriliter. Illi ex opposito hostiliter se opponentes fortiter defenderunt, nunc istis nunc illis repressionem sustinentibus, bellum durissimum inter illos est ortum, quod duravit ab ortu diei usque ad horam tertiam. Tandem ipse Deus, qui sperantes in se non derelinquit, fratribus opem et victoriam de coelo misit, ut occisis omnibus praeter paucos, qui fugientes evaserunt, mulieres 150 ibi captas legaverunt. Quo facto invenerunt in quodam cellario cistam seu arcam et pixidem argenteam in ea et in pixide erat caput beatae Barbarae, virginis et martyris, quo viso proni ceciderunt in terram collaudantes Deum tam gloriosi muneris inventione. Elevantes ergo has sanctas reliquias cum magno gaudio cellarium exierunt. Quod cum videret quaedam matrona antiqua, quae cum aliis stetit ligata, ait ad fratres: Nunc potestis gaudere et iuste debetis, quia meritis beatae Barbarae habetis, quicquid honoris hodie estis consecuti. Ad quam fratres: Quis tibi haec indicavit aut quomodo potes hoc scire? quae respondit: ego spirituali devotione semper dilexi sanctam Barbaram, unde hac nocte apparuit mihi tribus vicibus succinctis vestibus ac si parata esset ad ambulandum,
p. 211 et ego dixi ad eam. Quo*vadis sancta virgo? quae respondit: ego volo ire ad civitatem Culmensem et audire ibi missam. Et dum tertio appareret mihi et diceret ad me valeas dilecta mea, ego cecidi de strato meo et secuta fui ipsam, ipsa disparuisset, vidi vos armatos in castro. Ex istis scio indubitanter, quod meritis et precibus eius traditum est vobis hoc castrum, ut reliquias ipsius vobiscum ducatis in terram Prussiae, ubi in maiori quam hic reverentia habeantur. Post haec frater Theodericus quibusdam fratribus et armigeris ad dicti castri custodiam ordinatis cum paucis reversus, has sanctissimas reliquias versus

Colmen duxit, ubi clerus et populus cum solemni processione accurens eas ad ecclesiam portaverunt et ad castrum antiquum (Starogrod) posuerunt, ubi usque in praesentem diem (*) propter crebra miracula, quae per eam Dominus operatur, in veneratione assidua requiescunt". (*) quo Dusberg chronicon scripsit, nempe anno Domini 1326.

Translatum est caput illud venerandum Culmam maxima cum pompa populoque (uti habet Nicolaus Ieroschinus[1]) ordinis Crucigerorum) canente: Du Preüßen bist gewiß an der süßen Barbara Das Sie dich nimmer will verlahn; Sondern stets dich in Liebe han. O zarte Barbara nun bleib Bey uns, und vertreib Was du weist uns wieder seyn Durch die bitter Marter dein.

Extat in bibliotheca Regiomontana codex antiquus inter manuscripta litera Yy numero 125[2]), in quo reperitur historica narratio de capite beatae Barbarae in Pomeraniam et Prussiam delato. Variae autem ibidem adducuntur opiniones, inter quas una haec est: Ducem Pomeraniae sacris christianorum susceptis, hoc caput a pontifice acceptum in Pomeraniam deportasse. Secunda: Orta quadam in Dania inter regem et clerum dissensione*missum esse in Daniam a pontifice lega- p. 212
tum eumque ad urbem Gedanensem delatum, captum et reliquiis dictis exutum esse. Ad ultimum triennio elapso, ab episcopo Caminensi agnitum liberatumque, pro quo beneficio postmodum episcopum Caminensem a dioecesi archiepiscopali in perpetuum exemptum esse. Postremam hanc sententiam habent et alia chronica manuscripta, addunt tamen nonulla alia, videlicet: Ericum regem Daniae VII. adhuc adolescentem Lutetiae Parisiorum, cum ibidem studiorum causa commoraretur, Senebaldo Genuensi familiariter usum esse. Hunc Senebaldum postea ad sedem pontificalem evectum et Innocentium IV. vocatum, Erico iam regi caput

---

[1]) Nicolaus von Ieroschin, Kronike von Pruzinlant: SS. rer. Pruss. I, 379.

[2]) Hoc codice Toeppen usus est, cum dissereret de hac quaestione: Qualiter caput b. Barbarae processu temporis in Pomeraniam pervenit (SS. rer. Pruss. III, 397).

hoc per cardinalem quendam misisse; sed cardinalem in Gothlandiam, ubi tum rex commorabatur, vela facientem, naufragio facto, in Pomeranicam oram eiectum esse refert. Hinc capsae a Cruciferis in arce Sartowice repertae haec verba inscripta fuisse dicuntur: Innocentius pontifex maximus fratri ac filio Ergestero (alii legunt Engeltiro) munusculum sacrum divae virginis Barbarae ut regi catholico transmisit. Accidit alias haec arcis Sartawicensis expugnatio et capitis sanctae Barbarae translatio 1242 in vigilia sanctae Barbarae die 3. Decembris. Długossus liber 7[1]) et Cromerus liber 8[2]) corpus sanctae Barbarae intelligunt. — Arcem vero hanc, in qua Suentopelcus dux omnes thesauros suos et clenodia recondita habuit, munitissimam extitisse, non solum scriptores omnes affirmant, sed et inde patet, quod cum Suentopelcus denuo cum magnis copiis militum castrum Sartowice obsedisset et cum instrumentis bellicis modisque omnibus, quibus potuit, 5 septimanis fortissime impugnasset, resistentibus paucis Crucigeris et aliis obsessis viriliter, nihil effecerit. An tamen illo tempore in castro hoc ecclesia vel capella extiterit, nemo historiographorum exprimit, crediderim vero id ego, cum tot homines in eo delituerint.*Quando demum et qua ex occasione sanctissimae illae reliquiae ex Prussia
p. 213 Coloniam Agrippinam, (ubi hodie caput illud venerandum sanctae Barbarae, virginis et martyris, in ecclesia fratrum minorum conventualium ordinis sancti Francisci ostenditur) translatae sunt, compertum non habeo.

De ecclesiis Svecensi, Swiątensi, Sartawicensi plura inveniuntur in libris visitationum de annis 1582, 1583, 1586, 1587[3]). Item in libris visitationum Illmi olim Bona-

---

[1]) Długossus, Historia Polonica. 1711. lib. VII. col. 695.

[2]) Cromerus, De origine et rebus gestis Polonorum. lib. VIII. p. 214.

[3]) cfr. Fontes I — III. 1897 — 1899: Visitat. archidiąc. Pomeraniae Hieronymo Rozrażewski episcopo factae.

venturae Madalinski episcopi per Rndum Dnum Andream Albinowski, archidiaconum Pomeraniae, 1686—1687 peractarum, uti venerabile capitulum Vladislaviense testatum est per scriptum sub dato Vladislaviae 3. Octobris 1725.

Sunt 2 adhuc ecclesiae ad decanatum Svecensem spectantes, quae antea per commendarios regebantur, nunc vero de nova radice erectae et fundatae sunt agrique additi et dimensi, nempe:

Łąkie.

Villa sanctimonialium Culmensium ordinis sancti Benedicti. Ecclesia sub titulo sancti Bartholomei apostoli, cui nunc praeest Rndus Dnus Ioannes Hincowski parochus 1749.

Niewiescin.

Villa nobilium. Ecclesia tituli sanctissimae Trinitatis, quam nunc regit Rndus Dnus Valentinus Kostrzynski parochus 1749.

Monasterium Svecense Rndorum patrum Bernardinorum.

Ex litteris Rndi Dni Maurzycki: Quod Rnda Dominatio Vestra scribat ecclesiam primam Svecensem a Grimisclavo, duce Pomeraniae, erectam esse, arbitror illam hanc fuisse, in cuius locum postea assurrexit templum cum conventu Rndorum patrum Bernardinorum ordinis sancti Francisci strictioris observantiae. De quorum fundatione et introductione haec legi:*Prima fundatio conventus huius facta est 1624. p. 214
Praeconsules civitatis Svecensis, introductio patrum 1626 die 1. Maii. Ecclesia haec erat lignea sub titulo sancti Michaelis per Rndum Dnum Thomam Prusa-

kowicz, praepositum Svecensem, vel fundata vel administrata. Consecrata autem fuit per Illrem et Rndum Dnum Matthiam Bystram, episcopum Ostrosiensem, suffraganeum Culmensem, 1674 in absentia loci ordinarii Illsmi et Rmi Dni Ioannis in Gembice Gembicki, episcopi Vladislaviensis et Pomeraniae, sed de eius licentia. Et haec ecclesia lignea sub tempus belli Svetici fulminis ictu combusta est. Ad annum 1696 ecclesia moderna ex muro per varios benefactores aedificari coepta et 1720 tandem cum omnibus attinentiis perfecta est. Anno 1721 die 3. Octobris per Illsmum et Rmum Dnum Christophorum Antonium Szembek, episcopum Vladislaviensem, consecrata sub titulo Immaculatae Conceptionis Beatae Mariae Virginis. Ibidem imago gratiosissima multis claret miraculis. Dedicationis ecclesiae festum celebratur 3. Octobris.

p. 215

*Decanatus Mirachoviensis.

Decanatus iste exordium sumpsit per constitutionem synodalem 1634. In actis etenim synodi dioecesanae per Illsmum et Rmum Dnum Matthiam Łubienski, episcopum Vladislaviensem et Pomeraniae, in sua cathedrali ecclesia celebratae 1634 die 16. Maii et sequentibus, titulo: De auctione decanorum ruralium, ita legitur[1]): Decanum autem Kośćierzynensem (hodie dicitur Mirachoviensis) Rndum Dnum Albertum Nickowski modernum ordinamus. — Occasionem novum hunc decanatum constituendi citra dubium praestiterunt erectiones novae nonnullarum ecclesiarum. Quae tamen ecclesiae ab aliis decanatibus dismembratae ac quae de novo erectae illi decanatui tunc incorporatae fuerunt, in dictis actis non recensetur. Damalewicz in vitis episcoporum Vladislaviensium pag. 46 haec refert[2]):

---

[1]) Acta seu decreta et statuta synodalia Wladislav. dioec. a. 1634: Chodyński, Statuta synodalia dioec. Wladislav. et Pomeraniae. Varsaviae 1890. p. 213.

[2]) Damalevicz, Vitae Vladislav. episcoporum. 1642. p. 46.

In decanatu Mirachoviensi sive Kośćierzynensi hae sunt ecclesiae: Kartuzy, Stęzycza, Parkowo, Łuzyna, Chmielno, Czersko, Kiełpino, Koscierzyn, Mirachowo, Łąg, Sierakowice, Iadamowo, Gorzęczyno, Lipus, Swianowo, Solęcino noviter exstructa, Strebcz. Hodie decanatus iste paulo contractior est et novem nonnisi porochias comprehendit, nempe Bernensem sive Koscierzynensem, Lipusiensem, Stęzycensem, Chmielnensem, Sierakovicensem, Strzepcensem, Łuzycensem, Goręczynensem et Graboviensem. Ante paucos annos erat etiam de gremio decanatus istius ecclesia Vielunensis, sed ob distantiam longam a reliquis ecclesiis translata est ad decanatum Butoviensem. Ecclesiae Parchoviensis et Solenczynensis eidem Butoviensi, Iadamowo vero Dirsaviensi et Czersko*ac Łąk Starogardensi de- p. 216
canatibus iam pridem incorporatae sunt. Ecclesia in Swianowo tanquam filialis regitur a parocho Strzepcensi. Ecclesia in Kielpino coniuncta est ecclesiae Gorenczynensi. Templi Mirachoviensis hodie nec rudera dignoscuntur[1]), habetur quidem in aula Mirachoviensi quoddam cubiculum ad modum capellae domesticae aptatum cum altari, sed id nonnisi hac nostra aetate a Dno Iacobo Kaminski administratore erectum est.

Intra circulum decanatus huius monasterium unicum est, nempe s. ordinis Cartusiensis in eremo positum[2]).

Lutheranorum delubra duo in hoc decanatu habentur, nempe in Schönberg et Barkoczyn, villis capitaneatus Bernensis, quod utrumque post mortem zelosissimi et piissimi antistitis Rozrazewski initium sumpsit. De quibus omnibus infra sigillatim dicetur.

Kośćierzyno.

Civitas cum arce sacrae regiae maiestatis, cuius incolae omnes (raro in terris Pomeraniae exemplo) religionis catholicae sunt. Ecclesia intra oppidum titulo sanctissimae Trinitatis et Sanctorum Omnium

---

[1]) Fankidejki p. 235.
[2]) cfr. infra p. 253 ad calcem.

insignita est, post conflagrationem ex lateribus coctis solide ac eleganter ante annos plus minus 60 exstructa cum campanili decente[1]).

Dos ecclesiae: Praeter agros ad civitatem possidet ecclesia haec praedium seu villam Pierszewko cum agris, pratis, silvis et stagnis limitibus distinctam propriis.

Parochiani: *Kościerzyno* civitas cum arce, *Kościerzynska hutta* villa civitatis. *Łubiana, Korne, Owsnice, Biebrzyno, młyn Biebrznicki, Skorzewo, młyn Skorzewski, Cicha, Nowawies, Szeneida* Schönheid, *Uszki, Lizaki, Rybaki, Czarlina, Szymbark* Schönberg, *Fisz-*
p. 217 *ro*wa* Fischerschut, *Krusyn* taberna, *Kaliska, Barkoczyno stare, Barkoczyno nowe:* bona capitaneatus Bernensis. *Częstkowo, Sikorzyno, Sikorzynska hutta stara, Sikorzynska hutta nowa, Dobrogoszcz, Puc, Dąbrowka, Klincz mały, Klincz wielki, Graniczny młyn, Gościerzec, Sarnowi, Węglikowica:* villae nobilium.

Extra civitatem habetur capella lignea sub titulo et patrocinio sanctae Crucis, in qua certis diebus divina officia peraguntur cum indulgentiis.

Praepositura haec Bernensis est collationis regiae.

Praepositi: 1. 1413: Philippus de Rambilcz rector ecclesiae in Bern et flodarius in Sobkov. Acta Cartusiae.

2. 1433: Dominus Gaspar.
3. 1598: Michael Radski. } Acta Cartusiae.
4. 1601: Stanislaus Wolski.

5. 1634: Albertus Nickowski, decanus et parochus Bernensis. Acta synodi[2]).

1640: idem adhuc. Acta Cartusiae. (Ab hoc metrica ecclesiae incepta est 1639, nec antiquior habetur).

6. 1652: Gregorius Słupecki, decanus et parochus Bernensis. Acta Cartusiae.

7. 1666: Andreas Casimirus Laurinowicz, decanus et parochus Bernensis, qui 1672 depositus est. Acta Cartusiae.

8. 1672: 1673: Ioannes Wunderlich, decanus et parochus Bernensis. Acta Cartusiae.

---

[1]) anno 1724.

[2]) id est synodi Vladislav. anni 1634, cfr. Chodyński l. c. p. 213.

9. 1673: Andreas Casimirus Laurinowicz, secundo decanus et parochus Bernensis, sed 1682 secundo a sancta nuntiatura beneficio et dignitate privatus.

10. 1682: Michael Sosnowicz, commendarius.

11. 1683: Andreas Casimirus Laurinowicz tertio vi occupavit parochiam et tenuit usque ad annum 1693, quo tandem in excommunicatione mortuus est. Acta Cartusiae.

*12. 1693: Ioannes Borowski, prius commendarius, p. 218
dein praepositus Bernensis. Obiit 19. Martii 1707, sepultus ante fores ecclesiae cum hoc epitaphio:

D. O. M.
Qui hoc legis, etiam ora;
Locus enim in quo stas, sacer est:
Parochi nempe Bernensis venerandus cineribus.
Ubi secure pedem figis, ille iacet
Scilicet Ioannes a Kościełec Borowski:
Qui anno 1707 die 19. Martii
Vir iustus ipso festo s. Iosephi obiit in Domino
ac abiit ad Dominum.
Verus ecclesiae Bernensis Pastor:
Qui postquam in Domino obdormivit,
ad ostium Ovilis huius excubat.
Parochiam hanc ardue adeptus,
in pace custodivit
donec in pace obdormiret.
Grandibus et obviis saxis his premitur,
Resurget tamen.
Tu viator
cuius premis tumulum,
animae da subsidium.
Hic qui iam aeterna fruitur requie.
Tu de tua quolibet momento cogita,
Viator.

13: 1707: Matthias Alexius Lipinski, olim ab anno 1693 vicarius, demum praepositus Bernensis, praefuit annis aliquot, demum infelici modo ex hac*vita p. 219
migravit: reversus a strena maioris Klincz tempore hyemali in trahis frigore obriguit vel ut alii tradunt, per incuriam aurigae deiectis trahis cervicem fregit ad fontem fluentem circa tabernam Łapi guz dictam.

14. ...[1]) Ignatius Bonigk, praepositus Mederecensis et Bernensis.

15. ...[1]) Ioannes Fahl, iuris utriusque doctor, custos Volboriensis, praepositus Bernensis per biennium circiter, demum praepositus Dirsaviensis et canonicus Varmiensis.

16. 1733: obiit Ioannes Wenda, praepositus Bernensis.

17. 1734: Iosephus Radziszewski, praepositus Bernensis, 1749 superstes.

Lipus.

Villa capitaneatus Bernensis. Ecclesia gaudet titulo et patrocinio sanctorum apostolorum Petri et Pauli estque iurispatronatus regii.

Parochi: 1. 1663: Albertus Gostomski, commendarius Lipusiensis.

2. 1709: Iacobus Franciscus Alshut, decanus Mirachoviensis et Leoburgensis, parochus Stęzycensis et Lipusiensis. Metrica Goręczinensis. Obiit 1721, Stęzycii sepultus.

3. 1730: circiter obiit...[2]) Gurski, parochus Lipusiensis.

4. 1748: Matthaeus Lipinski, parochus Lipusiensis.

p. 220

*Stęzyce.

Villa nobilium Łaszewskich. In locum antiquae ligneae ecclesiae novam ex latere cocto hac nostra

---

[1]) Lacuna. Annus omissus.

[2]) Lacuna. Cognomen Thomas omissum. Bork (Echo sepulchr.) enumerat sequentes rectores huius ecclesiae: a. 1666 Andreas Casimirus Laurinowicz, a. 1666 — 1702 Adalbertus Gostomski, a. 1702 — 1710 Ioannes Casimirus Dewiliński, a. 1710 — 1711 Ioannes Adalbertus Prądzinski, a. 1711 — 1715 I. F. Alshutt, a. 1715 — 1720 Thomas Chełmowski, a. 1720 — 1721 Simon Alshutt, a. 1721 — 1722 Andreas Gurlicki, a. 1722 — 1723 Iacobus Grusczynski, a. 1723 — 1727 Thomas Gorski, a. 1727 — 1762 Mathaeus Iant Lipiński, a. 1762 Michael Klimkowski.

aetate Illris et Adm. Rndus Iacobus Alshut, parochus Stęzycensis, vir industrius, forma non ineleganti exstruxit, quam successor ipsius immediatus, vir non minus egregius, Adm. Rndus Dnus Ioannes Przewoski postea interius decenter ornavit ac demum solemni ritu per Illsmum ac Rmum Dnum Michaelem Remigium Łaszewski, suffraganeum et praepositum cathedrae Varmiensis, consecrare fecit. Ecclesia vetus et nova gavisa est et gaudet titulo ac patrocinio sancti Ioannis Baptistae. Iuspatronatus spectat ad haeredes bonorum Stęzyce. Parochia perampla est. Parochiani plerique nobiles sunt.

Parochi: 1. 1433: Dominus Iacobus.
2. 1460: Dominus Paulus.
3. 1640: Stanislaus Iachimowski commendarius.
4. 1646: Pater Ludovicus Gastwich, ordinis Carmelitorum, commendarius.
} Acta Cartusiae.

5. 1662: Dominus Martinus, commendarius. Metrica Goręczinensis.

6. 1709: Iacobus Franciscus Alshut, decanus Mirachoviensis et Leoburgensis, parochus Stęzycensis et Lipusiensis. Metrica Goręczinensis. Vir hic alias patria Varmiensis fuit, ruri in districtu Melsaccensi natus. Habuit fratres germanos binos in Societate Iesu, Urbanum et Ioannem, utrumque eximium theologum, tertium prius militem et quidem capitaneum, demum ecclesiasticum. Ipsemet vir propter excellentem doctrinam et facundiam charus Illsmo loci ordinario, quam maxime vero Rmo Andreae Corsz, officiali Gedanensi. Praefulsit quondam dignitate ac titulo triplicis decanatus insimul, nempe Mirachoviensis, Leoburgensis ac Bütoviensis, ac duplicem parochiam simul gubernavit satisfecitque nihilominus omnibus et tandem meritis plenus ex hac miseriarum valle transivit ad praemia aeterna capessenda 1719. Cui successit immediate

*7. ...[1]) Ioannes Casimirus Przewoski, vir nobili p. 221

[1]) Lacuna. Annus omissus.

genere in eadem parochia natus, scientia et virtutibus praeclarus, vitae sacerdotalis ad exemplum, malleus haereticorum, bonis omnibus charus. Post gloriosa plurima gesta ex hac mortali vita ereptus 21. Octobris 1743.

8. 1743: Ioannes Małuszewski, commendarius. Deinde a 12. Martii 1744 vicarius Bernensis, ubi florente aetate 7. Maii 1745 mortuus est.

9. 1744: Andreas Zelewski, hactenus vicarius Zarnovecensis, nobili genere in palatinatu Pomeraniae natus. Praeest ecclesiae usque nunc 1749[1]).

Chmielno.

De erectione ecclesiae huius fit mentio in menologio Zukoviensi his verbis[2]): Anno 1223 die 25. Maii obiit Damroca filia Suantopelci: Ta panna zbudowała Kośćioł w Chmielnie Zukowskiey maiętnosci.

Ecclasia haec cum omnibus utilitatibus et proventibus donata est monasterio Zukoviensi a Mestwino iuniore, duce Pomeraniae, anno 1283[3]). Quam donationem approbavit Albertus, episcopus Vladislaviensis XIX., et anathema posuit in secusfacturos anno eodem 1283. Praefatus dux Mestwinus eandem donationem per diploma aliud generale confirmavit XVI. Kalendas Maii 1283[4]). Rursum praefatum monasterium in possessione ecclesiae huius confirmavit Premislaus II., rex Poloniae, dux Pomeraniae, per privilegium datum in Szwiecie in die Assumptionis Beatae Mariae Virginis

---

[1]) Bork (Echo sepulchr.) refert de eo: Anno 1744 Illustris R. D. Andreas Zielewski ex commendario Zarnovecensi parochus Stęzycensis, annis viginti, nunc ab anno 1764 decanus Mirachoviensis. Illi post resignationem successit anno 1764 Illustris R. D. Wycanowski, parochus Stęzycensis.

[2]) cfr. Fragmentum menologii Zukoviensis ed. Kętrzyński: Monum. Polon. hist. 1884. IV, 140. Perlbach, Das Totenbuch des Prämonstratenserinnen Klosters Zuckau bei Danzig. Danzig 1906. p. 35.

[3]) Pommerell. Urkundenbuch p. 348.

[4]) Pommerell. Urkundenbuch p. 326.

1295[1]). Quae quidem munimenta pluries nominatum claustrum nuncusque in suis veris originalibus conservat, inferius autem sub titulo de monasterio Zukoviensi invenies eadem per copiam[2]).

Templum a prima sui erectione, quamvis ligneum usque hodie perdurat,*quod extrinsecus a summo ad imum scandulis quercinis vestitum est, ipsaque fabrica loquitur priscum aevum. Gaudet titulo sanctorum apostolorum Petri et Pauli atque sancti Nicolai, episcopi et confessoris. Iuspatronatus competit venerabili conventui Zukoviensi. De numero mansorum plebanalium non satis constat, neque agri certis limitibus distincti sunt, de qua re decretum reformationis sub die 5. Iulii 1673 sub numero 7 sic obloquitur: Quoniam vero Rndus Michael Glok commendarius certos limites agri plebanalis ignorat, iniungitur serio, quatenus limites eiusdem perquam diligenter inquirat ac cognitos signis aliquibus notabilibus consignet et a reliquis agris dislimitari curet. p. 222

Villae ad parochiam spectantes: *Chmielno* villa, item praedium cum molendino, *Kosy, Smętowo, Ręboszewo, Zawory, Lipowiec, Reskowo*: bona monasterii Zukoviensis. *Długi Kiersz* 2 tantum domus, *Bor* una domus, *Grzebincz* villa a decimis libera, *Łączynska hutta, Borzestowska hutta, Nowa hutta Borzestowska, Borzestowo, Kozyckowo, Cieszenie, Łączyno, Brodnica gorna, Brodnica dolna:* bona nobilium. *Miechuczyno, Garcz, Lapalice,* villae regiae capitaneatus Mirachoviensis. *Prokowo* villa Cartusiae.

Parochi: 1. 1460: Dominus Iacobus. } Acta
2. 1591: Erasmus Swarski. } Cartusiae.

3. 1617: a die 10. Octobris usque ad 12. Iulii 1621 Stanislaus Mioduszewski commendarius, deinde translatus in Pogotki. Metrica Chmielnensis. (Idem 1625 et 1626 egit commendariatum Goręczynensem. Vide Goręczin[3]).

---

[1]) Pommerell. Urkundenbuch p. 475.
[2]) cfr. p. 344 ad calcem.
[3]) cfr. p. 234 ad calcem.

4. 1627: obiit Georgius Romer, commendarius.

5. 1628: a mense Iulio Andreas Rosunowski, commendarius usque 1631.

6. 1632: a mense Martio Stanislaus Mioduszewski, commendarius secundo.

7. 1661: Albertus Wilderman (olim 1654 parochus
p. 223 Borzetuchomiensis.*Acta Cartusiae.) commendarius (in actis Cartusianis nominatur parochus) Chmelnensis a 2. Octobris usque ad annum 1665, quo praesentatus est ad parochiam Sierakoviensem, ibidem et obiit 30. Martii 1672. Metrica.

8. 1672: 1673: Michael Glok, commendarius. Acta Cartusiae.

Abinde ob sacerdotum penuriam aliquo tempore curam ecclesiae gessit 9. Venerabilis Nicolaus Sosnowicz, poenitentiarius Zukoviensis, cuius metrica meminit ad diem 3. Aprilis 1674. Viro huic piissimo successit ex diametro diversus:

10. 1674: Christophorus Sokolnicki, commendarius Chmelnensis. Fuit hic quondam parochus in archidioecesi Leopoliensi, sed inde fugiens, Regiomontum se transtulit, ubi in haeresim lapsus, sacrilege uxorem duxit; demum poenitens, impetrata facultate a nuntio apostolico 1673 mense Septembris ab haeresi aliisque censuris ecclesiasticis absolutus est. Exinde tamen (proh dolor) Regiomontum reversus, putatitiam uxorem visitavit atque ex ea secundam prolem procreavit. Et in hac irregularitate beneficium Chmelnense per commendam suscepit, divina peregit ac sacramenta administravit. Quaesivit deinceps et parochiam Goręczynensem eandemque ob defectum sacerdotum 26. Novembris 1674 obtinuit in commendam. Abinde rexit utramque parochiam usque ad mensem Iulium. Prodita demum re, quod uxorem cum prolibus in Szedlice ante Gedanum foveret, utroque beneficio privatus et poenis congruentibus subiectus est. Obiit nihilominus poenitens, teste metrica Goręczinensi, in qua id reperitur: 1676 die 25. Novembris obiit Rndus Christophorus Ioannes Sokolnicki commendarius Goręczynensis et Chmelnensis. Confessionem ultimam fecit

coram Vbli Nicolao Sosnowicz, poenitentiario Żukoviensi. In cuius locum post peractum funus, praesente decano Bernensi, ego Carolus Adamus Smyrzicius iterato per commendam suscepi ecclesiam Goręczynensem et Kiełpinensem.

11. 1675: a dominica in Albis per annum circiter Albertus Casimirus*Skrocki, commendarius Chmelnensis et Goręczynensis. p. 224

12. 1679: 20. Iunii Ludovicus Przeczkowski, canonicus Lateranensis, commendarius Chmelnensis et Goręczynensis; qui autem post breve tempus ecclesiam Chmelnensem cessit confratri suo.

13. 1679: a 9. Iulii usque ad finem anni 1680 Ioannes Mężyński, canonicus Lateranensis, qui (revertente 1681 ad suum coenobium Ludovico Przeczkowski) factus est commendarius Goręczynensis, ubi usque ad annum 1684 perseveravit, demum pariter ad suum coenobium reversus.

14. 1681: ab 11. Ianuarii Georgius Werechowski, commendarius et post tempus aliquod parochus Chmelnensis. Demum 7. Aprilis 1684 factus parochus Goręczynensis, ubi annis 8 perseveravit et dein alibi promotus est.

15. 1684: a 23. Iulii pater Stanislaus[1]) a sancto Adalberto carmelita Gedanensis, parochus (uti se subscripsit) Chmelnensis. Rediit ad conventum 19. Ianuarii 1687 ibidemque pie obiit. Eius tempore 1684 die 9. Octobris sacrilegus fur effractis fenestris et craticulis ferreis intravit ecclesiam et furatus est pixidem una cum venerabili sacramento et ex trunco omnem ecclesiae pecuniam.

16. 1687: Ioannes Dewilinski[2]).

---

[1]) Stanislaus Sowiński.

[2]) De eo refert Bork (Echo sepulchr.): Anno 1687 20. Iulii Ioannes Dewilinski, commendarius Chmelnensis. Obiit anno Domini 1700. Eius temporibus 1688 26. Februarii fuit visitatio decanalis Lucae Stanislai Wodecki, decani Mirachoviensis, et anno 1691 5. Octobris visitatio extra ordinaria per Ioannem Iugowski, canonicum Vladislaviensem, commissarium. Congregatio etiam decanalis 1699 29. Octobris alicubi celebrata, regestra examinavit et subscripsit ecclesiae.

17. 1700: Nicolaus Kręcki, nobili genere in eadem parochia natus, parochus Chmelnensis, institutus a patre Rndo Dno Ioanne Stephano Ianowicz, protonotario apostolico, decano et parocho Gedanensi et Prangoviensi, surrogato iudice, die 5. Iulii, introductus a Rndo Dno Luca Stanislao Wodecki, decano Mirachoviensi et Butoviensi, parocho Strzepcensi, 20. Augusti dominica infra octavam Assumptionis Beatae Mariae Virginis 1700. Ipsius temporibus summa 1103 florenorum, quam ecclesia Chmelnensis 29. Ianuarii 1711 habuit, conversa est in aedificationem sacristiae muratae (quamvis satis tarde nempe circa annum 1725) iuxta ordinationem Iugowscianam in visitatione hac die factam. Senio confectus, sed meritis plenus, resignavit beneficium 1732 ac quietis causa Zukoviam concessit, ubi pie obiit 3. Martii 1742 et honorifice sepultus est.
p. 225 Vir hic stante vita collegerat*8000 florenos et amplius, quas pecunias moriens pie legavit diversis ecclesiis et monasteriis dispersitque et dedit pauperibus.

18. 1732: die 10. Decembris Adamus Mielewski, olim per annos 11 vicarius Zukoviensis, parochus Chmelnensis. 1749 superstes, ob morum comitatem, exemplarem vitam collatoribus, parochianis et vicinis omnibus charus[1]).

(19. In menologio Zukoviensi[2]) ad diem 21. Februarii habetur memoria Ioannis Chrisostomi, commendarii Chmelnensis, sine anno.)

Ibidem Chmelnae antiquitus fuit castrum ducum Pomeraniae credibileque est, Damrocam filiam Suantepolci ducis, quae ecclesiam Chmelnensem titulo sancti Petri erexisse perhibetur, solitam ibidem residentiam

---

[1]) Bork (Echo sepulchr.) de eo refert: Resignato beneficio Chmelnensi penes ecclesiam Gorenczynensem pacificam et quietam sibi delegit vitam. Illi successit anno 1756 circiter Kuchtowski, olim commendarius Skarszeviensis. Obiit anno 1767 ultima Ianuarii, illuc successit R. D. Baska, commendarius, natione Bernensis.

[2]) Perlbach, Das Totenbuch des Prämonstratenserinnen-Klosters Zuckau bei Danzig. 1906. p. 4.

habuisse. Castrum id una cum ecclesia Mestuinus II., ultimus ducum Pomeraniae orientalis, iure perpetuo donavit monasterio Zukoviensi 1283. Rudera castri huius appropinquantibus illuc, cito oculis occurrunt.

Sierakowice.

Villa nobilium Łaszewskich, ad quos et iuspatronatus spectat. Ecclesia titulo sancti Martini, episcopi et confessoris, insignita est. Parochia perampla est, comprehendens has villas: *Sierakowice*, *Sierakowska huta*, *Mygi Sierakowskie*, *Pałubice*, *Mygi Pałubickie*, *Patoki*, *Mrozy*, *Tuchlino*, *Huta Tuchlinska*, *Huta Tuchlinska druga*, *Zaiezioro*, *Puzdrowo*, *Młyn Puzdrowski* villas nobilium; *Łysniewo*, *Kowale*, *Załakowo*, *Skrzeszewo*, *Ciechomia*,* *Młynki Kaminskie*, *Potęgowo*, *Na-* p. 226
walcisko, *Kokwino*, *Paczewo*, *Bukowo*, *Huta Bącka*, *Huta Szopska*, *Łączki*, *Moiusz*, *Huta Moiuszewska*, *Przyleśie*, *Gowidlino*, *Lemani Gowidlinskie*, *Smolniki*, *Kamionka:* villas regias capitaneatus Mirachoviensis.

Parochi: 1. 1665: institutus parochus Albertus Wilderman, obiit ibidem 30. Martii 1672.

2. 1674: ...[1]) Słaguszewski, obiit 1685.

3. 1685: Christianus Laurentius Besztel, ex vicario Zukoviensi parochus Sierakoviensis, obiit 9. Ianuarii 1692. Menologium Zukoviense[2]).

4. 1748: Matthias Lęgowski, parochus[3]).

---

[1]) Lacuna. Cognomen omissum; Bork (Echo sepul.) nominat eum Naguszewski.

[2]) Perlbach, Das Totenbuch. l. c. p. 5.

[3]) Addendum ex Bork (Echo sepul.): Anno 1728 die 11. Iulii Alexander Theodorus Lewalt Iezierski legitur parochus Sierakoviensis. Anno 1763 resignavit beneficium iam senex Mathias Rochus Łęgowski, parochus Sierakoviensis, mortuus anno 1765, quem praecessit Ioannes Zielewski, parochus Sierakoviensis per biennium, deinde Strzepcensis, obiit 1763 in Octobri. Annno 1763 Illustris R. D. Franciscus Weiher, parochus Sierakoviensis. Anno 1678 13. Martii Michael Glok, parochus Sierakov.

Strzepc.

Villa regia in capitaneatu Mirachoviensi. Ecclesia lignea tituli sanctae Mariae Magdalenae. Iurispatronatus regii.

Parochi: 1. 1690, 1700: Lucas Stanislaus Wodecki, decanus Mirachoviensis et Butoviensis, parochus Strzepcensis et Swianoviensis Metrica Goręczynensis.

2. 1734, 1749: Ioannes Zelewski, nobili genere Milwini natus, decanus Leoburgensis, parochus Strzepcensis et Swianoviensis[1]).

p. 227

*Swianowo.

Villa regia capitaneatus Mirachoviensis. Ecclesia lignea tituli Nativitatis Beatae Mariae Virginis, filialis ecclesiae Strzepcensis, iurispatronatus regii. Credibile est, ecclesiam hanc olim habuisse proprium parochum, nam ad eandem nuncusque habetur domus plebanalis cum agris, pratis et hortis[2]).

Mirachowo.

Olim civitas, sed pridem desolata, de qua Micraelius lib. 2. num. 17 historiae Pomeraniae sic refert[3]): „Weiters waren noch mehr Städte, die theils durch Krieg, theils ich weiß nicht durch waſ Unglück, in unſerm Pommerlande, gantz ſint zu Grunde gegangen, als Mircho bey Anfang der Lebe". Et ita re vera est. Civitas haec ita interiit, quod hodie neque rudera ipsius supersint. Dubito valde Damalevicii temporibus circa annum 1640 ecclesiam in Mirachowo (uti idem author recenset[4])) stetisse, nullum illius vestigium

---

[1]) Ex Bork (Echo sepul.) addendum: Obiit anno 1763 in Octobri, cui successit anno 1764 R. D. Ioannes Gręca.

[2]) cfr. Fontes I, 204; II, 262.

[3]) Micraelius, Sechs Bücher vom alten Pommerlande. Stetin 1723. l. II no 17 p. 99.

[4]) Damalevicz, Vitae Vladislav. episcoporum. 1642. p. 46; Fankidejski p. 235.

hodie apparet. In aula hac nostra aetàte Dnus Iacobus Kaminski, administrator capitaneatus, adaptavit cameram et in ea altare erexit sub titulo sancti Iacobi apostoli, ad modum capellae domesticae, in qua festo sancti Iacobi de licentia illustrissimi loci ordinarii a parocho Strzepcensi devotio peragitur.

Luzyno.

Villa haec venit monasterio Zukoviensi donatione ducis Suantepolci ante annos 500[1]). An vero in illa iam tunc erecta fuerit ecclesia, non satis certum est, litterae enim erectionis desiderantur[2]). Si tamen coniecturae locus est, dicerem Luzinensem ecclesiam antiqui*orem esse fundatione monasterii Zukoviensis et p. 228
ante adeptam possessionem villae erectam fuisse; posteriorum enim ecclesiarum fundatione monasterii, uti Reinfeldensis, sancti Ioannis Gedani ad monasterium olim spectantium, erectionis litterae servat archivum Zukoviense, nec Luzinenses itaque deessent, si posterius erecta fuisset. Eius loci ecclesia vetus sub titulo sancti Laurentii martyris consecrata fuit, sed quo anno, per quem non constat. Anniversarium dedicationis eius celebrabatur dominica IV. post Pascha, uti annotavit in directorio dioecesano Rndus Dnus Zgierzynski, parochus olim Luzinensis. In locum antiquae ligneae ecclesiae dirutae 1733 Illris Adm Rndus Matthias Rzepczynski, decanus Mirachoviensis et parochus loci, coepit novam ex lapidibus et latere cocto aedificare et circa annum 1740 ipsam exterius forma eleganti consummavit, interius nuncusque eandem exornare non cessans.

Parochia haec sequentes comprehendit villas: *Luzino* cum molendino, *Wiesieczyno* cum molendino, *Barlomino* cum molendino et huta, *Słrzebielino*, *Kambłowo* cum molendino, taberna et aliis 4 casis, *Gos-*

---

[1]) Pommerell. Urkundenbuch p. 110.

[2]) cfr. Kujot, Kto założył parafie w dzisiejszej dyecezyi chełmińskiej: Roczniki Tow. Nauk. w Toruniu. IX, 164; X, 202; X, 216.

ciczyno cum molendino, *Zielony dwor* 1 domus, *Robakowo, Gowino wielkie, Gowino małe* item *Dąbrowka, Ustarbowo* cum molendino, *Sopieszyna* cum taberna dicta Borowa, *Przytoczyno* cum taberna dicta Wygoda, *Częstkowo* cum praedio certo extra villam et 2 casis, *Milwino* cum huta, *Sosnowa* gora 1 domus.

Parochi: 1. 1627 usque 1634: Adalbertus Gęczyc, parochus.

2. 1634: Bartholomeus Kozłowski, commendarius Luzinensis et Gorensis, usque ad annum 1638, quo factus est parochus et rexit hanc ecclesiam usque ad 1649. Fuit is olim capellanus Zukoviensis tempore Praemonstratensium.

3. 1649: Michael Parchen, commendarius Luzinensis et Redensis, ad annum 1659. Vixit adhuc 1690, tunc decanus Pucensis et Leoburgensis. Metrica Kielnensis.

p. 229 *4. 1659: Michael Zychecki, commendarius Luzinensis, ad annum 1663.

5. 1663: Venerabilis Nicolaus Sosnowicz, commendarius Luzinensis, cuius operarii fuere Rndi patres Reformati Weyheropolenses.

6. 1673: Ioannes Iansenius, commendarius usque ad 1681, qui etiam per patres Reformatos labores expedivit.

7. 1681: Ioannes Kwalkowski (eodem anno die 20. Aprilis capellanus Zukoviensis brevissimo tempore), dein parochus Luzinensis sex tantum mensibus. In cuius locum laborabant Rndi patres Reformati. Obiit 16. Decembris 1681.

8. 1682: Laurentius Rubinkowski ex vicario Miłobądzensi (23. Iulii 1682 ab Illri Albino Iosepho Korpalewski, parocho Miłobądzensi, recommendatus Vbli Sosnovio ad Oxiviense beneficium, pro quo accepit Luzinense) commendarius usque 1684.

9. 1684: Ioannes Casimirus Zgierzynski, olim capellanus Zukoviensis, dein parochus Pieniązkoviensis, tandem Luzinensis. Obiit 23. Martii 1700. Zukoviae sepultus.

10. 1700: Petrus Bronk, parochus, obiit 1705. Litterae Szembek officialis.

11. 1705: Matthias Thaddaeus Rzepczynski, parochus et ab anno 1720 decanus Mirachoviensis, cuius industria et cura ecclesia nova ex muro assurexit[1]).

(In menologio Zukoviensi[2]) ad diem 16. Decembris recordatur Ioannis sacerdotis de Luzino. Is autem fuit Ioannes Kwalkowski, qui mortuus est 16. Decembris.)

Goręczino.

De erectione et dotatione ecclesiae Goręczinensis nullae supersunt litterae, certumque est has interiisse, priusquam Cartusia in possessionem villae Goręczino veniret, secus nam eae ipsae, si non originaliter, saltem per copiam in archivo Cartusiensi extarent. Vetustatem erectionis ecclesiae*deficientibus litteris, in- p. 230
dicat campana maior in turri ibidem, habens aeri infusum A. D. 1270. Crediderim ego ecclesiam Goręczinensem paulo post conversionem Pomeranorum ad Christum a Subislao seniore duce aut certe ipsius filiis principibus erectam et dotatam esse, id ex eo quod villa Goręczino ipsorum ducum propria fuerit et castellaniae titulo praefulserit[3]). Quorum fidem facit Damalevicius pag. 180 sic aiens[4]): Samborius dux Pomeraniae castellaniam, quae Goranczin nuncupatur, 18 villis opulentam videlicet: Goranczino, Wąkcowo, Zakowice, Lesno, Kiełpino, Warcino, Derizno, Karlikowo, Borcze, Sardopardy, Wyslecechowo, Semanino, Sławkowo, Bozenkowo, Rana, Ranikowo, Darkance, Ostriche Rmo Michaeli, episcopo Vladislaviensi, donavit perpetuo possidendam ea ratione, ut reliqua pars terrae eius in Pomerania libera esset a decimis ex praediis praestandis episcopo Vladislaviensi. Actum Torunii 9. Calendas Martii anno Domini 1241. Quam

---

[1]) Ex Bork (Echo sepul.) addendum: Cui circa annum 1758 mortuo successit modernus Illris ac Adm. Rndus D. Gregorius Pluta Prądziński vulgo Plutowski.

[2]) Perlbach, Das Totenbuch l. c. p. 77.

[3]) Kujot, Kto założył parafie w dyec. chełmin.: Roczniki Tow. Nauk. w Toruniu. X. p. 158. 161. 351.

[4]) Damalevicz, Vitae Vladislav. episcoporum. 1642. p. 180.

tamen donationem postea frater ipsius rescidit, decimam in manipulis omnis grani de tota terra sua se pensurum submittens. Nonis Iulii Martini papae IV. anno 11. pontificatus.

Iuspatronatus. Ex praemissis cuique facile occurret, quod sicuti antiquioribus temporibus bona Goręczino ipsorum ducum Pomeraniae propria fuerunt, ita eosdem et immediatos ecclesiae ibidem patronos extitisse. Crucigerorum temporibus villa haec venit in possessionem nobilium et ad eosdem una devenit iuspatronatus. Extant in archivo Cartusiae litterae institutionis parochi Goręczinensis de anno 1460 originaliter, quibus clare dictis nobilibus iuspatronatus asseritur huius tenoris: Matthias Racht, rector ecclesiae parochialis in Clodow, vicarius in spiritualibus Rmi in Christo patris ac domini Ioannis, Dei et apostolicae sedis gratia episcopi Vladislaviensis, ac officialis per terram Pomeraniae specialiter constitutus, honorabilibus ac dis-
p. 231 cretis dominis ecclesiarum*rectoribus in Bern et in Chmyeln caeterisque praesentibus requirendis, salutem in Domino. Vacante ecclesia in Gorenczin per mortem discreti domini Oswaldi, ultimi et immediati rectoris ac possessoris eiusdem, discretus dominus Albertus actu presbyter praedictae dioecesis Vladislaviensis praesentium exhibitor, per Nobiles et Generosos Ieskonem et Swanthoslaum germanos, haeredes in dicta Gorenczin, ecclesiae praedictae veros et unicos et legitimos collatores iure haereditario iuspatronatus habentes, extat praesentatus ad ecclesiam praefatam investiendus. Nos igitur visa huiusmodi sufficienti praesentatione, praemissa commenda cum crida idoneitate praedicti domini Alberti per manus nostrae suo capiti impositionem, ad praedictam ecclesiam investivimus et investimus in Dei nomine, curam animarum et administrationem spiritualium ac temporalium sibi committentes in eadem. Quocirca vestrae honoribilitati et discretioni in virtute sanctae oboedientiae et sub excommunicationis poena mandamus, quatenus personaliter discedentes ad ecclesiam saepedictam, praelibatum dominum Albertum more solito inducatis ac in realem

actualemque possessionem omnium et singulorum fructuum, proventuum et obventionum imponatis et de omnibus et singulis redditibus et obventionibus integre et plenarie respondere faciatis eos, ad quos pertinet. Ipsisque parochianis ecclesiae praecipiatis eosdemque inducatis, ut praefato domino Alberto tamquam vero et legitimo pastori ipsorum obediant et intendant in omnibus licitis et honestis. Datum Gdanczk die Veneris 26. mensis Maii anno Domini 1460. Praesentibus ibidem honorabilibus ac discretis dominis plebanis in Stanszicza et in Chmyelno Paulo et Iacobo aliisque fide dignis. Nostro sigillo praesentibus subappenso. L. S. — Proximedicti haeredes bonorum Goręczino 1466 vendiderunt conventui Cartusiae medietatem eorundorum bonorum et 1476 alteram medietatem. Quam emptionem Serenissimus Casimirus, rex Poloniae, non solum*ratam et gratam habuit, sed et per p. 232
singulare privilegium villam hanc ex terrestri in ecclesiasticam proprietatem transtulit et praedicto monasterio incorporavit iure perpetuo possidendam. Qua quidem successione in bona, successit conventus Cartusiae et in iuspatronatus. Quod annorum progressu aliis etiam pluribus titulis illi firmatum est, nempe per aedificationem ecclesiae novae ex solido muro 1639, per coniunctionem ecclesiae Culpinensis, per augmentationem proventuum..

Dos ecclesiae: Possidet reverendus parochus Goręczini in agris et pratis cultis et incultis ab antiquo mansos 4, quos sub primaevo fundationis ecclesiae ibidem pro sustentatione parochi assignatos esse, certum est, quamvis litteris id doceri hodie nequeat. Insuper dicta ecclesia possidet quosdam agros et pratum ac partem stagni in Sławkowo, quando tamen, per quem et ad quam intentionem donatio fundi istius facta est, documenta desunt. Superest Cartusiae aliquod decretum per copiam de anno 1492, in quo perhibetur, quod iam tunc ultra hominum memoriam iste fundus eiusque usufructus ad ecclesiam Goręczinensem pertinuerit. Nihilominus invalescente in his terris haeresi, idem ab haeredibus bonorum Sławkowo

occupatus et in multos annos detentus fuit, ita quod nonnisi post sumptuosam et diuturnam 40 annorum litem ad ecclesiam redierit.

Parochiani: Quibus parochia Goręczynensis a primaevo erectionis suae circumscripta fuerit limitibus, nullum documentum superest. Circa annum 1600 has nonnisi villas comprehendebat: *Goręczyno, Ostrice, Rąti, Sławkowo, Somonin, Wyczechowo* et *Burcz*[1]. Post praefatum vero annum accesserunt villae ex nova radice in sylvis excitatae, nempe: *Kolano, Huta Kolanska, Nowe Czaple, Patul, Iegmuc, Aschbude, Polusino, Hoppendorf, Neüdorf, Ossowa Karczma, Starkowo, Egertowo, Kamel, Diependal, Czarna huta,*
p. 233 *Chylowo, Kapel et Ossenkop.* Villae Kiełpino,*Kartuzy, Grzibno et Lesno ovile spectant ad Culpinensem parochiam. Ex his omnibus hodie percipit reverendus parochus messalia in granis 57 modios siliginis, 2 modios farinae ex molendinis et 56½ modios avenae. In vim strenae plus minus 100 florenos, praeter primitias frugum vulgo kłos, ova et assem paschalem atque accidentalia.

Titulus ecclesiae: Ecclesia vetus lignea gaudebat titulo sanctae Agathae, virginis et martyris. Haec cum a prima sui erectione 400 et amplius annis stetisset et ruinam minaretur, anno Domini 1639 diruta atque in ipsius locum nova expensis Cartusiae ex lateribus coctis muroque solido una cum turri plumbo tecta, sacristia testudinata, ossorio et valvis erecta et eodem adhuc anno perfecta est. In frontispicio templi invenitur effigies Cartusiani ante Crucifixum flectentis cum hac subscriptione lapidi incisa: Haec ecclesia exstructa in in honorem sanctissimae Trinitatis et Omnium Sanctorum a fratre Gasparo Cochelio, procuratore Cartusiae, Trevirensi, anno Domini 1639 inchoata et erecta. Ecclesia haec nondum consecrata est, titulis autem sanctissimae Trinitatis et Omnium Sanctorum, uti dictum est, praefulget.

---

[1]) cfr. Fontes I, 27.

Parochi: 1. 1429 Herr Kirstan, id est dominus Christianus parochus.

2. 1460 obiit dominus Oswaldus parochus.

3. 1460 institutus dominus Albertus Kuer parochus, praefuit annis 26 et obiit pie in Domino 1486.

4. 1486 Dominus Matthias Enoch, parochus Goręczinensis et Culpinensis. 1492 idem adhuc, demum factus canonicus et ultimo praepositus cathedrae Varmiensis. Obiit 8. Martii 1512 habens Cartusiae anniversarium.

5. ...[1]) Ioannes Pacorbiensis, sacerdos de Gorenczino. Ita menologium Zukoviense[2]) ad diem 13. Augusti, sed sine anno.

6. 1590 circiter dominus Clement, parochus per 40 annos. pag. 494[3]). Acta Sławkowo.

*7. 1599 Dominus Valentinus Lipka parochus, obiit 1614 et legavit Cartusiae omnia bona sua. p. 234

8. 1624 obiit dominus Andreas commendarius et legavit bona sua grato successori.

9. 1625 Dominus Stanislaus Mioduszewski, commendarius a 3. Iunii usque ad diem 17. Novembris 1626, quo alibi promotus est.

10. 1629 Dominus Ioannes Palist commendarius.

11. 1639 Pater Gaspar Cochelius, coadjutor Cartusiae, aedificator ecclesiae et vices commendarii agens.

12. 1639 Dominus Ioannes Rimer (natus in villa Burcz) parochus, praefuit annis 18 cum laude et pie obiit 26. Decembris 1658.

13. 1658 die 9. Ianuarii institutus commendarius dominus Philippus Bolman, prior Cartusiae, cum facultate substituendi alios sacerdotes sui ordinis.

14. 1658 a 24. Iunii venerabilis Nicolaus Sosnowicz commendarius, qui ecclesiam Goręczinensem et

---

[1]) Lacuna. Annus omissus.

[2]) Perlbach, Das Totenbuch etc. l. c. p. 49: Joannes Pacosciensis sacerdos de Goręczyno.

[3]) cfr. p. 494 ad calcem: 1597 die 1. Iulii Dnus Georgius. Huius recordatur in actis Cartusiae 1 Chet. his verbis: der erste Zeug: D. Georgius Pfarrherr zu Gorrentzin.

Culpinensem rexit annis 3 in sanctitate et iustitia, demum a sacra nuntiatura promotus ad poenitentiariam Zukoviensem, cui paulo post accessit dignitas surrogati Gedanensis. Obiit vir piissimus Gedani in aedibus patrum Cartusianorum 16. Augusti 1684, corpus Zukoviam devectum, ibidem nuncusque ab annis 60 incorruptum in crypta iacet.

15. 1661 a mense Maio usque ad 1663 ob sacerdotum penuriam curam ecclesiae et animarum habuerunt dominus Philippus Bolman prior, pater Ioannes Uderen procurator, pater Matthias Alexander coadiutor Cartusiae. Item pater Hiacynthus Warszawski, sacri ordinis Praedicatorum, et dominus Martinus, commendarius Stęzycensis.

16. 1663 Albertus Gostomski parochus, qui vero cito resignavit, factus commendarius Lipusiensis cum retentione vicariatus Bernensis.

17. 1663 die 12. Novembris Thomas Baucius commendarius, de quo metrica sic ait: Anno Domini 1670 die sacro Pentecostes (25 Maii) mortuus est Rndus Dnus Thomas Baucius, qui ecclesiae huius Goręczinensis et Kiełpinensis 7 annis fuit commendarius.

p. 235 *18. 1670 Pater Georgius Branicki, olim carmelita discalceatus per 20 annos, demum profugus, Regiomonti sacrilege uxorem duxit. Postmodum opera illustrissimi episcopi Culmensis reductus ad ovile Christi obtentoque indulto transgressionis ad alium ordinem laxiorem, egit Goręczini commendam per triennium, tandem remotus est.

19. 1672 Adamus Carolus Smirzitius, Silesius patria, commendarius per biennium, reversus 1674 in patriam, unde in Ungariam progressus, 1675 factus est vicarius cathedrae Agriensis.

20. 1674 vacante eeclesia vices adimpleverunt dominus Ioannes Bilstein prior, pater Petrus Beier procurator Cartusiae et pater Hilarius sacri ordinis Praedicatorum.

21. 1674 circa finem anni Christophorus Ioannes Sokolnicki, commendarius Goręczinensis et Chmelnensis, usque ad initium Iulii 1675, privatus demum

utroque beneficio. Vide inter parochos Chmelnenses numero 10[1]).

22. 1675 vacante ecclesia ex sacerdotum penuria ferme per annum vices egerunt dominus Ioannes Bilstein prior, pater Ioannes Moltz procurator Cartusiae et reverendus Albertus Skrocki commendarius Chmelnensis.

23. 1676 Adamus Carolus Smirzitius ex Ungaria redux, secundo commendarius Goręczinensis per annos 3.

24. 1679 Ludovicus Przeczkowski, canonicus Lateranensis, commendarius.

25. 1681 Ioannes Mężyński, canonicus Lateranensis, commendarius, qui ad initium veris 1684 reversus est ad suum coenobium.

26. 1684 Georgius Werochowski, ex Chmelnensi factus parochus Goręczinensis, rexit hanc ecclesiam annis 8 et 1692 alibi promotus est. (1687 decoravit ecclesiam Goręczinensem dominus Laurentius Fendrich, prior Cartusiae, novis organis, constant 580 florenos.)

27. 1692 vacante ecclesia vices adimpleverunt patres Ioannes, sacri ordinis Praedicatorum, et Cyrillus, sacri ordinis Carmelitarum.

28. 1692 mense Iunio Ioannes Iosephus Blank, de clero Culmensi, parochus Goręczinensis, sed linguae Polonae ignarus post mensem resignavit id beneficium in favorem*sequentis, ipse vicissim factus vicarius p. 236
Zukoviensis.

29. 1692 die 18. Augusti Georgius Bryzwicz, Thorunensis, ex parentibus lutheranis natus, seminarista olim Culmensis, ex vicario Zukoviensi factus per commutationem commendarius Goręczinensis. Tenuit ecclesiam hanc annis 5 et ad eandem 23. Martii 1697 pie obiit.

30. 1697 die 8. Aprilis praesentatus Georgius Stanislaus Nycz, Varmiensis, qui ecclesiae huic qua commendarius qua parochus laudabiliter praefuit annis 15 et ad eandem die 15. Aprilis 1712 pie mortuus est.

31. 1712 die 2. Septembris Matthias Guminski commendarius.

---

[1]) p. 224.

32. 1713 Matthaeus Ioannes Lewkowicz commendarius, quo amoto brevi tempore

33. 1713 pater Theophilus Bronk, s. ordinis Praedicatorum, vices egit.

34. 1714 Iosephus Lendzki commendarius.

35. 1714 Ioannes Kamrowski, commendarius et alias parochus Graboviensis.

36. 1716 Ioannes Węgierski, natus Kobusseviae, educatus Malkoviae (quod praedium patrum Cartusianorum illius parentes ab 1701 usque ad mortem per arendam tenuerunt, 4 filios sacerdotes relinquentes: Ioannem parochum Goręczinensem, Andream Societatis Iesu, Leonardum et Urbanum sacri ordinis Carmelitarum), qui decursis inferioribus scholis Schotlandiae, factus alumnus pontificius Brunsbergae, ibidem philosophiae, theologiae et iuri canonico studuit. Provisus titulo ecclesiae Goręczinensis in sacerdotem ordinatus, mox regimen eiusdem ecclesiae auspicatus est laboresque hos continuans annis 15 laudabiliter, meritis plenus ad eandem ecclesiam obiit 5. Decembris 1731.

37. 1731 circa finem anni praesentatus et deinde suo tempore institutus parochus Goręczynensis et Culpinensis Rndus Dnus Nicolaus Muchowski, natus Bernae ibidemque hactenus vicarius. Cuius industria et cura in ecclesia altaria 3 deaurata et ambona, parietes imaginibus passionis Dominicae condecorati et via crucis cum indulgentiis introducta. Vivit incolumis 1749[1]).

p. 237

*Kiełpino.

Litterae primae erectionis et dotationis ecclesiae parochialis Kiełpinensis: Universis et singulis praesentia visuris seu audituris, ego frater Ioannes, prior totusque conventus domus Paradisi Mariae ordinis Cartusiensis, harum recognoscimus serie litterarum publice protestantes, quod ad ecclesiam parochialem in nostra villa Culpin in divini cultus augmentum, nec non defunctorum perennis suffragii et solatii pullulans

---

[1]) Mortuus a. 1756 die 7. Ianuarii (Bork, Echo sepul.)

incrementnm, erectam et exstructam, pro sustentatione plebani, qui pro tempore erit, assignavimus et donavimus, praesentibus assignamus et irrevocabiliter donamus 3 mansos: 2 ex parte monasterii nostri ab omni exactione et impetitione ac universis nostram utilitatem ac profectum concernentibus liberos plenarie et immunes, de tertio vero manso rustici praefatam villam incolentes domino nostro episcopo (*) et nostro monasterio omnia facere tenebuntur, sicut de aliis mansis censualibus facere consueverunt, prout in praesentia Domini Ervini advocati Dirsoviae plurimorumque feodalium ac aliorum fide dignorum hoc unanimiter promiserunt. Etiam villam hortulanorum prope nostrum monasterium situatam ad eandem ecclesiam deputamus. Et vitrista in nostris metis residens, ecclesiastica sacramenta in praedicta ecclesia requirens, sua offertoria cum aliis iustitiis, temporibus statutis, more aliorum vitristarum, reddere est adstrictus. Concedimus insuper eidem plebano in stagnis nostris infra granicias villae saepedictae iacentibus liberam licentiam piscandi cum parvis instrumentis pro suae mensae tantum necessitate. (✝) Datum anno Domini 1391 in die XI. millium virginum, sub nostri monasterii sigillo praesentibus appenso in signum permissorum.

(*) Domino nostro episcopo pendebantur illo tempore decimae non reverendis parochis, de quibus legi potest Damalevicius pag. 234[1]) et alibi. Rustici Culpinenses illa aetate dabant de singulis mansis intuitu decimae 1 Vierdung, id est 5 grossos Pruthenicos.

*Vix in possessionem bonorum Goręczino conventus p. 238
Cartusiae venerat et iuspatronatus ad ecclesiam ibidem assecutus fuerat et iam meditabatur ad hanc et Culpinensem ecclesiam unicum nonnisi parochum propter Culpinensis beneficii tenuitatem praesentandi. Rem facilitabat, quod ad annum 1486 utraque ecclesia simul pastore orbata esset, hinc sequentes litterae emanatae sunt: Reverendo in Christo Patri et DD. Petro, Dei et apostolicae sedis gratia episcopo Vladislaviensi

---

¹) Damalevicz, Vitae Vladislav. episcoporum. 1642. p. 234.

eiusque per terrae Pomeraniae districtus in spiritualibus vicario, ac illi vel illis, ad quorum canonicam provisionem de iure, consuetudine ac commissione infra scriptum spectat negotium, frater Andreas, prior humilis, totusque conventus monasterii Paradisi Mariae ordinis Cartusianorum Vestrae dioecesi reverentiam debitam ac promptissimam obsequendi voluntatem cum orationum nostrarum suffragiis ad Dominum sedulis iuxta meritum, statum et gradum cuiusque memorati. Vacante ecclesia parochiali sanctae Agathae in Gorenczin praedictae dioecesis per mortem felicis memoriae quondam domini Alberti Kuer veri, immediati et ultimi possessoris eiusdem, cuius ius praesentandi ad nos nostrosque successores, toties quoties vacare contigerit, pleno iure pertinere dignoscitur, honorabilem ac commendabilem virum dominum Matthiam Enoch, clericum et presbyterum antedictae dioecesis, latorem praesentium, de cuius scientia morumque probitate plurimum in Domino confisi, Vestrae dignae Reverentiae ac Dominationi harum litterarum nostrarum serie offerimus et praesentamus, una cum eodem enixius exorantes, ut Omnipotentis Dei nostrarumque precum instantia et intuitu, praefatum dominum Matthiam ad praelibatam ecclesiam eiusque animarum curam inibi gerendam, instituere de eademqe investire et eidem providere cum commissionibus de iure fieri solitis et consuetis ac cum iuris canonici plenitudine litterasque sibi desuper necessarias et opportunas in forma solita decernere praevia charitate dignemini, nec non ad similem nostram deprecationem devotamque instantiam eidem domino Matthiae curam animarum ecclesiae parochialis in Colpin antedictae etiam dioecesis, cuius ad nos pari modo iuspatronatus pertinere
p. 239 dignoscitur, ad tempus committere pro*pter eiusdem ecclesiae fructuum exilitatem ac quousque eidem de idoneo et competente valeamus pastore providere. Praemium proinde ab omnium bonorum Remuneratore multipliciter ...[1]) recepturi. In cuius rei evidentius

[1]) Lacuna.

testimonium praesentem nostram litteram sigilli monasterii nostri appensione, ex nostra certa et omnium scientia pariter et consensu, duximus roborandam. Datum in monasterio Paradisi Mariae anno Domini 1486 die vero Veneris 20. mensis Ianuarii.

Nullum alias coniunctionis decretum vel instrumentum extat, sed certum est, ab hocce tempore ecclesias Goręczinensem et Culpinensem ab uno nonnisi parocho gubernatas et tentas esse.

Parochi: Non plurium quam unius parochi nomen hactenus investigare mihi licuit, nempe domini Nicolai, qui ad annum 1429 ecclesiae Culpinensi praefuit teste privilegio molitoris Ostricensis, ad cuius calcem haec leguntur: Geczuge des dinge synt dese Erbare Lute Herr Kirstan Pfarrer zu Gorenczin, Herr Niclos Pfarrer zu Colpyn. — Ab anno 1486 numerandi veniunt parochi iidem Colpinenses, qui Gorenczinenses. Scholarem (sive ut hodie vocant organarium) autem ibidem fuisse docent aliae litterae super tabernam villae Kartuzy de anno 1418, in quibus haec lego: Do quam vor uns Niclos der Krüger Ioannis des Schulers Sohn etwan zu Colpin.

Dos ecclesiae: Audivimus ex litteris erectionis, pro sustentatione parochi a conventu Cartusiae datos et donatos esse 3 mansos, quos nuncusque reverendus parochus possidet. Organarius pariter ibidem habet particulam agrorum. Item ibidem est quoddam pratum Obcizna appellatum, pro quo rustici annuatim ecclesiae solvunt 4 florenos. Sed mirum est, nullum in villa Culpino extare vestigium, ubinam locorum antiquitus aedes plebanales et organarii steterint.

Titulus ecclesiae: Templum vetus ligneum anno 1391 erectum, insignitum fuerat titulo et patrocinio sancti Michaelis archangeli et sanctae Margarethae, virginis et martyris.*Quod vetustate collapsum dissolvere fecit dominus Philippus Bolman, prior Cartusiae, et in eius locum novum una cum campanili ex solido muro 1646 auspicatus est et ita continuavit, quod ad initium veris 1647 sub tectum venerit, in Aprili benedictum sit atque divina in ipso peragi coeperint. Retinuit ecclesia veteres titulos et patrocinia. p. 240

In ecclesia Culpinensi, quae nunc pro filiali ecclesiae Goręczinensis aestimatur, reverendus parochus Goręczinensis quavis tertia dominica die et festo, item feriis II. Paschae, Pentecostes et sancti Stephani protomartyris, festis patrocinii sancti Michaelis et Margarethae atque feria II. post dominicam in Palmis pro excipienda confessione paschali devotionem peragit divertitque tali die ad unum rusticorum villae per turnum (ob defectum domus plebanalis), apud quem et mensam habet vel huius loco percipit 12 grossos et organarius 6 grossos.

Grabowo.

Praedium patrum Cartusianorum. Anno 1631 erexit dominus Ioannes Udalricus Repfius, prior Cartusiae, sumptibus monasterii intra aream praedii ex solido muro capellam cum campanili et in ipsa altare ad honorem sanctae Annae, matris Beatae Mariae Virginis, ad usum proprium vigore privilegiorum sacri ordinis Cartusianorum, secundum quae patribus Cartusiensibus in grangiis et villis ad se spectantibus licet non solum altaria portatilia habere ac missam celebrare, verum etiam personis ordinis et mercenariis ecclesiastica sacramenta ministrare. Capella haec postquam ad perfectionem venerat, ab Illmo et Rmo DD. Matthia Łubienski, episcopo Vladislaviensi, loci ordinario, visitata, approbata et benedicta est. Anno 1641 concessit illustrissimus nuntius apostolicus facultates patri Philippo Bolman, procuratori tunc Cartusiae, haereticos et schismaticos redeuntes et poenitentes in dicta capella absolvendi. Anno 1645 Illmus et Rmus Nicolaus Albertus ab Olexow Gniewosz, episcopus Vladi-
p. 241 slaviensis, conces*sit eidem patri Philippo, tunc iam priori Cartusiae, facultates in eadem capella concionandi ex ambona, confessiones Christifidelium sexus utriusque excipiendi, a casibus episcopo reservatis nec non ab haeresi absolvendi. Anno 1650 illustrissimus nuntius apostolicus concessit rursus ad triennium easdem facultates domino Philippo priori et patri Gas-

paro Cochelio, procuratori Cartusiae. Anno demum 1665 Illris et Adm. Rndus Andreas Casimirus Laurinowicz, decanus Mirachoviensis et praepositus Bernensis, instituit actionem contra patres Cartusienses occasione capellae Graboviensis, quae deinceps in diuturnam litem abivit. Adnitebatur dictus dominus praepositus capellam hanc unam ex filiabus ecclesiae Bernensis adnumerare. Spectabant quidem incolae villae Grabowo ad parochiam Bernensem, qui et pendebant domino praeposito ibidem decimas et reliqua iura parochialia, sed ad capellam domesticam patrum Cartusiensium ibidem nullum eidem ius competebat. Evocata demum causa ad sacram nuntiaturam, patres Cartusienses ab omni ulteriore impetitione liberi pronunciati sunt et dominus praepositus in litis expensas condemnatus est. Anno 1692 Illsmus et Rmus Stanislaus in Lubraniec Dąbski, episcopus Vladislaviensis, concessit domino Petro Beier priori et patri Ioanni Rau procuratori ac patri Bernardo Mensink, coadiutori Cartusiae, facultates amplissimas in capella Graboviensi sacramenta tam necessaria, quam voluntaria administrandi. Anno 1701 Illmus ac Rmus Stanislaus in Słupow Szembek, episcopus Vladislaviensis, idem repetiit, sed cum Graboviae Christifidelium numerus (erectis aliquot ex nova radice villis in silvis Graboviensibus) quotidie augeretur priorique Cartusiae non vacaret huiusmodi administrationi intendere. tandem anno 1701 excitatis ibidem Graboviae convenientibus aedibus pro parocho et organario dimensisque et exdivisis agris, ad augmentum divini cultus et animarum salutem de consensu totius conventus erexit et dotavit hanc capellam in ecclesiam parochialem per instrumentum ut sequitur:

**Litterae erectionis parochiae Graboviensis.* In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. p. 242
Licet Christifidelium bona opera salutifera christianae pietatis gratique animi erga Divinam Maiestatem documenta, externa luce, ut videantur ab hominibus, non indigeant, cum ipse iustus meritorum Remunerator in libro vitae etiam secreta cordis descripta habeat, nihilominus benigna et simul provida mater ecclesia, ut

in oculis posterorum praeclare gesta piissimorum praedecessorum, augmentum cultus divini zelose promoventium et ampliantium, emicent et observentur et eo ferventius ad virtutis meritoriae sectanda vestigia caeteri praemoneantur excitenturve, ea litterarum monumentis commendanda esse voluit. Proinde universis et singulis, quorum interest aut in futurum quomodolibet interesse poterit, significamus, quomodo religiosus pater Petrus Beier, monasterii Cartusianorum prior, vir pius et gloriam Dei diligens, cuius monasterium habens villam Grabowa antiqua dictam, ad proprietatem eiusdem monasterii Carthusianorum spectantem, in eademque villa capellam ab antiquo exstructam iureque parochiali Bernensi subiectam, quae villa Grabow a praedicta ecclesia parochiali Bernensi uno milliari distat, propter quam loci distantiam, viae ac ipsiusmet parochi Bernensis in cura animarum et administratione sacramentorum incommoditatem, circa quam villam Grabow plurimae villae et pagi infrascripti haereticis impleti nullique ecclesiae parochiali hucusque adscripti extabant et exstent, supplicavitque nobis suo ac totius monasterii praefati nomine, quatenus in loco huiusmodi capellae ecclesiam parochialem in dicta villa Grabow erigere villasque eidem contiguas una cum haereticis ecclesiae praefatae Grabow parochialis, ad laudem Dei omnipotentis Maximi tum et Beatissimae ac Gloriosissimae semper Virginis Mariae ac sanctae Annae honorem erectae, applicare animasque inibidem existentes Deo Maximo in aeternum lucrifacere ac ecclesiam parochialem una cum parocho*pro tempore existenti, inscripta ei prius et assignata dote infrascripta, constituere ipsiusque intentionem ad exoptatum finem deducere litterasque cridae in vim citationis generalis contra omnes et singulos, sua ex adverso ius et interesse aliquod ad infrascripta sese quomodolibet putantes et praetendentes, ab officio nostro eidem extradere ipsique autoritate nostra ordinaria super praemissis providere dignaremur, prout extradi mandavimus et providimus per praesentes. In termino itaque hodierno, ex praemissis litteris cridae

legitime, ut a tergo illius apparebat, per affixionem valvis et publicationem in capella villae praenominatae Grabowa et adcitationem parochi Bernensis executis, incidenti et provenienti, personaliter comparens suprascriptus religiosus pater Petrus Beier, monasterii Cartusianorum prior, suo ac totius eiusdem monasterii nomine principalis actor contumaciam omnium et singulorum, sua ex adverso ius et interesse aliquod ad infrascripta se habere quomodolibet putantium et praetendentium, dictis litteris cridae citatorum, signanter Adm. Rndi Ioannis Borowski, parochi Bernensis uti notorii oppositoris, pro die et termino hodierno citati ac iudicialiter comparentis, et aliorum dictis litteris cridae citatorum et non comparentium, nec quidem contra actum praesentem dicentium, accusavit et in eorum contumaciam productis litteris cridae tum et citationis, producto quoque instrumento officioso inferius descripto, in vim dotis ecclesiae parochiali Grabowa servientis, donationem et cessionem certorum mansorum, tum et messalium in eadem continente, et tam per se quam per alios superiores religiosos eiusdem monasterii subscripto, inhaerendoque eidem, ecclesiam parochialem baptizmalem per se et a nulla ecclesia dependentem erigi, parochum constitui ac donationem mansorum seu agrorum ac fundorum, tum et assignationem messalium libertati*ac immunitati p. 244
ecclesiasticae adscribi, approbari, confirmari nec non villas in eadem donatione expressas praefatae ecclesiae parochiali in Grabowa eiusque regimini, iuri et iurisdictioni applicari, quinimo villam ipsam Grabowa, hactenus ad ecclesiam parochialem Bernensem spectantem, propter incommoditatem parochianorum et loci distantiam a praefata ecclesia parochiali Bernensi disiungi, dismembrari ac segregari, nec non ius exigendi messalia, hucusque ad ecclesiam Bernensem spectans et pertinens, ecclesiae parochiali in Grabowa eiusque parocho, nunc et pro tempore existenti, dari et concedi et alias quodcunque ius ecclesia parochialis Bernensis ad praefatam villam Grabowa habuit, id totum ac integrum in ecclesiam parochialem Gra-

bowiensem transfundi mandari, iuspatronatus sibi seu suo monasterio concedi, decretum definitivum desuper ferri, promulgari illudque debitae executioni demandari, debita cum instantia petiit et postulavit. Cuius donationis tenor de verbo ad verbum est et sequitur huiusmodi:

Actum Gedani die 12. mensis Augusti anno Domini 1701. Coram officio actisque praesentibus Vblis consistorii Gedanensis personaliter constitutus Adm. Rndus et religiosus pater Petrus Beier, monasterii et conventus Cartusianorum prior, in hac Pomeraniae dioecesi exsistentis, palam, libere et per expressum recognovit, quod capellam Graboviensem pro sua et successorum suorum, nec non et officialium suorum religiosorum devotione exstructam, post liberam ipsius resignationem ab Adm. Rndo Ioanne Borowski, praeposito Bernensi, in hoc Vbli officio factam, suo et totius praememorati conventus nomine in ecclesiam parochialem erigendam esse duxerit, prout etiam ex singulari zelo cultus divini et animarum curae, sub ratificatione Illmi, Excellmi et Rmi Dni Stanislai in Słupow Szembek, Dei et apostolicae sedis gratia episcopi Vladislaviensis et Pomeraniae, utpote loci
p. 245 *ordinarii, erexit, dotando eam ecclesiam quatuor mansis cum omnibus pertinentiis et attinentiis, cum adiunctis pratis et horto Comrow dicto, idque prope ecclesiam, ubi nova parochialis domus est erecta, in antiquo Grabov assignando. Praeterea eidem ecclesiae villas sequentes videlicet: Antiquum Grabov, Grabowko novum, Fusthut, Klobuczin, Grabovshut, Stophershut, Spon, Lerke, Iaszhut, Ochsenkop, ex quibus villis Rndus parochus pro tempore existens quotannis percipiet 50 modios siliginis et totidem avenae, ita tamen, ut Adm. Rndo Dno Ioanni Borowski huius anni tantum messalia, prout antea, ex villa antiqua Grabov cedant et extradantur. Deinceps vero Rndo parocho pro tempore existenti a quolibet rustico praetactarum villarum solvetur strena annuatim per sex grossos, tum et primitiae Kłos dictae, nec non ova parocho numero 6. Pro sustentatione autem orga-

narii seu scholiregae praenominatus Adm. Rndus ac religiosus pater prior eidem assignabit hortum, casam et in vim salarii ex dictis villis 15 modios siliginis, nec non pro quolibet semestri 2 florenos ex carbona ecclesiae ac praeterea pro strena a quolibet chmetone 10 grossos, ab hortulano 3 cum hac expressa conditione, ut unam clavem ad praedictam ecclesiam Graviensem habeat monasterium et alteram Rndus Dnus parochus liberumque sit Adm. Rndi patri priori, procuratori, coadiutori et eorum succedaneis, quoties ad praedium Grabov venerint, missae sacrificium sine ulla requisitione aut interpellatione parochi, pulsatis campanis, pacifice celebrare. Alte memoratum Illmum, Excellmum et Rmum Dnum loci ordinarium ea, quae par est, submissione rogando, hanc praemisso modo factam erectionem ecclesiae Graboviensis ratificari, approbari et eidem in omnibus punctis et clausulis robur perpetuae firmitatis addi et apponi. Frater Petrus Beier, prior Cartusiae, meo et totius monasterii nomine manu propria. Frater Petrus Mahr, procurator, meo et totius monasterii nomine. Frater Anthelmus Wernesch, coadiutor, meo et*totius monasterii nomine. Leopoldus p. 246
Kotulinski, sacra autoritate apostolica publicus et Vblis consistorii Gedanensis notarius iuratus, ad praemissa testis, manu propria. In praesentia Adm. Rndi Ioannis Borowski, parochi in Berna, ex adverso citati, tam super erectione, quam super applicatione iuris sui, sibi suaeque ecclesiae ad messalia servientis, nec non super disiunctione et disgregatione villae Grabov a sua parochiali ecclesia Bernensi ac de eodem iure ecclesiae parochialis in Grabowa totaliter cedentis et salva nihilominus per omnia autoritate et dispositione sanctorum canonum super praemissis omnibus consentientis.

Nos vero Stanislaus in Słupow Szembek, episcopus Vladislaviensis et Pomeraniae, cultum divinum et devotionem erga Sanctissimam Deiparam Virginem tum et sanctam Annam omni, quo decet, zelo promovere cupientes, ante omnia attento expresso consensu Adm Rndi Borowski, parochi Bernensis superius

expressi, aliosque citatos diutius ultra horam audientiae expectatos et non comparentes, contumaces prout merito suadente iustitia reputavimus et in eorum contumaciam visis et lectis tam litteris cridae, quam citationis legitime executis, visa donatione officiosa agrorum et fundorum, nec non messalium constitutione, villarum applicatione de anno currenti de actu Gedani die 12. mensis Augusti coram actis officii nostri per religiosos patres Petrum Beier priorem, Petrum Mahr procuratorem, Anthelmum Wernesch coadiutorem suis ac totius monasterii nominibus subscripta, eandem approbavimus et quatuor mansos cum omnibus pertinentiis, attinentiis eorundemque mansorum adiunctis pratis et horto Komrow dicto, idque prope ecclesiam, ubi nova parochialis domus est erecta, libertati ac immunitati ecclesiasticae praefatae parochialis ecclesiae adscripsimus dictosque mansos et fundos universos, uti ecclesiae dotales in eadem donatione expressos, ab omnibus oneribus libertavimus nec non quotannis percipiendi messalium ex villis Antiqua Grabov, Grabowko novum, Fusthut, Klobuczin, Grabovshut, Stophershut, Spon, Lerke, Iasshut, Ochsenkop 50 modios siliginis et totidem avenae assignavimus praeexpressas-
p. 247. que vil*las omnes et singulas ad ecclesiam parochialem huiusmodi Graboviensem spectare et pertinere decrevimus easdemque villas iure parochiali ecclesiae praefatae in perpetuum subiici debere pronunciavimus ac subiectas fore declaravimus. Item parocho pro tempore existenti a quolibet rustico praetactarum villarum solutionem per 6 grossos, tum et primitias Kłos dictas, nec non ova parochialia numero 6 eidem parocho designavimus. Pro sustentatione vero organarii seu scholiregae praenominatus religiosus pater prior hortum, casam assignare, pro quolibet semestri 2 florenos ex carbona ecclesiae ac intuitu strenae a quolibet chmetone grossos 10, ab hortulano vero grossos 3 eidem dare, solvere ac mandare sese obligavit. Insuper liberum erit ad ecclesiam parochialem praedictam Graboviensem unam clavem tam religiosis patribus, priori, procuratori et coadiutori et eorum succedaneis, quoties

ad praedium Graboviense venerint, habere et missae sacrificium celebrare voluerint, sine ulla requisitione aut interpellatione parochi, pulsatis campanis, pacifice celebrare concessimus. Praeterea villam praefatam Grabowa ex causis superius praemissis ab ecclesia parochiali Bernensi simul cum parochianis inibidem existentibus separavimus, disiunximus eandemque villam eiusque populum nulli alteri, nisi solimet ecclesiae parochiali Graboviensi adstrictam fore addiximus, iusque exigendi messalia, post agros et totam villam Grabowa, antehac ecclesiae parochiali Bernensi servienti eidem ecclesiae parochiali in Grabov dedimus et donavimus et exnunc prout extunc ecclesiam parochialem baptizmalem in honorem Beatissimae ac Gloriosissimae semper Viiginis Mariae ac sanctae Annae ereximus. Iuspatronatus ecclesiae praefatae priori totique monasterio Cartusiensi in perpetuum reservavimus omnesque iuris et facti defectus, si qui in praemissis quomodolibet intercesserunt, supplevimus, prout reputamus, adscribimus, assignamus, decernimus, pronuntiamus, declaramus, designamus, libertamus, concedimus, separamus, desiungimus, dicimus, damus, donamus, erigimus, fundamus, dotamus, confirmamus, ratificamus, approbamus litterasque erectionis, approbationis, confirmationis et alias necessa*rias in forma so- p. 248
lita decerni et extradi mandavimus. In quorum maiorem fidem praesentes manu nostra subscripsimus et sigillo nostro communiri iussimus. Dabantur Gedani die Veneris 21. Octobris anno Domini 1701.

Stanislaus Szembek, episcopus Vladislaviensis et Pomeraniae, manu propria.

L. S.

Franciscus Budziszewski iuris utriusque doctor, actorum curiae suae Illmae celsitudinis notarius, manu propria.

Neoparochus sub ingressu accepit insuper agros conseminatos 10 modiis siliginis, equos 2 aliaque pecora et frumenta, item aliquot libros pro concionibus a collatoribus pro inventario perpetuo. Ecclesia ad sui erectionem iam erat omni suppellectile, calice, ca-

sulis omnis coloris, etc. ab iisdem collatoribus instructa et dotata.

Augmentum primae dotationis: Anno 1722 die 29. Maii collatores adiudicarunt in favorem reverendi parochi, ut singuli Lutherani, qui 10 aetatis annum attigerunt, quotannis in vim assis paschalis solvant reverendo parocho per 2 grossos. Item ut iidem intuitu funeralium pro unoquoque corpore mortuo sive infantis sive adulti et cuiuscunque sexus solvant 3 florenos. *Aliud:* Anno Domini 1723 die 6. Maii, inter Adm. Vblem Dnum Gvilielmum Loesberg priorem et totum Vblem conventum Cartusiae sub auctoritate eiusdem Adm. Vblis Dni prioris ab una et Adm. Rndum Dnum Adalbertum Iosephum Kumanowski, parochum Graboviensiem, parte ab altera eiusmodi intercessit intercisa: Supramemoratus Adm. Vblis Dnus prior cum suo conventu, annuendo votis et petitionibus dicti Adm. Rndi Dni parochi, casam noviter erectam cum horto pro colono suo in villa Grabowo, fundo villae eiusdem antiquissimo et proprio, dicto reverendo parocho Graboviensi pro emolumento eius (non applicando nec incorporando eandem casam fundo ecclesiastico) ad triennium et a triennio ad triennium et sic consequenter infrascriptis conditionibus transmittit, cedit et offert. Conditiones vero sunt istae: 1. Liberum erit Adm. Rndo parocho pro nunc existenti
p. 249 in praedictam casam ho*minem ad praestandas ipsi agrarias, exceptum omnibus contributionibus villanis ac militaribus ac aliis quocunque nomine vocitatis, cum consensu tamen Adm. Vblis Dni prioris et totius conventus eiusdem imponere et ad praestandos labores applicare (salva iurisdictione conventus supra excessibus eiusdem mansionarii). 2. Mansionarius ille pecorum suorum, porcorum, suum et anserum cum villanis libera habebit pascua, cum solutione pastorum cum aliis villanis, ut moris est. 3. Nullam propinationem liquorum tam cremati quam cerevisiae in praedicta casa exercebunt aut panes pinsere ad vendendum, nec ulla mercimonia, quae tabernatori nostro Graboviensi nociva esse possunt, exercere praesumat. 4. Nullum damnum in silvis nostris per carbones et cineres exu-

rendos praedictus mansionarius inferat, sed ligna tantum pro calefactione sua habebit libera in illa silva, in qua caeteris villanis liberum est. 5. Mansionarius ille nunquam agros chmetonales debet possidere, sed tantum manere hortulanus pro praestandis Adm. Rndo parocho laboribus. Quas omnes et singulas conditiones, si Adm. Rndus parochus in toto servaverit, etiam Vblis Dominus prior cum suo conventu eundem circa possessionem casae illius inviolabiliter servaturum appromittit. Quod si autem alicui conditioni contravenerit aut praesentem intercisam manutenere noluerit, liberum erit omni tempore Adm. Vbli Dno priori casam rehabere ac pro usu et libitu suo applicare. In quorum fidem praesentes ab utraque parte manibus subscripserunt et sigillis propriis communiri fecerunt. Datum Cartusiae ut supra. L. S. Adalbertus Iosephus Kumanowski, parochus Graboviensis. *Tertium:* Anno Domini 1724 acquisiverat Adm. Rndus Dnus Adalbertus Kumanowski, parochus Graboviensis, inscio conventu Cartusiae praesentationem ad ecclesiam Rakownicensem a possessoribus villae eiusdem et paulo post institutionem ad eandem a Vbli officio Gedanensi cum retentione beneficii Graboviensis. Contra quam novitatem Cartusia mox protestata est, ideo quod praefa-
tus Adm. Rndus parochus post*ponens obligationem p. 250.
suam circa ecclesiam Graboviensem, quavis 3 dominica nonnullis etiam diebus festis, hanc vacuam relinquens, in capella Rakownicensi devotionem perageret. Ut vero illum ab hac capella revocaret, ultra 50 modios siliginis totidemque avenae in litteris erectionis assignatos adiecit in augmentum proventuum adhuc 10 modios utriusque grani ex villa Grabowko recipiendos. Quibus postea adhuc 2 modii siliginis ex Angstbang, item 10 modii avenae ex Arnikowy accesserunt. Ita quod hodie Rndus parochus intuitu messalium percipiat 62 modios siliginis et 72 modios avenae.

Parochiani: *Grabowo,* ubi praedium, scultetia, taberna et 14 casae; omnes catholici. *Grabowko,* ubi scultetus catholicus et 10 chmetones Lutherani. *Młyn Grabowski,* molitor solus. } Villae omnes Cartusiae

Klobuczino, scultetia, taberna, 16 chmetones, omnes Lutherani. *Fuspeterowo* chmetones 6 Lutherani. *Grabowska huta,* chmetones 6, quorum 2 catholici. *Spon,* chmetones 4 (olim 6) quorum 2 catholici. *Stoferowo,* chmetones 4, quorum 1 catholicus. *Ossenkop,* chmetones 2, ambo catholici. *Iassowo* praedium parvum et 1 hortulanus. *Kamionky,* chmetones 2 Lutherani. *Angstebank* molitor et 1 chmeto Lutheranus. } Villae omnes Cartusiae

Arnikowy gorny y dolny, bona Mgfci Lniski assessoris, in quibus chmetones aliquot Lutherani, incorporati parochiae Graboviensi 1723.

Parochi: 1. Franciscus Schram, Schotlandensis, primus post erectionem 1701 factam parochus Graboviensis, qui divinum cultum in hac novella plantatione
p. 251. stre*nue promovens in plures annos, ad eandem ecclesiam pie obiit, corpore vigore testamenti in Schotlandiam translato ibidemque honorifice sepulto.

2. Ioannes Stanislaus Kamrowski, parochos, praefuit ecclesiae huic annis aliquot cum laude, demum 1719 ad pinguius beneficium in archidioecesi Gnesnensi penes Conecum promotus.

3. Adalbertus Iosephus Kumanowski, Varmiensis, praesentatus 1720 die 12. Iunii et paulo post institutus parochus. Rexit ecclesiam hanc usque ad 1731, demum translatus ad ecclesiam Kiszeviensem, ubi post hebdomadas 6 mortuus est. Sub cuius regimine sacristia (qua hactenus ecclesia caruit) ex solido muro, item domus plebanalis more Pruthenico aedificata et proventus ecclesiae in multis (uti supra dictum est) aucti sunt.

4. Quo translato vacavit ecclesia ferme per annum integrum, vices interim supplente Adm. Rndo parocho Goręczinensi. Anno 1732 die 17. Aprilis a collatoribus praesentatus est Ioannes Glinski, clericus minorum ordinum, pro parocho, sed ob defectum aetatis a venerabili officio Gedanensi non admissus. Demum post annos paucos factus parochus Solęczinensis. Rursum die 25. Augusti anni eiusdem 1732 praesentatus est Adm. Rndus Adamus Milewski, vicarius Zukoviensis,

sed cum mox parochiam Chmelnensem assecutus fuisset, reddidit litteras praesentationis.

5. Antonius Rozner, commendarius Graboviensis per biennium circiter, demum factus commendarius Przodkoviensis.

6. Paulus Petrus Lazarowicz, canonicus Livoniensis et hactenus (1733) praepositus Weiheropolensis ac parochus Gorensis. Vir hic dimissa pinguiori praebenda, affectavit ob bonum quietis parochiam Graboviensem et obtinuit. Pavit gregem sibi commissum verbo et exemplo per annos prope 11. Tandem post celebratas secundas primitias, senio confectus, sed meritis plenus pie obiit in Domino 8. Decembris 1743 et primus in ecclesia Graboviensi sepultus est.

7. Andreas Milinski, hactenus poenitentiarius Zarnovecensis, ad finem*anni 1743 praesentatus. Sed hic, p. 252.
cum tam cito Zarnoveco se expedire non posset, ecclesia Graboviensis in commendam prius Rndo Matthiae Wisniewski ad tempus breve, deinceps vero Rndo Ioanni Koziczkowski (qui ferme per biennium absente parocho ecclesiam laudabiliter rexit) data est. Ipsemet reverendus parochus usque modo (1749) superstes est.[1])

Privilegium regium pro nundinis Graboviae celebrantibus Gorenczyno et Kölpin. Augustus II., Dei gratia rex Poloniae, magnus dux Lituaniae, Russiae, Prussiae, Samogitiae, Kiioviae, Volhyniae, Podoliae, Podlachiae, Livoniae, Smolensciae, Severiae Czernichoviaeque, nec non haereditarius dux Saxoniae et princeps elector. Significamus praesentibus litteris nostris, quorum interest universis et singulis, quia nos ad supplicationem Vblis prioris et monasterii Cartusianarom in palatinatu Pomeraniae prope Gedanum siti, quo videlicet eidem monasterio maiores ex bonis fundationi eius adscriptis proveniant reditus, faciendum esse duximus, ut in villis dicti monasterii

---

[1]) Andreas Milinski adiit beneficium Graboviense anno 1746 ac in omni pietate, carnis suae mortificatione ac exemplari vita rexit atque ibidem circa annum 1756 obiit. Illi successit Adm. Rndus Dominus Bobrucki. (ex Borcii Echo sepul.)

Cartusianorum Grabowo, Gorenczyno et Kołpino nominatis, nundinas seu fora annualia certis temporibus celebranda institueremus et concederemus. Uti quidem praesentium litterarum nostrarum authoritate et quidem in villa Grabowo pro festo sanctae Annae, matris Beatissimae Virginis Mariae, in villa Gorenczyno pro festo sanctissimae et individuae Trinitatis, in villa denique Kołpino pro festo sancti Michaelis archangeli in posterum celebrandas et frequentandas nundinas instituimus et concedimus, citra tamen praeiudicium aliarum civitatum et oppidorum vicinorum. Liberum itaque ac licitum esto perpetuo et in aevum cuiusvis status, sexus, conditionis sortisque hominibus ad praedictas villas cum omni mercium genere superassignato nundinarum tempore confluere, tam cum omni genere pecorum et pecudum tuto et libere convenire, vendere, emere, res pro rebus, merces pro mercibus commutare et omnia negotia agere, tractare et conficere. Nisi forte aliqui fuerint, quos leges publicae fovere non permittant, et quibus ho*nestorum hominum commercium merito denegari solet. In quorum fidem praesentes manu nostra subscriptas sigillo regni communiri iussimus. Datum Varsaviae die 16. mensis Novembris anno Domini 1730, regni vero nostri 34 anno. Augustus rex L. S. Procancellariatu Illmi Excellmi ac Rmi Dni Ioannis in Lipie Lipski, procancellarii regni, abbatis Clarae Tumbae sigillatum. Adamus Stanislaus Grabowski, canonicus metropolitanus Leopoliensis, sacrae regiae maiestatis secretarius.

p. 253.

Cartusia.

Unicum in decanatu Mirachoviensi monasterium in eremo positum, de quo infra sub titulo monasteriorum fusius. Sunt ibidem ecclesiae 3: 1. maior sive conventualis tituli Beatissimae Mariae Virginis in coelos assumptae, 2. inferior tituli sanctae Catharinae virginis et martyris[1]), 3. in monte tituli sanctae Crucis[2]).

[1]) Fankidejski, Utracone kościoły i kaplice. 1880. p. 238.
[2]) Fankidejski p. 238.

Ad harum secundam sanctae Catharinae solet reverendus parochus Goręczinensis quater in anno, nempe festo Epiphaniae Domini, quo strenam in villa colligit, feria tertia ante Pascha, qua confessionem paschalem villanorum excipit, festo sancti Brunonis et sanctae Catharinae accedere et devotionem peragere, ex nulla tamen obligatione, sed iuxta antiquam consuetudinem. Ecclesia haec inferior consecrata est 1491 dominica post octavam Corporis Christi proxima. Festum tamen dedicationis non celebratur. In ipsa nullum habetur baptisterium, patres etenim Cartusienses huiuscemodi functiones non exercent. Nonnulli ecclesiam hanc reputant pro filiali ecclesiae Goręczinensis, sed parum convenienter. Ignari tales sunt observantiae Cartusiensis. Cum enim apud religiosos ordinis istius non concedatur ingressus muliebri sexui ad ecclesiam conventualem, necesse est, ut iidem ubique locorum duplicem habeant ecclesiam, in quarum minore seu inferiore diebus dominicis et festis servi et mercennarii uxorati monasterii audire possunt missae sacrificium. Et talis inferior ecclesia est pars conventus, gaudens exemptione aliisque privilegiis prout ipsum monasterium.

*Templa haereticorum. p. 254.

Intra circulum decanatus Mirachoviensis bina sunt sectae Lutheranae in Szimbark et Barkoczino, villis capitaneatus Bernensis.

Paginis superioribus dixi parochianos Grabovienses plerosque Lutheranos esse, id unde veniat, explicaturus nunc sum. Ab anno 1600 usque 1617 fuit possessor bonorum Grabowo, Klobuczino etc. Gnosus Dnus Matthias Knibawski, cuius descendentes sunt domini Czarlinscii. Vir hic proventibus augendis intentus, 1605 locavit in deserto Klobuczin 18 chmetones Pomeranos, cum eis praeter alias conditiones contrahens, posse eosdem libere aliquem suae sectae Lutheranae ministrum inducere, fovere ac alere. Assurgente itaque villa Klobuczino ex nova radice, assurexit illico et fanum Lutheranae perfidiae, praedicansque nemine

(proh dolor!) contradicente introducitur. Post aliquas dein vicissitudines villa haec via commutationis 1617 venit in possessionem patrum Cartusiensium. Non placebat sacrificulo Klobuczinensi novum istud dominium religiosum, sed neque patribus Cartusianis talis in bonis suis inquilinus. Cui proinde semel et secundo a dominis fundi demandatum est, ut sibi cum uxore et liberis alibi locum quaereret, cum non deceret viros religiosos huiuscemodi declamatorem in villis suius habere. Concitavit nequam ideo rusticos, qui ausi sunt priori et conventui litteras tales scribere: Ehrwürdige, Hoch und Wohlgelahrte und Wohlweise Herren. Wir können EE. WW. nicht vorenthalten, wie das uns so eine große Gewalt wiederfährt, indem das Ihr unsere Prediger vertreibt, durch welches unser privilegium gebrochen wirdt, welches wir von dem seeligen Herrn Knibawski haben. Und ist dies der größte punct, an welchem uns auch am meisten gelegen, fürnehmlich an unserem Heyl, Seel und Seeligkeit. Weil uns dann nicht gehalten wirdt, also können wir auch nicht halten, waß wir zu thun schuldig seindt, welches wir doch gerne thun wollen; weil Ihr unsern Prediger dann vertreibt, und
p. 255. ihme das seinige gantz und gar*zu nichte gemacht wirdt, und so jämmerlich aus der Widdime heraus geworfen ist, und er derohalben gesonnen solchen Schaden bey uns zu suchen, derowegen nochmals unser Hoch und Dienstfreündliches Bitten: EE. WW. wollen sich nochmals in diesen Sachen bedenken, und uns unsere privilegia nicht schwächen. Denn einen anderen Prediger anzunehmen seind wir gar nicht gesonnen, und ehe wir solten einen Adebahr annehmen, wollen wir lieber das Nest zerbrechen *). Wir hoffen derowegen EE. WW. werden unsere supplication in gnaden geruhen anzunehmen. EE. WW. gehorsame Unterthan, alle sämmtlich Nachbar in Klobuczin.

(*) Plebs rustica per verba haec intelligi vult: priusquam sacerdotem catholicum admittamus, malumus templum destruere. Quod et re ipsa factum est. Iisdem vero rusticis adiuvantibus assurrexit protinus delubrum aliud in villa Szimbark, capitaneatus Bernensis, quo et

praedicans saepedictus se contulit. Fanum in Barkoczin aestimo eodem tempore assurrexisse. Utrique praeest praedicans Szimbargensis et quod mirum, in villis 5 eiusdem capitaneatus, nempe Szimbark, Fiszerowo, Kaliska, Barkoczino antiquo, Barkoczino novo, exercet iura parochialia et messalia aliosque proventus colligit.

Illa igitur 2 templa ad latus utrumque parochiae Graboviensis posita et penes haec praedicans residens in causa sunt, quod per parochiam Graboviensem Lutherani nuncusque ita diffusi sint, quos dictus praedicans in pravitate haeretica constanter nutrit, roborat et confirmat praecavetque modis omnibus, ne illorum aliquis ad catholicos transeat.

*Decanatus Pucensis. p. 256

Damalevicius[1]) attribuit decanatui huic ecclesias has: Puck, Liniewo capella, Lepcz, Rheda, Krokowo, Swarzewo, Starzyno, Strzelno, Ramel sive Rumia, Gora, Mechowo, Zarnowiec, Okziwa, † Radłowo, Bulszewo, Chylona haereticas. His paulo post accessit ecclesia Weiheropolensis ex nova fundatione.

Puck.

Civitas regia ad mare Balthicum, quam olim dux Pomeraniae Boguslaus (Subislai principis, qui Olivam 1170 fundavit, parens) (et qui 1150 iuxta monumenta Olivensia[2]) mortuus est) erexit, dein 1378 iuxta morem germanicum Crucigeri de novo aedificaverunt. Hartknoch historia Prussiae pag. 434[3]).

Ecclesia ibidem priscum aevum loquitur credibileque est, hanc sub ipsis initiis religionis christianae

---

1) Damalevicz, Vitae Vladislav. episcoporum. 1642. p. 46.

2) cfr. Fontes Olivenses ed. Kętrzyński: III. Tabula prima fundatorum; Monum. Polon. hist. VI, 351.

3) Hartknoch, Altes u. neues Preussen. Frankfurt 1684. II c. 3. p. 434.

a Pomeranis susceptae, a Subislao principe alte nominato erectam et fundatam esse[1]).

Praepositi: 1. 1291: Lambertus, plebanus de Puczk. 2. 1360: Ioannes, plebanus in Puczk. 3. 1488: Gregorius Witte. 4. 1595: 1596: Martinus Culcius, decanus, praepositus Pucensis.	Acta Cartusiae.

5. 1712: circiter...[2]) Rybinski, canonicus...[3]), praepositus Pucensis.

6. 1725: Petrus Gniazdowski, canonicus Vladislaviensis, praepositus Pucensis.

7. 1733: Petrus Paulus Sikorski, canonicus Vladislaviensis, praepositus Pucensis.

8. 1739: ...[4]) Sczepanski, canonicus Gnesnensis, praepositus Pucensis et Słuchoviensis, 1749 idem[5]).

p. 257 *Ecclesia insignita est titulo sanctorum apostolorum Petri et Pauli. Consecrata. Iurispatronatus regii. Extra civitatem olim fuerat alia adhuc ecclesia tituli sancti Georgii, sed haec pridem interiit[6]), solum nunc superest coemiterium, in quo Lutherani sepeliuntur.

---

[1]) Kujot, Kto założył parafie w dzisiejszej dyecez. chełm.: Roczniki Tow. Nauk. w Toruniu. IX, 43, 73, X, 221, 351.

[2]) Lacuna. Cognomen omissum.

[3]) Lacuna. Nomen ecclesiae omissum.

[4]) Lacuna. Cognomen Thomas omissum.

[5]) Bork (Echo sepul.) enumerat praeterea sequentes praepositos: Anno D. 1682 die 4. Iulii fuit decanus Pucensis et Gedanensis simulque Dantisci parochus Georgius Ridelius, ita literae innotescent. pro commissione Ven. Nicolai Sosnowicz, surrogati Gedan., poenitentiarii Zukov. Anno 1765 obiit Illris R. D. Antonius Langhannik, decanus Pucensis, praepositus Weyheropol., ultra 20 annos decanus. His adde 1698 Mathaeum Stanislaum de Karsznic Gutteter, Lanciciensem canonicum, decanum Pucensem. Anno 1735 obiit Perillris R. D. Petrus Gniazdowski, canonicus Vladislav., praepositus Pucensis. Post promotionem Petri Pauli Sikorski ad Oxiviense beneficium successit Thomas Sczepański, postea praepositus Tucholiensis, deinde canonicus Varmiensis. Anno 1750 praeposituram Pucensem obtinuit Illris A. R. D. Loga, olim regius postarum magister Gedani, deinde presbyter. Illi successit a. circiter 1755 Illris R. D. Adamus Goldmann, Weyheropol. olim vicarius.

[6]) cfr. Fankidejski p. 211; Schematismus des Bistums Culm. 1904. p. 424.

Liniewo.[1)]

Swarzewo.

Villa capitaneatus Pucensis. Ecclesiae navis anterior est ex muro solido iuxta priscum morem, posterior ex muro Pruthenico hac nostra aetate circa annum 1720 de novo cura Rndi Ioannis Bogucki aedificata. Tituli Beatissimae Mariae Virginis. Collationis regiae.

Parochi: 1. Ioannes Bogucki, parochus Swarzeviensis, Strzelnensis et Lepczensis circa annum 1720, qui ad eandem ecclesiam obiit.

2. Stanislaus Harazniewski, parochus Swarzeviensis, Strzelnensis et Lepczensis circa 1730, obiit sub manibus medicorum Gedani 1740.

3. 1743 ...[2)] Dąmb, Varmiensis, parochus Swarzeviensis, Strzelnensis et Lepczensis 1748.

1682 Gaspar Eduardi, parochus Swarzeviensis[3)].

Strzelno.

Villa capitaneatus Pucensis. Ecclesia lignea. Collationis regiae. Habuit olim proprium parochum, nunc coniuncta est ecclesiae Swarzeviensi.

[1)] In commemoratione huius ecclesiae parochialis, quae in decanatu Pucensi nunquam fuit, sequitur Schwengelius Damalevicium. In decanatu Starogardensi erat olim ecclesia parochialis in Liniewiec.

[2)] Lacuna. Cognomen omissum.

[3)] Bork (Echo sepulch.) refert de eo: Anno 1676 Gaspar Casimirus Edvard parochus Swarzeviensis, sed minime litigiosus, rixosus, contentiosus, quamvis a rixa, contentione, iurgio villa suam nuncupationem sortiri vulgo creditur, is enim R. D. Edvardi anno 1676 cum Hollandis Karwenbruchensibus convenit de decimis hac conditione, in vim earum solverent illi singulis annis in crastino s. Martini florenos 75, pro copulatione vero festo sancti Ioannis duos modios vulgo achtele butyri, qui contractus anno 1676 die 24. Aprilis initus, confirmatus est a Ioanne III. Gedani 1677 die 2. Octobris et ab Augusto II. anno 1695 itidem Gedani die 27. Martii, oblatus ad acta Leoburgensia.

1. Dominus Ioannes, plebanus in Strzelno, adfuit 1558 dominica ultima ante Adventum primitias celebranti Dno Ioanni Omicieski, neoparocho Oxiviensi. Acta Zukoviensia.

p. 258 *Lepcz.

Ecclesia vetusta ex solido muro, sed proh dolor! hodie sine tecto, filialis ecclesiae Swarzeviensis. Collationis regiae, nam villa est in capitaneatu Pucensi[1]).

Mechowo.

Villa monasterii Olivensis. Ecclesiam de novo aedificavit more Pruthenico ex lignis muro insertis hac nostra aetate Perillris et Rmus Franciscus Zaleski, abbas Olivensis, ad quem et iuspatronatus pertinet.

1. Matthias Puklinski (alias Pukel) Varmiensis, parochus Mechoviensis et Starzynensis 1748.

Starzyno.

Villa monasterii Olivensis. Ecclesia filialis coniuncta cum Mechoviensi.

Ramel.

Alias Rumia dicta. Villa monasterii Olivensis. Parochia consistit in sola hac villa; hinc plerumque ecclesia haec una cum Rhedensi per unum parochum regitur. Ibidem in ecclesia (quae est collationis reverendissimi abbatis Olivensis) Rhumensi 1730 die 1. Septembris promovente Rndo Ioanne Weinreich parocho, introducta est confraternitas Providentiae Divinae.

Parochi: 1. 1688 Ioannes Iansenius, parochus in Ramel. Autor Trifolii[2]).

---

[1]) cfr. Fankidejski p. 221.
[2]) Joannis Jansenii Trifolium. 1688.

2. 1720, 1735 Ioannes Ernestus Weinreich, Varmiensis, parochus in Ramel et Rheda.

3. 1745 Pater Ioannes Baptista Kamehl, Varmiensis, professus Olivensis s. ordinis Cisterciensis, parochus in Ramel et Rheda.

*Rheda.

p. 259

Villa capitaneatus Pucensis. Collatio regia beneficii. Ecclesia aliquando proprios parochos habuit, nunc plerumquę a Rhumensi curato regitur.

Parochi: 1. 1558 Valentinus Leopoliensis, plebanus in Rheda, astitit primitiis Dni Ioannis Omicieski, parochi Oxivensis. Acta Zukoviensia.

2. 1720, 1735 Ioannes Ernestus Weinreich, Varmiensis, parochus in Ramel et Rheda.

3. 1745 Pater Ioannes Kamehl, professus Olivensis, parochus in Ramel et Rheda.

1649 Michael Parchen, commendarius Rhedensis et Luzinensis, decanus Pucensis et Leoburgensis 1659.

Zarnowiec.

De monasterio dicetur infra. Ecclesia conventualis est insimul baptismalis, regitur parochia per commendarios, quorum recentiores fuere:

1. 1675 Stanislaus Borkowicz, commendarius.
2. 1699 Ioannes Casimirus Gorski.
5. 1720 ...[1]) Szolc.
6. 1721 ...[1]) Małkowski.
3. 1718 Ioannes Kulewski.
4. 1719 Andreas Bartochowski, qui apostatavit, factus Calvinianus.
7. 1733 Andreas Zelewski, postea factus parochus Stęzycensis.
8. 1743 Michael Kierzynkiewicz.
9. 1744, 1748 Simon Turski.
10. 1748 ...[1]) Zygowski.

---

[1]) Lacuna. Cognomen omissum.

p. 260

*Weiheropolis.

Civitas haec et in ipsa parochialis ecclesia initium habent ab Illsmo Iacobo Weiher sacri romani imperii comite, palatino Mariaeburgensi, capitaneo Słuchovensi, Bütovensi, Christiburgensi 1646, teste Niesiecki tom. 4. p. 487[1]), qui sic scribit: Iacobus Weiher palatinus Mariaeburgensis, cum consorte sua Anna comitissa Szaffgoczowną 1646 fundował Nowe Miasto albo Weyheropol, Waierowską Wolą w Pomeranii: Kędy Kośćioł farny z dobrym posagiem wystawił. Locus hic olim spectabat ad parochiam Gorensem et parochia Weiheropolensis, quantum scio, consistit in sola civitate. Praepositus Weiheropolensis nullos agros possidet, sed pro sustentatione percipit annuatim ab haeredibus bonorum sive dominis fundi (qui et collatores beneficii sunt) 400 florenos monetae Pruthenicae. In civitate hac habetur schola authoritate sacrae congregationis de propaganda fide et de consensu Rmi capituli Vladislaviensis erecta pro instruendis iuvenibus in pietate et doctrina, quae autem nullam habet dependentiam ab ecclesia parochiali, sed eius iurisdictio et regimen pertinet ad patres Reformatos ibidem fundatos. Rndi praepositi de hac schola pluries causam moverunt, ita quod patres Reformati prae taedio litium scholae huic quondam renunciaverint, sed eandem ex decreto Vblis officii Gedanensis 1718 die 19. Septembris iterum reassumpserunt.

Ibidem in civitate fundator altenominatus erexit hospitale, de quo Niesiecki loco citato sic ait[2]): Tamze fundacyą uczynił na sześciu ludzi czy przez chorobę, czy przez lata, czy przez ubostwo nie mogących się pożywic, tym wikt y mięszkanie, wiecznemi czasy służące opatrzył.

Locus iste nunc percelebris est a Calvaria, quae ibidem habetur.

---

¹) Niesiecki-Bobrowicz IX, 269 sq.
²) Niesiecki-Bobrowicz IX, 271.

Praepositi: 1. 1688 Mattheus Praetorius. De quo David Braun in libro De scriptoribus Poloniae p.*27 p. 261
sic ait[1]): Matthaeus Praetorius, Memelensis, Lutheranae in territorio Insterburgensi ecclesiae pastor, 1684 ad castra sanctae romanae ecclesiae transiit eodemque Ioanni III., regi Poloniae, carmen titulo Scuti regii typis excusum obtulit. Inde Strasburgi in dioecesi Culmensi parochiam nactus, 1688 Olivae Orbem Gothicum, quo Polonis de origine ipsorum quasi Gothica adblanditus, edidit. Tandem praepositus oppiduli Weihersfreii volumen grande libris decem divisum, sculpturis multis refertum, titulo Historiae Pruthenicae absolutissimae, 1703 per ministrum regis Borussiae Gedani residentem, Dnum Adamum Boguslaum Rubach, impensis regiis, cum liberali laboris sui redhostimento, typis edendum tradidit. Quod Berolinum evectum, mortuo mox authore, in archivo regio promotorem editionis expectat. Et pagina 98[2]): Matthaei Praetorii, quondam verbi divini in ecclesia agri Tilsitensis ministri, postea apud romano- catholicos parochi Starogardensis et Weiheroviensis, Orbis Gothicus et Mars Gothicus Olivae annis 1688 et 1691 impressus,

2. 1689 Ioannes Casimirus Grasinski, canonicus Varmiensis, decanus Leoburgensis, parochus Weiheropolensis et Gorensis.

3. 1713 die 8. Martii Franciscus Valentinus Ruthen, praepositus Weiheropolensis, ubi fecit introduci confraternitatem sacratissimi rosarii. Demum resignavit sequenti

4. 1718 Paulo Petro Lazarowicz, sed hic iterum 1724 cum antecessore suo commutavit.

5. 1724 Franciscus Valentinus Ruthen, qui 1726 secundo cessit.

6. 1726 Paulus Petrus Lazarowicz secundo usque ad 1733.

---

[1]) David Braun, De scriptoribus Poloniae et Prussiae. Coloniae 1723. p. 27 sq.

[2]) David Braun l. c. p. 98.

7. 1734 Ioannes Radoszewski ex commendario Miłobądzensi factus praepositus Weiheropolensis. Obiit ultimo Februarii 1742.

8. 1742 Antonius Langhannigk, decanus Pucensis, praepositus Weiheropolensis et Gorensis.

p. 262

*Gora.

Parochia antiqua et quae olim semper proprium habuit curatum. Post erectam vero ecclesiam parochiałem Weiheropolensem utraque ecclesia plerumque a praepositis Weiheropolensibus tenta est.

Parochi: 1. 1634 Bartholomaeus Kozłowski, comendarius Luzinensis et Gorensis.

2. 1689 Ioannes Casimirus Grasinski, parochus Weiheropolensis et Gorensis, ac reliqui omnes supra recensiti praepositi Weiheropolenses.

Oxiva.

Ecclesia vetustissima in littore maris sub titulo divi Michaelis archangeli, iurispatronatus Zukoviensis, ad quod monasterium villa haec pertinet.

Parochi: 1. 1362 Dnus Henricus, plebanus in Oxiva.
2. 1414 Wenceslaus, plebanus in Oxiva.
} Acta Cartusiae.

3. ....[1] Ioannes, sacerdos et plebanus Oxivensis, s. ordinis Praemonstratensis. Menologium Zukoviense[2] ad diem 9. Februarii, sed sine anno.

4. 1554 obiit Ioannes a Sochaczow, parochus Oxivensis. Acta Zukoviensia.

5. 1554 die 27. Februarii institutus Ioannes Omicieski a Piotrow, clericus Gnesnensis dioecesis. Hic nonnisi 1558 dominica ultima ante Adventum primitias celebravit. Egit parochum Oxivensem adhuc anno 1577. Acta Zukoviensia.

---

[1]) Lacuna. Annus omissus.

[2]) Perlbach, Das Totenbuch des Prämonstratenserinnen — Klosters Zuckau bei Danzig. 1906. p. 11.

6.[1]) 1665 Thomas Ięrowski, parochus Oxivensis. Acta Cartusiae. Obiit mense Iulio 1682.

7. 1695 Petrus Andreas Schlesiger, parochus Oxivensis et Chyloniensis, postmodum et decanus Pucensis. Obiit in senectute bona 1. Maii 1731. Varmiensis natione.

8. 1731 Petrus Paulus Sikorski, parochus Oxivensis et Chyloniensis, qui 1733 factus praepositus Pucensis, dein canonicus, scholasticus Vladislaviensis, officialis Gedanensis.

9. 1734 Dominicus Sieninski, canonicus Luceoriensis, parochus Oxivensis et Chyloniensis, 1749 idem[2]).

*Chylonia.

p. 263

Alias Külau, villa regalis. Ecclesiam ibidem tempore Damalevicii[3]) (teste eodem p. 46) 1642 adhuc haeretici possederunt. Quando, per quem vindicata, quaeritur? Nunc pro filiali ecclesiae Oxivensi reputatur, cuius curati proinde iidem, qui parochi Oxivenses dicendi sunt.

Monasteria.

In decanatu Pucensi monasteria duo sunt: Zarnovecense sanctimonialium olim a fundatione sacri ordinis Cisterciensium, dein ab anno circiter 1583 sacri ordinis Benedicti et Weiheropolense Rndorum patrum Reformatorum ordinis s. Francisci. De quibus infra.

Templa haereticorum.

Tria sunt in hoc decanatu: Krokowo Calvinianorum,

---

[1]) Ex Borkio (Echo sepul.) addendum: »Circa annum 1600 Thomas Brzeznicki, canonicus Crusvicensis, poenitentiarius Vladislaviensis, praepositus Brestensis, parochus Oxiviensis. Acta Zukoviensia«.

[2]) Ex Borkio (Echo sepul.) addendum: Anno 1762 Illustris R. D. Lucas Krzykowski, olim plures annos capellanus apud Illsmum castellanum Grąbczewski, deinde vero consistorii Gedanensis notarius, iam canonicus Crusviciensis, decanus Gedanensis, parochus Oxiviensis, poenitentiarius Zukoviensis. Vir doctus et laboriosus.

[3]) Damalevicz, Vitae Vladislav. episcoporum. 1642. p. 46.

Bulszewo et Radłowo Lutheranorum. Bulszeviense ante annos aliquot a quodam fratre laico ordinis s. Francisci zelo religionis incensum fuit, sed mox ab haereticis aliud novum aedificatum est.

Huic decanatui adnumerandum censeo templum in Heyla civitate et promontorio ad Gedanenses spectante, quod pariter Lutherani possident.

p. 264

*Decanatus Leoburgensis.

Posteaquam fatis concesserunt Georgius et Barnevinus fratres, ultimi in linea virili domus Boguslai Stetinensis, Pomeraniae ducis haeredes, anno Virginei Partus 1638, redierunt ad directum dominium sacrae regiae maiestatis Polonicae capitaneatus Leoburgensis et Bütoviensis, in quibus ecclesiae haeresi contaminatae, duobus distinctae decanatibus, ad iurisdictionem episcopi Vladislaviensis postliminio revocatae sunt, cura et vigilantia Illmi et Rmi Dni Matthiae Łubienski, negotio manus admovente Adm Rndo Dno Matthaeo Iudicki sanctae theologiae et iuris utriusque doctore, protonotario apostolico, canonico Vladislaviensi, officiali Gedanensi, quae ut insignem fundatorum pietatem, latere cocto exaedificatae posteritati loquuntur, ita non mediocrem solicitudinem antistitis implorant, ut mittat ad vineam operarios, quam singularis ferus depastus est et vulpes demolitae sunt, excolendam; qui linguae peritia, doctrinae sinceritate et conversationis exemplo plebem haereticis dogmatibus seductam in viam veritatis reducere satagant et nutantes in fide neophytos confirment atque pascua sana gregi dominico famescenti per sacramentorum administrationem et verbi Dei praedicationem subministrent. Neque desideratur hac in re pro muneris officio, cura et providentia vigilantissimi praesulis, si aeque non deessent personae in partem istius solicitudinis assumendae. Haec Damalevicz p. 31[1]).

Nemo vero existimet illustrissimos praesules Vladislavienses unquam iuri suo in praefatis 2 decanatibus

[1]) Damalevicz, Vitae Vlad. epp. 1642. p. 31.

cessisse. Audiamus quid de hac re ad duces Pomeraniae Illmus Stanislaus Karnkovius episcopus scribit epistula 60 lib. 3[1]): Porro ab Illmis Dominationibus Vestris illud vicissim peto et postulo, quod cum summa aequitate et iustitia coniunctum est, ut praefectis ac magistratibus suis, quos habent in*urbibus p. 265
Lemburg et Butov, mandent et praecipiant, quo hi procurent et efficiant, ut ea, quae mihi episcopatus mei nomine iure antiquissimo (de quo in libris Illmarum Dominationum Vestrarum super eisdem urbibus (*) nominatim cautum est) ab his et earum territoriis pro toto hoc decennii tempore, quo episcopatum Cuiaviensem gero, debentur, ex more et consuetudine antiqua persolvantur. Cuius rei causa mitto isthuc Gnosum Dnum Nicolaum Kossobucium, notarium terrae Plocensis et capitaneum meum Sobcoviensem, quem et ipsum et totum hoc negotium, quod illi a me commissum est, Illmis Dominationibus Vestris commendo petoque, ut debitum hoc, quod tanto temporis spatio propter superiorum temporum difficultatem a me expectatum, sine mora atque difficultate illi exsolvatur. Quod cum Illmae Dominationes Vestrae pro officio et aequitate sua (ut ego mihi certo polliceor) mandato suo perfecerint, me quoque haud dubie ad omne genus officii erga se tanto promptiorem atque alacriorem experientur. — Anno 1577.

(*) In litteris feudi super districtus Lauenburg et Butov a Sigismundo I., rege Poloniae, 1526 datis Georgio et Barvino, ducibus Pomeraniae, cautum est iuri episcopali in haec verba: Salva tamen iurisditione interim perpetuo, proventibus, decimis seu episcopalibus, cum villis, bonis et piscaturis ac libertatibus ad Rndum Ioannem episcopum et ecclesiam Vladislaviensem ex antiquo pertinentibus. — Habentur hae litterae in Statutis Regni lib. 7. tit. 8[1]).

---

[1]) Carncovius, Epistolae illustrium virorum. Cracoviae 1678. l. III ep. 62: Ducibus Pomeraniae St. Carncovius, episcopus Vladislav.

[2]) Chwałkowski, Regni Polon. ius publicum. Regiomonti 1683. p. 493; Lengnich, Gesch. d. preuss. Lande. Danzig 1722 I. p. 4. Doc.

In litteris autem renovationis feudi de anno 1670 praecavetur eidem iuri episcopali in dictis duobus districtibus his verbis: Religionis catholicae exercitium in praefatis praefecturis Leoburgensi et Bytoviensi, prout ad hanc usque diem fuit, liberum erit. Iurisdictio episcopi Vladislavienis in templa catholica sacerdotesque integra manere, et proventus, videlicet decimae, census et si quae sunt alia, parochis et ecclesiis suis extradi et renuentes ad extradendum a praefectis suae serenitatis cogi debebunt. Causae tam nobilium quam plebeiorum matrimoniales ad forum
p. 266 ecclesiasticum*pertinebunt. Iura patronatus regii reservantur eius serenitati electorali et nobilibus, si quae habent, iuxta privilegia et usum eorundem, ita tamen, quod iuxta declarationem circa Bydgostiensem conventionem ab eius serenitate factam, ad ecclesias catholicas parochiales praesentabit eius serenitas electoralis sacerdotes catholicos ad commendationem episcoporum Vladislaviensium, ab iisdemque episcopis instituendos, ita ne ecclesia ultra duorum mensium spatium vacare possit. Litterae hae inveniuntur in Praecustoditione procancellaria[1]).

Ad decanatum Leoburgensem revocat Damalevicius[2]) ecclesias sequentes: Lemburg, Ianowiec, Belgard, Łuban, Neodorffium, Sarbsk, Charbiowo, Laben alias Łubień, Dźięćielec, Garczegorz, Leba, Zawołoniec, Bukowino, Brzezno, Gniewino, Ośieki, Swartowo, Rozłązyno. Sed ex his nunc nonnisi septem catholici possident, nempe Leoburgensem, Neüdorfensem, Garczegorensem, Belgardensem, Łubiensem' Rozłązynensem, Brzeznensem. Et hae omnes per unicum curatum, nempe praepositum Leoburgensem reguntur.

Leoburgum.

Templum magnificum ex latere cocto aedificatum, cuius moles et vetustas abunde testatur, non alium

---

1) Dogiel, Codex diplom. regni Poloniae et M. D. Lituaniae. t. IV. Vilnae 1764. p. 504.

2) Damalevicz, Vitae Vladisl. epp. 1642. p. 46.

fundatorem se habere, quam aliquem ex ducibus Pomeraniae[1]). De iure patronatus dixi paulo superius.

Praepositi: 1. 1728 obiit...[2]) Berend, praepositus Leoburgensis.

2. 1728 institutus est Ioannes Chrysostomus Szawlowski, sanctae theologiae, iuris utriusque et philosophiae doctor, canonicus Luceoriensis et Livoniensis, parochialium Alexandriae, Leoburgensis, Neudorfensis, Gatzygorensis, Belgardensis, Łubiensis, Brzeznensis ecclesiarum praepositus. Sed 1746 urgente Srsmo rege Prussiae privatus sex ultimis parochiis.

3. 1746 Ignatius Lniski, canonicus Piltensis, praepositus Leoburgensis.

*Neudorf.[3]) p. 267

Gatzygorz.[4])

Belgard.

Ubi antiquitus fuit castrum et residentia ducum Pomeraniae. De quo Dreger in Codice diplomatico[5]): Das Schloß Belgard, so bey dem Dorf gleiches Nahmens im Ampt Lauenburg gelegen, wovon die rudera auf dem alten Burgwall hinter der Kirche noch zu sehen.

---

[1]) Kujot, Kto założył parafie etc. Roczniki l. c. X, 210, 366; cfr. Fontes XV, 848.

[2]) Lacuna. Cognomen Andreas omissum. Bork (Echo sepul.) commemorat sequentes praepositos Leoburg.: Anno 1676 Ioannes Iansen; a. 1712 Andreas Corsz; a 1728 Andreas Berend; a 1728 Ioannes Chrysostomus Szawłowski; a. 1746 Ignatius Lniski; a. 1703 Albertus Simeon Robakowski; a. 1492 10. Maii Nicolaus Ulrici, presbyter Vladislav. dioecesis, rector parochialis ecclesiae s. Iacobi in oppido Lewinburg, requisitus per religiosum virum Fr. Gregorium Crokkowo, sanctimonialium procuratorem, se subscripsit in quodam attestato.

[3]) Fankidejski p. 224; Schematismus des Bistums Culm. 1904. p. 210. Fontes XV, 850.

[4]) Fankidejski p. 224; Schematismus p. 209; Fontes XV, 851.

[5]) Dreger, Codex diplomaticus. Stettin 1748. p. 398.

Żarnovecense monasterium gaudet privilegio a Svantopelco, duce Pomeraniae, dato in Belgard 1257 quarto Kalendas Augusti[1]). Ad cuius calcem habetur: Testes sunt Mistwin et Wartzlaus filii nostri, Dominus Simon, Andreas et Woyczech sacerdotes etc. Credibile est unum ex his fuisse parochum Belgardensem.

In actis Cartusiae commemoratur 1492: Dominus Hilarius Matthiae, curatus in Belgard, artium magister.

Łubień.[2])

Rozłązyno.

1738: Pater Edmundus Schlesiger, professus Olivensis sacri ordinis Cisterciensis, commendarius Rozłązynensis.

Brzezno.[3])

p. 268 * Ecclesias reliquas *Ianowiec, Łuban*, *Sarbsk, Charbiowo*. *Dźięćielec*, *Leba* (civitas regis Prussiae in litore maris), *Zawołoniec*, *Bukowino*, *Gniewino*, *Ośieki, Swartowo* Damalevicii[4]) temporibus 1642 in catholicorum possessione fuisse, sicuti neque hodie sunt, subdubito. Crediderim antiquitus ante ceptam haeresim plures adhuc ecclesias decanatui Leoburgensi incorporatas fuisse, Dreger in Codice diplomatico p. 539[5]) recenset anno 1268 Michaelem praepositum de Saulin et addit glossam: Saulin lieget im Lauenburgischen District, hat vordem ein Schloß gehabt, wozu ein gewißer Bezirck Landes gehöret hat.

p. 269 *Decanatus Butoviensis.

Iuxta Damalevicium[6]) in decanatu hoc sunt ecclesiae: Bytovia, Damerkau, Kadkaw, Pomesko wielkie,

---

1) Dreger l. c.
2) Fankidejski p. 228; Fontes XV, 853.
3) Fankidejski p. 225; Schematismus p. 210; Fontes XV, 854.
4) Damalevicz, Vitae Vladisl. epp. 1642. p. 46.
5) Dreger l. c.
6) Damalevicz l. c. p. 46.

Studnica, ad sanctum Gregorium praepositura, Borntuchum alias Borzetuchomie, Grostuchem alias Wielgotuchomie, Damesdorf sive Niezabiszewo, Iasson, Berensdorf alias Ugoszcz. Quibus postmodum accesserunt ecclesiae in Grabowo, Lesno, Pruszy, Wielun, Parchowo, Solęczino.

Bütovia.

Civitas anno 1060 a Buthue, duce Vandaliae et Mechlenburgiae, uti vult Helmodus[1]), aedificata, quamvis pleriqui scriptores de hac re dubitant.

Archivum Zukoviense docet Butoviae olim fuisse ecclesiam praepositurale.m sub titulo sanctae Margarethae, cuius ius patronatus erat penes abbatem ad sanctum Vincentium Vratislaviae, visitatorem ordinis Praemonstratensis, nam anno 1554 Christophorus abbas scripsit ad parochianos Bütovienses rogans, ut praevia conscriptione inventarii arendatarius instituatur nomine Ioannes Kindler, ea conditione, ut is alat foveatque aliquem sacerdotem probum, donec fuerit a vicegenerali Vratislaviensi institutus canonice praepositus. (Vereor ne in hoc scripto erratum sit et pro Bütowo scribendum fuerit Vitowo, ubi habetur monasterium ordinis Praemonstratensis, nam ecclesia Bütoviensis insignita est titulo sanctae Catharinae).

Status ecclesiae[2]): Ecclesia parochialis Bütoviensis erecta est sub titulo et invocatione sanctae Catharinae, virginis et martyris Alexandrinae. Variantibus sese fortunis, bellis, dominiis ac successibus innumeris, affecta fuit devastationibus, dehonestationibus,

---

[1]) Haec ab Helmoldo (Chronica Slavorum. Francofurti 1573) quidem non adferuntur, quare verisimile est Schwengelium, qui hanc rem commemorat, usum esse Historia rerum Prussicarum a Casparo Schütz, in qua legimus (ed. 1599 lib. V. p. 210): »Butaw (welches von Buto einen der Wenden und Meckelburger Fürsten, dessen Helmoldus gedencket umb das Jahr 1060 gebant sein sol).«

[2]) cfr. Fontes XV, 845.

iniuriis, inordinationibus, incendiis, tum etiam transactis pessimis. Aliquando laetioribus ac felicioribus gaudebat vicibus, emundationibus, restaurationibus, p. 270 ampliore et latiore reaedi*ficatione, stitis ab utraque parte parietum columnis vulgo filary dictis ac desuper triplici tecto superimposito mediantibus canalibus ad defluendas aquas et imbres. Tandem anno 1700 die 13. Maii denuo in civitatensi communi incendio exusta, muris parietum tantum et turris dirutis relictis, nunc annno 1712 sumptibus Illmi ac Rmi Dni Constantini Feliciani Szaniawski, episcopi Vladislaviensis et Pomeraniae, noviter ab ipsis fundamentis non tam late ut antiqua fuerat, sed in loco columnarum muris parietum exstructis coepit reaedificari. Qui ipse illustrissimus loci ordinarius supranominatus anno 1711 in sua persona dignatus est (iter agens Leoburgum) invisere primo Niezabyszeviensem ecclesiam in illaque sacrificium missae audire, pernoctare et sequenti die in Bütoviensi sacello inter muros exstructo sacrificium missae itidem audire, ruinas, caemiterium, locum desertum domus parochialis circumspicere, monstrante singula Spbli Dno Samuele Neudorf, protunc provisore ecclesiae Bütoviensis. Tum vero anno 1716 nova ecclesia quo ad muros parietum, tectum integrum, partem superiorem tabulatam etc. perfecta stetit. Eodemque 1716 anno die 21. Novembris, habita a Vnbli consistorio Gedanensi delegata potestate, eandem ecclesiam benedixit et primum sacrificium missae in illa celebravit Illris Adm. Rndus Dnus Simon Ignatius Koliński, decanus Bütoviensis, parochus Brussensis, Lesnensis, in assistentia Adm. Rndorum Dnorum Alberti Melcher parochi Ugoscensis, Alberti Prądzinski parochi Parchoviensis, Thomae Chełmowski commendarii Lipusensis. Adfui et ego, qui ista notavi, Ludovicus Boryszkowski, Bütoviensis, Niezabyszeviensis parochus.

Domus plebanalis anno 1629 dominica Palmarum incendio per milites caesareanos causato una cum urbe conflagravit.

Inventarium censuum coram actis civitatis Bütoviensis saepius recognitum fuit. 1 mo anno 1645 die

27. Septembris[1]), 2do anno 1679 die 18. Maii, 3 tio anno 1701 die 24. Februarii, 4to anno 1702 die 28. Ianuarii in visitatione generali Szembeciana et alias anno 1720 die 18. Iulii talem proventuum ecclesiae Bütoviensis invenio connotationem: 1. Pratum in Valle Rosarum, eius census annuus floreni 5. *2. Pratum p. 271
in Englicis loco sic dicto, facit annuum censum florenorum 2. 3. Aerarium Bütoviensis curiae ex legato Thomae Christken (fuit is Lutheranus, qui sub tempus regiminis ducum Pomeraniae ingentem summam ecclesiae s. Catharinae inscripsit, a quo proveniens census a diversis applicatus fuit in commodum dictae ecclesiae, mediante contractu super hoc inito in arce regia Bütoviensi 1745 die 25. Septembris) vigore obligationis die 10. Maii 1645 habet summam capitalem florenorum 290, quae adhuc haeret. 4. Pro 2 rivulis in Englicis desolatis seu Chmielniczki puste, nunc prato et 4 rivulis seu Chmielniczki na kopli dantur annuatim pro omnibus floreni 3. 5. Item pro 2 rivulis dantur floreni 3. 6. Pro rivulis 5 in Englicis dantur floreni 3. 7. Pro manso integro uno solvuntur floreni 8 grossi 5. 8. Pro altero floreni 6, et anno 1720 Dnus Ioannes Kühn, quaestor arcis Bütoviensis, solvit ab anno 1711 ad 1719 simul florenos 54. 9. Pro medio manso solvuntur floreni 3. 10. Pro horto penes ecclesiam extra civitatem et agro cum pratulo penes Virginalem fluvium solvit rusticus Rndi Dni Praepositi florenum 1 grossos 15. Hunc hortum anno 1674 provisores ecclesiae Lutheranae sibi appropriarunt, sed nullo iure; hinc dictus hortus recuperatus et ecclesiae parochiali Bütoviensi redditus est 1699. 11. Pro parto im Bährwinckel, quod constat 2 longioribus et 7 brevioribus vallis, solvuntur annuatim fiorenus 1 grossi 3. 12. Pro prato advocatiali solvuntur grossi 10. 13. Pro rivulo quodam in Englicis grossi 15. 14. Campus agri exiguus Kapka in aureo monte non singulis annis in usu est, dantur annuatim grossi 6. 15. Pratum s. Georgii extra civitatem, sic dictum quod olim ibidem fuerit

[1]) Fontes XV, 804.

capella s. Georgii titulo insignata, in cuius locum po-
p. 272 stea impie*horreum fuit exstructum[1]). Quo tandem igne absumpto (1629 per milites caesareanos dominica Palmarum) nunc desolatus ille locus est. Solvuntur pro hoc prato annuatim a provisoribus ecclesiae floreni 5. 16. Pro horto in Helawa dantur florenus 1 grossi 6. 17. Pro horto in Heven floreni 2.

Subscripsit hocce inventarium anno 1723 die 26. Octobris Simon Andreas Kolinski, decanus Bütoviensis. Anno 1679 die 17. Maii computatis siugulis proventibus ex censibus summa fuit florenorum 48 grossorum 25.

Ibidem Bütoviae olim extra civitatem fuit capella s. Marci, in cuius locum armarium exstructum fuit, uti docet documentum in manibus provisorum reperibile[2]). Pro singulis pulsibus campanarum in ecclesia Bütoviensi solvuntur 10 grossi, pulsanturque eaedem campanae ad requisitionem cuiuscunque.

Dos ecclesiae: Sex mansi sunt, qui ad conseminationem in 2 campos exdividuntur, prout situationem eorum fuse descripsit Rndus Dnus Ludovicus Borzyszkowski, praepositus Bütoviensis, in libro parochialium proventuum per Illrem decanum 1740 die 31. Maii subscriptum.

Aedes plebanalis Bütoviae sita est in colle versus meridiem, fundus versus arcem longus 4 perticis, versus urbem atque in extremo illius fundi aedificata est domus servi civitatensis. Noviter haec domus plebanalis cum 2 hypocaustis exstructa est 1722, sumptibus Rndi Dni parochi. Fundus ad aream plebanalem spectans usurpatur nunc a cive cognomento Besch inque eodem cum consensu urbis modo violento sibi aedes construxit.

Villae ad parochiam Bütoviensem spectantes sunt sequentes: 1. *Dąbie*, ibi coloni 7, scultetus octavus, qui singuli et scultetus dare debent 1 modium siliginis et 1 modium avenae, strenam vulgo Kalendam

[1]) Fankidejski, Utracone kościoły i kaplice. 1880. p. 231; Schematismus des Bistums Culm. 1904. p. 203.

[2]) Fankidejski p. 231.

et ova paschalia 12 vel grossos 3. 2. *Grzmica,* ibi coloni 5, scultetus sextus, dant ut supra. Hortulani 2*sunt, qui in annum dant tantum per 2 gallos. p. 273
3. *Niedarzyn,* ubi coloni 9, scultetus decimus. Singuli dant 1 modium siliginis, 1 modium avenae. Molitor 1 modium siliginis. Item singuli strenam et ova paschalia. Hortulani 4 non dant aliquid, cur? 4. *Osiek,* ibi coloni 6, scultetus septimus. Dant, ut supra. Arendator nihil dat, cur? Hortulani 2, uterque dat par gallorum. 5. *Gostkowo* villa nobilium, ubi domicilia 15, in magno 11, in parvo 4. Dant, ut supra, 1 modium siliginis, 1 modium avenae, strenam et ova paschalia. Hortulani strenam non dant, quare? 6. *Lupansk,* ubi villani 5, quilibet dat modium siliginis. 7. *Pomysk mały,* ubi coloni 6, scultetus septimus. Dant, ut alii supra. Arendator nihil dat. Hortulanus unus dat par gallorum. 8. *Ząbinowice,* ubi 3 domicilia nobilium, ex uno datur modius siliginis et modius avenae, ex duobus medius modius siliginis et avenae. Strena. 9. *Mędrzechowice,* ubi coloni 8, scultetus nonus, quilibet dat modium siliginis, avenam olim dari solitam pronunc ob miseriam suam non dabant. Strenam et ova paschalia dare tenentur. Hortulani duo sunt, qui dare debent per medium modium siliginis et strenam. 10. *Udorp,* ubi coloni 11, scultetus duodecimus. Singuli dant modium siliginis, strenam et ova paschalia. Ibidem arendator quotannis caseum magnum et lanae vellus bonum dare debet. — Pro strena datur panis et farcimen aut grossi 9, nempe 3 grossi pro pane et 6 grossi pro farcimine, et his contentus esse debet. Ova paschalia ex singulis domiciliis tam nobilium quam scultetorum et colonorum dari debent 12 aut pro his grossi 3. Hortulani in Grzmica, Osiek, Pomysk mały dant singuli 2 maturos gallos gallinaceos.

**Praepositi:* Restituta catholicis ecclesia Bütoviensi 1638 cura Illsmi et Rmi Matthiae Łubienski, episcopi Vladislaviensis, primus praepositus designatus est 1. Petrus Rotenstam[1]), vir zelosissimus et in vin- p. 274

---

[1]) Legendum Rosenstam. cfr. Fontes XV, 801.

dicandis ecclesiae bonis indefessus. Vixit adhuc 1645. 2. 1676 Paulus Standacher[1]), obiit 1680. 3. 1680 Gregorius Iosephus Braun, obiit 1711 die 26. Aprilis dominica III. post Pascha, sepultus in ecclesia Niezabyszeviensi ante maius altare. 4. 1711 Ludovicus Borzyszkowski, obiit 4. Octobris 1746. 5. 1746 Andreas Ryndwelski, obiit iuvenis 1748. 6. 1749 die 27 Augusti Matthias Iosephus Wisniewski, Schotlandensis, provisus ecclesiae cathedralis Vladislaviensis vicarius, deinde capellanus Illsmi et Rmi Christophori Antonii Szembek, episcopi Vladislaviensis, et 1738 commendarius Miłobądzensis, 1740 commendarius Garcensis, 1741 vicarius Visinensis, 1743 commendarius Graboviensis, 1745 vicarius Bernensis per triennium, deinde 1748 die 3. Septembris commendarius Bütoviensis, tandem anno, die ut supra, Gedani ab Illmo loci ordinario institutus praepositus Bütoviensis, praesentatus iam a Srnsmo rege Prussiae 30. Novembris 1748.

Visitationes ecclesiae Bütoviensis: 1. Anno 1690 die 9. Iunii ego Lucas Stanislaus Wodecki, decanus Mirachoviensis et Bütoviensis, parochus Strzepcensis et Swianoviensis, ex commissione Illmi loci ordinarii, tum et Rmi officialis visitavi ecclesias Bütoviensem et Niezabyszeviensem eiusque filialem in Dąbrowka. Eas tenet Adm. Rndus Dnus Gregorius Braun praesentatus a Srnsmo electore Brandeburgensi, institutus a Rmo Ioanne Georgio Kunigk, officiali Gedanensi, 14. Februarii 1686, introductus per Rndum Dnum Andream Laurinowicz, praepositum Bernensem, 25. Februarii 1686. Litteras dimissoriales produxit a Rndo patre Bernardo Roth, Societatis Iesu, regente alumnatus Brunsbergensis de 5. Februarii 1679. — 1699: 1700 die 14. Decembris in decanali congregatione subscriptus
p. 275 Lucas Wodecki, decanus Bütoviensis. —*2. 1702 die 24. Ianuarii sub tempus visitationis generalis libro copulatorum subscriptus Christophorus Antonius Szembek, archidiaconus, vicarius in spiritualibus et officialis Gedanensis ac per Pomeraniam. 3. 1711 die 18. et

---

[1]) cfr. Fontes XV, 814, 860.

20. Martii in visitatione generali Ioannes Iugowski, archidiaconus Pomeraniae, tale tulit decretum reformationis:

Per nos quidem sacerdotes, fideles ad sacrum baptisma veniunt (verba sunt s. Gregorii homilia 17 in evangelia[1]), nostris precibus benedicuntur et per impositionem manuum nostrarum Spiritum Sanctum percipiunt et tandem ipsi ad regnum coelorum pertingunt. Nos vero sacerdotes per negligentiam nostram deorsum tendimus. Ingrediuntur electi sacerdotum manibus expiati ad coelestem patriam, et secerdotes ipsi circa se et circa decorem sponsae suae negligentes ad inferni supplicia festinant. Cui ergo rei dixero similes sacerdotes, nisi aquae baptismatis, quae peccata baptizatorum diluens, illos ad regnum coelorum mittens, postea in cloacas descendit. Quam auream et cedro immortali notandam tanti pontificis et doctoris ecclesiae sanctae sententiam lacrymis paenitentialibus cordi suo inscribere deberet Rndus parochus trium ecclesiarum, qui 30 annos tam misere et negligenter circa suas ecclesias consumpsit, ita ut nullum in senectute laborum suorum videat solatium, nec aliquam bonam possit sperare memoriam, et quod maius et iniquius est, nec illa, quae invenit, habet. Chmeto enim parochiae Niezabyszeviensis optime fundatus, qui singulis diebus ferialibus per totum annum (excepta sola feria secunda) cum iumentis parocho labores praestabat, arabat vel occabat vel fimum vel ligna vehebat, per summam malitiam expeditus et desolatus est. In ecclesiis omnibus 3 nullus ordo vel decor, sed sordities et abominatio desolationis apparet. Decretis visitationum, quas duas generales habuit, ne in minimo puncto satisfecit, sed quasi ludibrio et contemptui habuit. Quid enim facilius erat (si aliqua comparanda difficilia erant), quam linteamina circa Sanctissimum corporalia, purificatoria bene lota*et munda servare? quam olea sacra p. 276
in armariolo mundo et serato habere? quid minus

[1]) S. Gregorii Magni Homiliae in Evangelia I, 17: Migne s. l. 76, 1148.

potuit esse, quam foveolam aliquam pro effundenda aqua baptismali et illa, in qua lavantur corporalia, in ecclesia facere? quod sub tempus visitationis praesentis in instanti factum est, et ecce per 30 annos nec haec facta est. Libri metrices et regestrorum tam ecclesiasticorum, quam suorum parochialium aut nulli, aut in chartis inordinatissime scripti. Superpelliceum nullum. Circa se itidem et circa suum cubiculum nulla tam in vestibus, quam in tonsura capitis honestas inventa est, cum tamen hoc decreto visitationis ordinatum esset. Puer ad obsequia tam cubicularia, quam ecclesiastica nullus, cum tamen miser mendicus eum habeat et alat. Quanta vero legum et observantiarum transgressio? corporum exhumatio? in privatis domibus sacramentorum baptismi et matrimonii celebratio (quod toties prohibitum erat?). Apparamentorum de altari ad sacrum missae sacrificium (quod solis episcopis licet) acceptio, ac si in defectu sacristiae mensula aliqua per annos 30 comparari non potuisset? quanta obligationum parochialium in catechismo, in conscribendis animabus ad curam suam spectantibus et in aliis multis intermissio? ipse se iudicet. Quare cum ita minus habens inventus sit et cum praeteritarum visitationum decreta contemptui habuerit, visum est in Domino, ut nullum in praesenti visitatione feratur, sed solummodo Illmo et Rmo loci ordinario aut eius officio tota negligentia et renitentia deferatur. Postquam autem haec omnia per poenitentiam et satisfactionem compensata fuerint, et postquam aut coadiutor omnino necessarius, aut alter in hac vinea operarius provisus fuerit, infrascripta in his 3 ecclesiis praesenti decreto ordinantur, et quidem: 1. *Circa ecclesiam Bütoviensem.* Cum et ius commune Pruthenicum clamet, et iustitia ipsa obliget, ut parochiani per se igne consumptam ecclesiam restaurent, instandum ad supremum subsel-
p. 277 lium, ut*tandem haec ecclesia per ignem civitatensem consumpta restauretur, et ante omnia domus parochialis et domus baccalaurei et campanatoris aedificetur et coemiterium sepiatur. Interim autem ad proventus ecclesiae per continuo residentem attendatur, quantum

a sepulturis, quantum a pulsu campanarum et aliis accidentibus inferatur, qui omnes proventus pro interno decore et necessitatibus serventur; postmodum de internis decoribus et necessitatibus fiet ordinatio. *Pro ecclesia Niezabyszeviensi.* 1. Ante omnia chmeto parochialis per malitiam praesentis parochi desolatus sumptibus eiusdem iterum fundetur, conseminatio et inventarium ipsi provideatur. 2. Paterfamilias modernus ex parochia omnino expediatur, et minor familia servetur. Pro obsequiis cubicularibus et ecclesiasticis puer omnino habeatur. In ecclesia circa lampadem ante Sanctissimum maior omnino sit cura et vitrea non argillacea provideatur. Pixis ab intra deauretur, quod iam factum est sumptu nostro. Circa fontem maior mundities servetur, pelvis dealbetur. Olea sacra in armariolo clausa serventur. Cochlear ad fundendam aquam et sal benedictus in vasculo decenti servetur. Confessionale in ecclesia quantocius statuatur. Sacristia sit in suo esse, et ibi parochus ornetur ad missae sacrificium. Figura resurrectionis et Crucifixi comparentur. Aqua lustralis circa fores ecclesiae statuatur. Ad infirmos in pago, ubi est ecclesia, cum superpelliceo et luminibus procedatur. Item pro strena praesertim ad catholicos in superpelliceo et cum cruce procedatur, non prout hactenus fiebat. Pecunia ecclesiastica nunquam ad usus proprios accipiatur et per vitricos, prout in hac visitatione ceptum est, omnia percepta et expensa in libro diligenter connotentur, et tribus seris carbona claudatur, clavim unam habeat parochus, duas vitrici. Caemiterium, u
sit septum, pa*rochiani praesertim de Sierzyno mediis p. 278
iuris compellantur. Candelarum pars tertia nullatenus parocho concedatur, sed quae sunt Deo oblata, Deo maneant. Sacramenta baptismi et matrimonii nunquam in domibus privatis celebrentur. Sacramentalia haereticorum fiant cum licentia parochi et cum solutione ecclesiae sui proventus. Apparamenta de altari non sumantur, sed in sacristia aut in defectu eius in mensa separata ornetur sacerdos. Ecclesiae cum fuerint decenter restauratae, consecratio illarum curetur, et interim indultum ad absolvenda dona semper ab officio

accipiatur. Ac tandem circa has duas ecclesias vicarius omnino aut coadiutor foveatur, ut unus semper Bütoviae, alter Niezabyszeviae sit praesens. Ecclesia quaevis libros separatos metrices et regestrorum habeat, parochus etiam librum suorum proventuum compactum habeat et singulis annis omnia connotet singulariter, non pagos solum, sed etiam personas contribuentes specificando. *Pro ecclesia Dąbrowecensi.* Ecclesia haec, quoniam sat commoda est, nulla tamen requisita habet, nec calicem, nec fontem baptismalem, nec confessionale, et parochus quoniam huic ecclesiae debet, ut charta eius testatur, florenos 50 et in paratis sunt floreni 13 grossi 21, et reliqua adhuc debita, haec omnia statim comparentur et quidem calix, reliqua pro reliquis necesariis expendantur. Vitrici ecclesiae sint diligentes in connotandis et colligendis proventibus et nihil dent abhinc ad manus parochi et 3 similiter seris clausam habeant carbonam. In reliquis omnibus talis fiat diligentia, ut et parochiani aedificentur et in districto Dei iudicio ratio reddi possit. In quorum fidem etc. Datum Bütoviae die 20. Martii 1711. Ioannes Iugowski archidiaconus Pomeraniae.

In congregatione decanali Parchoviae 12. Octobris 1712, Brussy 2. Martii 1717, in visitatione decanali die 10. Februarii 1719 subscripsit Simon Ignatius Kolinski, decanus Bütoviensis, parochus Brussensis, Lesnensis.

p. 279 *Decretum reformationis in visitatione generali 15. Martii 1720: *Ad ecclesiam novam*, quae post praeteritam conflagrationem sumptibus Illmi et Rmi Dni Constantini Feliciani Szaniawski, episcopi Cuiaviensis et per Pomeraniam, a fundamentis plane erecta est, non solum novus internus decor, sed etiam nova rectoris eius requiritur diligentia, novus circa ornatum et conservationem eius zelus, ante omnia autem: 1. Pyxis pro servando Sanctissimo comparanda, pro cuius comparatione in subsidium relinquuntur a Rndo parocho floreni 60. 2. Baptisterium novum cum pelvi stannea procurandum est. 3. Corporalia sint semper involuta subcorporalibus et sint munde tota. 4. Cinguli compa-

rentur, albae etiam saltem 2 comparentur. 5. Pulsus campanae in crepusculis, mane et vespere ordinetur. 6. Quoniam autem ecclesia haec titulum praepositu-ralem habet, curabit Adm. Rndus praepositus, ut domus parochialis quantocius aedificetur, et ut vicarium foveat propter frequentius celebranda dona in ecclesiis suis. 7. Eleemosyna colligatur pro lumine ante Sanctissimum, ut omnino luceat semper. 8. Ratiocinia cum dominis vitricis ecclesiae et cum aedificatoribus eiusdem, quoniam in praesenti visitatione ob defectum residentiae et commoditatis necessariae expediri exacte non poterant, committitur Illri Dno decano, ut captato tempore descendat et exactum calculum faciat. In futurum autem, ut libri proprii, regestra comparentur, et in libris omnia diligenter connotentur, et circa alias ecclesias praesenti decreto visitationis iniungitur. *In ecclesia Niezabyszeviensi:* 1. Pro securitate depositorum apparatuum sacristiam novam ex solido muro aedificari curabit. 2. Hypocaustum suum, ut pro se solum maneat, et exulent ab illo omnis generis mulieres, etiam sorores et affines, sed solus puer pro obsequiis adsit, praesenti decreto severissime sancitur. 3. Piscatio et aliorum accidentium parochialium possessio zelosissime teneatur.*4. Offertoria cedant parocho, tertium p. 280
grossum accipiat baccalaureus. 5. Pro ablutione (quoniam hic mos hic adhuc servatur) non detur vinum ex ecclesia, sed populus faciat separatam collectam praeter offertorium. 6. Confessionale a maiori altari in angulum removeatur in locum parvi altaris desolati. 7. Lampas seu lumen ante Sanctissimum iterum et millies commendatur, ut semper luceat faciatque differentiam inter fana haeretica, et circa Sanctissimum omnis decor servetur. 8. Clavis a cymborio in ligula honesta serica sit pendula. 9. Ad infirmos cum omni reverentia superpelliceo et luminibus procedatur. *In ecclesia Dąbrowecensi.* 1. Omnis itidem attendentia servetur. Vitrici percepta et expensa diligentius connotent. 2. Linteamina pro sacro usu sint munda et nitida. 3. Corporalia subcorporalibus tam in Bütoviensi, quam aliis suis ecclesiis semper involuta maneant.

4. Debita a debitoribus repetantur et in necessitates ecclesiae convertantur. 5. Arendator parochiae, quoniam praeiudiciosum parocho habet contractum ab antecessore et quoniam litigiosus et violentus est, omnino expediatur, et cum maiori emolumento agri alteri locentur, et propria oeconomia instituatur. 6. In caeteris omnibus, praesertim in templo Dei, quod sumus nos, ut omnis sanctitas, temperantia, abstinentia a potu et omni scandalo servetur, ut in districto Dei iudicio laudabilis reddi possit de sua et animabus sibi commissis ratio, studebit Adm. Rndus praepositus et assistricem sanctissimi Spiritus gratiam invocabit. In quorum fidem etc. Datum Bütoviae 15. Martii 1720. L. S. Ioannes Iugowski, archidiaconus Pomeraniae.

In congregatione decanali Bütoviensi 1723, 1725, 1727 subscripsit Simon Ignatius Kolinski, decanus Bütoviensis, parochus Brussensis, Lesnensis.

p. 281 *Decretum reformationis in visitatione generali 13. Februarii 1729: Iosephus Ignatius a Narzym in Małepole Narzymski, archidiaconus Pomeraniae, canonicus Plocensis et Posnaniensis, visitator generalis. — *In ecclesia Bütoviensi*, sumptibus olim Illmi loci ordinarii, nunc Celsissimi principis et episcopi Cracoviensis, Constantini Szaniawski, excellenter a fundamentis erecta, bene serata ac fenestris lucidis, integris, nonnisi nunc a puerorum acatholicorum petulantia, quae omnibus modis coercenda est, vix non integraliter concussae lapidibus, quae ornata erat non pridem sumptu notabili, multos internos adhuc habet defectus, indigentes notabili expensa. Quoad vero possibilitatem Adm. Rndi curati haec praesenti decreto reformationis statuuntur: Ante Sanctissimum Sacramentum, ut non obstante magis ex malitia acatholicorum, quam ratione valida impedientium, ne lampas ardeat ob metum in populo, ne videatur ipsis nocturno tempore arsisse templum ac civitas, et in casu ignis grassantis nocturno tempore, ut non impediat cognitionem, quo in loco civitas ardeat, his inquam non obstantibus rationibus, ut lumen ante Sanctissimum dieque noctuque ardeat ad distinctionem ecclesiae nostrae a fanis, summopere

iniungitur praesenti decreto. Pulsus campanae in crepusculo de mane, in meridie et vespere, hucusque impeditus ab acatholicis, omnino reassumatur ac observetur. Armariolum pro oleis sacris exstrui curabit, ut sit inhaerens aut affixum parieti sub bona clausura. Lebes a baptisterio, ut transmutetur in stanneum, siquidem ob vetustatem dealbari non potest. Piscina post altare maius, ut sit nova beneque cooperata, dabit sine dilatione temporis operam. In sacristia, cum nulla sit mensa, procurato sumptu utinam fiat quantocius nova cum armariolis tam in mensa pro argenteria, quam infra pro apparamentis vulgo z szufladami, cum egregia sit et iustae magnitudinis sacristia, pronunc ac si vacua, uti est templum non habens chorum neque organum. Thuribulum, quoniam deest huic ecclesiae, ut habeatur decens, curabit.*Ad portandum Sanctis- p. 282
simum ad infirmos curet, ut habeat aut pyxidem parvam aut, ut modernae inventionis est, patenam introcontinentem cum clausula hostiam. Catechismum de rudimentis fidei non tantum ex ambona, sed etiam interrogatorie ante celebrationem missae habere promittit, prout etiam strenas colligendo, ut instruat in rudimentis fidei quavis in domo, curabit. Vespertinas preces in omnibus ecclesiis ad se spectantibus, quoties habuerit vesperas diebus sabbativis ac etiam vigiliis festorum post eas, matutinas vero post quamvis missam omnibus diebus habitam, recitare cum populo abhinc curabit. — *In ecclesia Niezabyszeviensi.* Sanctissimum Sacramentum, ut habeat nocte dieque suam lucem, omnem habebit sollicitudinem. Armariolum pro oleis procuretur. Piscina ut exstruatur vase aliquo argillaceo, terrae immisso, intus accomodato cum cooperta, mandabit. Ossorium parvum, sublato veteri excessivae magnitudinis iamque totaliter desolato, reaedificabit et ossa in veteri existentia, ut sepeliantur in effosso loco caemiteriis cum debitis caeremoniis missae et conductus, committitur. Ad infirmos Sanctissimum Sacramentum in spectantibus ad se ecclesiis quam decentissime, nempe luminiaribus 2 antecedentibus, ipseque non solum superpelliceo, sed et pluviali indutus, ac

in locis ecclesiae administrando illud, baldachino parvo ad id comparato coopertus, procedet etiam cum maiori pixide. Sacristia nova cum fornice murata ut habeat fores meliores fortioresque et non sit sine clausura sicuti nunc reperta ac intus ut habeat mensam cum conservatoriis apparamentorum et argenteriae, summam huius habeat sollicitudinem. — *In ecclesia Dąmbrowecensi.* Fores meliorem clausuram ut habeant. Sepimenta ecclesiae sive caemiterii ut reparentur exstruanturque ac bene clausa sint, curabit. In omnibus vero ecclesiis singulariter recommendatur, ut sint linteamina pro sacro usu munda et nitida, atque de eo maiorem habebit curam. Ipseque ut habeat maiorem authorita-
p. 283 tem et observantiam, decentius, maxime pileo sibi*novo bono comparato, et in alio habitu incedat, recommendatur. Vicarium omnibus decretis reformationum insinuatum et moderno decreto, ut omnino quantocius habeat, praecipitur, idque sub poenis ex contemptu decretorum post hac emanandis. Cuius vicarii sollicitudinem per insinuationem Illmo loci ordinario nos quoque habituros appromittimus. Organarius ab annis 6 bene serviens ecclssiis, habens patrem ex civitate Bütoviensi conversum cum tota sua familia, ex quo meruit in suis petitoriis maiorem a nobis satisfactionem, ut sublata ab haereticis schola anno praeterito non sentiat se gravatum, solvendo pro arendatione habitationis per florenos 8 et miserum habens salarium accidensque, quod vix victui cum uxore et filiis sufficit, accordavimus, ut donec ipsi exstruatur a parochianis quantocius domus, non spectet ipsum solutio pro residentia nonnisi per medium Adm. Rndo praeposito, id est florenos 4 et ex carbona ecclesiae totidem, cum addito ab Adm. Rndo curato horto ad inseminandum ipsi additamentum salarii insufficientis. Iniuriis tam ecclesiae quam propriis in redditibus, tum in aggravatione parochianorum ab acatholicis omni cura et sollicitudine dabit ex se, quantum poterit, operam, ne amplius fiant, obviabit, cum sat magnae hucusque et vix tolerabiles successere, quarum nos recipimus conscriptionem ad promovendam obtinendamque iustitiam de-

super. *In ecclesia Tuchomiensi.* Ut sepimenta caemeterii reparentur. Craticula in sacristia, quae per fures fracta, exigua et debilis, fortior procuretur. Pratum ecclesiae Bütoviensis, quoniam Spblis provisor dicit non ad se spectare et praetendit pro vigilantia notabilem pensionem, ideo requirat magistratum, ut reddat aut pratum aut Spblem provisorem mandet non praetendere solutionem, qui omnino tempore visitationis sibi 100 florenos pro vigilantia circa reparationem turris pro*debito inscribi in regestris nostris expostulavit. Caetera secundum decreta reformationis antecedanea executioni, maxime quo ad sobrietatem et pietatem, recommendantur. Datum in Niezabyszewo ut supra. p. 284

In congregatione decanali Ugoscii 1735, Niezabyszeviae 1737, Parchoviae 1738, Wielunii 1740, Solenczynii 1742, Brussy 1743, Ugoscii 1744, Niezabyszeviae 1747, Parchoviae 1749 subscripsit Simon Ignatius Kolinski, decanus Bütoviensis, curatus Brussensis, Lesnensis.

Litterae erectionis ecclesiae Bütoviensis originaliter cum sigillo civitatis apud provisores inveniuntur. Ita Wodecki, decanus Bütoviensis, in visitatione 1690.

Niezabyszewo.

Alias germanice Damesdorf. Ecclesia huius loci per se parochialis est[1]). Quando erecta, a quo fundata, non constat. Censetur tantum esse benedicta. Dos illius sunt 2 mansi et aliquot prata. Villae ad hanc parochiam spectantes sunt: 1. *Niezabyszewo* sive *Dammesdorf*, ubi coloni 10, quorum quilibet dare tenetur 2 modios siliginis, intuitu vero huius, quod pascant pecora parochi ad hanc ecclesiam residentis, dant tantum 1 1/2 modium siliginis. Item strenam, panem cum botulo aut loco eius grossos 9, insuper pro strena addunt grossum 1. Ova paschalia 12 hisque superaddunt singuli grossum 1. Arendatarius huius villae seorsim dare debet 4 modios siliginis, strenam bonam,

---

[1]) cfr. Fontes XV, 840.

vellus lanae et caseum magnum. Scultetus separatim dat 2 modios siliginis, strenam, ova paschalia. Molitor modium siliginis aut farinae. Hortulani 5 per medium modium siliginis. Hortulani alii antiqui quotannis dare debent anserem vel loco eius grossos 15. p. 285 *Laterarius dare debet grossos 15 aut anserem. Quoniam autem chmetonia parochi commutatus est in hortulanatum, hinc hortulanus parochi dare debet 1/2 modium siliginis et strenam. Hortulanus ecclesiae grossos 15 aut anserem. 2. *Rekowo* villa, quae 1727 die 7. Maii nocte incendio fere tota incinerata est, eoque incendio consumpta est nobilis puella septennis Marianna, Gnosorum Pauli Trzebiatowski et Catharinae coniugum filia. In hac villa nobilium alia sunt domicilia plena et pendunt per medium siliginis, strenam, panem et farcimen aut eius loco grossos 9 ac insuper additur strenae consuetae grossus 1, ova paschalia 12 et panis post messem vulgo Kłos; alia domicilia sunt semiplena et dant 1/2 modium siliginis, Kłos, strenam et 6 ova paschalia. 3. *Sierzyno* villa, ubi 2 sculteti, 9 coloni. Singuli dant 2 modios siliginis, strenam, addito illi grosso 1 et 12 ova paschalia. Arendatarius dat annuatim 6 modios siliginis, vellus lanae, caseum magnum. Tabernator dat 1 modium siliginis, strenam cum grosso 1 et 6 ova paschalia. Hortulani 3, quilibet pro strena dat grossos 6.

Ecclesia ibidem lignea, insignita est titulo sancti Nicolai episcopi et confessoris. Ius collationis spectat ad Srnsmum Prussiae regem. Parochi a recuperata ecclesia (1638) iidem numerandi ac dicendi sunt, qui praepositi Bütovienses, imo hi ipsi post conflagrationem aedis plebanalis Bütoviae (1700 die 13. Maii) Niezabyszeviae continuo resident.

Dąmbrowka.

Alias Damerkau, villa regis Prussiae. Ecclesia ibidem sub titulo sancti Adalberti, episcopi et martyris, estque filialis ecclesiae Niezabyszeviensis[1]). Credibile

[1]) cfr. Fontes XV, 842.

nihilominus, quod antiquitus proprium habuerit curatum. Dos ecclesiae sunt 2 mansi cum horto, pro quo horto arendatarius annuatim*solvit florenos 15. Mansi autem p. 286 seminantur a parocho. In villa hac Dąbrowka sunt coloni arcenses dicti 10, qui singuli dare tenentur 2 modios siliginis, pro strena panem et farcimen aut grossos 9, ova paschalia 12. Arendatarius aulae ac praedii arcensis dare tenetur 4 modios siliginis, pro strena panem cum botulo aut grossos 9, item caseum bonum magnum et vellus lanae bonum. Scholari dat quintum modium siliginis. Scultetus 3 modios siliginis, strenam dignam et ova paschalia vulgo Biały dzien. Hortulani sunt 4, singuli dant pro strena grossos 15. Singuli coloni strenae addunt 1 grossum. 4 hae villae *Niezabyszewo*, *Rekowo*, *Sierzyno* et *Dąmbrowka* tenentur ad aedificationem domus plebanalis et caeterorum aedificiorum, ut horrei etc., sicut id iam egregie praestiterunt 1714. Praeterea pro conservatione tectorum singulis annis stramen suppeditant, quod Niezabyszeviam vehunt, et in necessariis quo ad tecta servire tenetur hortulanus ecclesiae Niezabyszeviensis. Arendatarius Dąmbrowcensis secundum ordinationem Szaniavianam et Iugowscianam singulis annis parocho solvere debuit florenos 36. Sed is, quia suis sumptibus 1721 aedificavit eleganti structura domum plebanalem, pie defunctus Rndus Ludovicus Borzyszkowski remisit ei arendam ad imperiales 8, adiectis nonnullis oneribus vulgo szarwarki eodem anno 1721 die 2. Aprilis.

Tuchomie.

Groß-Tuchom. Quoniam ecclesia Tuchomiensis pari distantia aberat ab ecclesia Niezabyszeviensi, dioecesis Vladislaviensis, et ab ecclesia Boryszkoviensi, archidioecesis Gnesnensis, et populus huius parochiae nunc huius nunc alterius ecclesiae adibat parochos pro percipiendis sacramen*tis, hinc dictarum ecclesiarum p. 287 parochi etiam fructus ecclesiae inter se partiti sunt, penes Boryszkoviensem manente titulo parochi, penes

Niezabyszeviensem autem solius commendarii[1]). Hisque vicibus ecclesia Tuchomiensis regebatur ab anno 1716 ad annum 1728, percipiebatque Rndus Adalbertus Kleckner, parochus Boryszkoviensis, medietatem messalium de villis ad hanc ecclesiam spectantibus, alteram autem medietatem Rndus Ludovicus Boryszkowski, curatus Damesdorfensis. Tandem 1728 Illsmus loci ordinarius indignum ratus alienos filios aliunde bene provisos, suae dioecesis impinguare proventibus, Tuchomiensem ecclesiam cum titulo commendarii perpetui commisit regendam uni et soli plebano Niezabyszeviensi, isque praefato anno festo sancti Pentecostes primam in illa ecclesia coepit devotionem.

Villae ad hanc ecclesiam spectantes sunt sequentes: 1. *Tuchomia:* in ea sunt coloni 10, quorum 5 pendunt duos modios siliginis, duo autem pendunt 1 1/2 modium et 3 reliqui unum tantum modium. Hortulani sunt 3, quorum singuli sicut et coloni omnes tenentur dare pro strena panem et farcimen. 2. *Ciemne* habet universim domos 27. 3. *Trzebiatkowy,* villa nobilium, in ea sunt domus 28, solvunt messalia et strenam pro consuetudine parochiae Niezabyszeviensis, nimirum panem cum botulo. 4. *Modrzewo:* ex hac villa proveniunt 7 modii siliginis et strena. 5. *Piasno:* ex hac villa solvuntur 3 modii avenae est strena. 6. *Tuchomk mały:* in hac villa sunt 2 sculteti et 8 coloni, dant messalia, strenam. 7. *Tągomie:* ibidem 2 sculteti et 11 coloni, singuli dant 2 modios et pro strena panem ac farcimen.

Arendatarius Rndi parochi in Tuchomie dat 36 florenos. Anno 1747 sumptu Rndi parochi in fundo domus plebanalis Tuchomiensis novum horreum exstrutum est, constitit florenos 66.

p. 288 *1721 dies 17. Maii (quae incidit in sabbatum ante dominicam V. post Pascha) vere fatalis fuit ecclesiae Boryszkoviensi. Hac enim die hora prima pomeridiana ignis ex domo Gnosi Dni Trzebiatowski erumpens, universam villam, 4 tamen relictis domibus, incineravit,

---

[1]) cfr. Fontes XV, 845.

imo ipsam etiam ecclesiam, ita ut aes campanarum liquefactum fuerit, ossorium et cadavera in crypta subterranea in favillam redacta sint. Organa, domus plebanalis cum aedificiis et sepimentis omnibus ierunt Vulcano heu! insatiabili in pabulum.

Supplicatio Rndorum parochorum districtus Bütoviensis ad Illmum loci ordinarium ratione gravaminum, quae patiebantur. Illme ac Rme Domine Domine faventissime. Cum iam ad tantas et tot penurias, imo ipsas gravissimas iniurias, oppressiones, persecutiones, calamitates, invidias, odia et gravamina devenimus, afflictissimi ast tamen patientissimi parochi in capitaneatu Bütoviensi, ut plus usque ultra ecclesiasticas immunitates nostras sustinere et pati nostra patientia non valeat, violentia, persecutiones, ludibria et rancores inimicorum nostrorum cogimur ac zelo religionis catholicae compellimur supplices refugium facere ad sedem supremam, Illmum ac Rmum Dnum Dnum Excellmum clementissimum ac faventissimum, illud namque nobis restat solatium et levamen dolorum, cum in nostris afflictionibus, persecutionibus et oppressionibus adhuc habeamus, cui talia referre, aperire ac exponere possimus. Gravamina nostra inde incipiunt, quia coram constitutis Mgficis Dnis supremis causae nostrae propositae sive semper sive saepius inefficaces aut promissionibus nutrimur sine aliquo effectu aut nullius valoris aut in iniuriis nobis factis exprobrationes recipimus, magis conturbati et tristiores a superioribus recedimus, quam iusta petentes accedimus gravati, non aliquid iusti obtenturi, sed contra nostra iura prohibitiones audituri. Imo alius et alius Dnus aliam*aliamve p. 289
infert ecclesiis iniuriam ac imprimis:

Circa ecclesiam parochialem Borzetuchomiensem. Perillris Mgfcus Dnus Philippus Otto Grumbkowski, capitaneus et iudex supremus Leoburgensis et Bütoviensis, violento modo ac severissima minatione et rescriptione recipi mandavit ecclesiae parochiali Borzetuchomiensi agrum ad ecclesiam semper spectantem. Dnus praefectus silvarum nomine Samuel Kamer

adeo in audaciam suam elatus est, ut non timeat spiritualia regimina agere, ordinem ecclesiasticum impedire. Campanis ecclesiae catholicae ad Lutheranas devotiones et congressus iubeat pulsari, cuius temeritati cum resistere volo ego parochus Ugoscensis et Borzetuchomiensis, me persequitur, verbis laedit, iras intentat. Iam moderno anno 1721 in villa Borzetuchomiensi, in qua ipse habitat, ausus est colonis omnibus prohibere, ne mihi parocho extraderent messalia, nec timere eosdem animat, cum ipse pro eis offerat se stare et respondere. Ipse vero ab annis 6 ex aula sua debita messalia per modios 4 singulis annis non persolvit, nec animum habet persolvendi, cum velit et in aliis villis totius parochiae Borzetuchomiensis messalia danda mihi parocho interdicere et supprimere. In fundis ecclesiasticis ac domibus meis parochialibus habitantes homines arendatores cogit pro venatione hiemali ad silvas contra immunitatem ecclesiasticam iuris, in me parochum pro libertate stantem rancor et odium ab eo, arendatores persequitur, secure depraedatur igni ligna colligenda etiam putrida et inutilia interdicit et omnino expellere ac eradicare eosdem conatur sua persecutione, qui de facto migrare ex mea parochia debebunt, et nullum catholicum auditorem verbi Dei in ecclesia habebo, cum nec post limites alienos ligna quaerere et con-
p. 290 ducere illis permittat.*Liberum habuimus parochi hucusque ab antiquo dare sine pretio aliquot porcos iuxta numerum mansorum ad silvas pro pascuis, cum arbores abundaverint fructibus, iam hoc modernus Dnus praefectus silvarum supprimit, solvi sibi iubet et pro liberis porcis aut messalia penes aliquem arendatorem retinet. Messalia caeteraque debita parochis inique persolvunt coloni, non vera mensura, non rectum frumentum, sed abiecta frumenti postrema, et adhuc debita restantia multa apud plurimos.

Circa Bütoviensem ecclesiam parochialem gravamen, quia praedicantes Lutherani Bütovienses omne et totum accidens percipiunt, impediunt et sibi vendicant, sub gravibus poenis culpant, minis terrent, carceribus, mulcta pecuniaria cum aliquis e civitate aut

ex villa spectante ad ecclesiam Bütoviensem Lutheranus ad parochum accedit sacramenta suscepturus, imo suo convitio dictitant coram suis parocho esse interdictum a Srnsmo rege alicuius Lutheranorum e civitate matrimonio assistere caeteraque administrare volenti. Uni e Lutheranis accedenti pro matrimonio ad parochiam Ugoscensem, plures terrores et culpas incusserunt, ut etiam eidem Dnus quaestor arcensis duos boves vellet rapere, nisi rediret ad praedicantes Bütovienses et coram eis matrimonio copularetur; quod et omnino facere debuit fecitque coactus. Alter pauper (ut innumeros alios taceamus) non habens, de quibus pastoribus suis eorum consuetam pensionem daret, post factas iam denunciationes in ecclesia catholica Bütoviensi a praedicantibus Lutheranis territus, culpatus, ad eos redire coactus est pro matrimonio. Alios aliis modis et prohibitionibus avocant et impediunt ad catholica munia venire. Multum enim eorum petulans et superba praesumptio crevit, ut videantur sibi neminem supra se habere, nec esse sicut caeteri. Dni consules Bütovienses demonstrare nolunt loca ecclesiastica
domorum exustarum, ut organarii et campanatoris,* nec p. 291
limites circa aedem parochi in civitate. Ad sepiendum coemeterium circa ecclesiam Bütoviensem nullo modo adduci possunt per parochum, imo obstant et contradicunt sepiendo. Partes aliquas agri parochialis, hortos et pratum ecclesiae cives tenent in sua possessione, uti pratum sancti Georgii. Antea salarium annuum a civitate parocho dabatur floreni 100, modo post conflagratam civitatem tantum floreni 40 dantur, licet ad suam perfectionem et ordinem iam iterum pervenerit civitas, quod in conditione expectandum fuerat parocho. Organarius ad ecclesiam Bütoviensem haberi non potest, quia non habet unde vivat, nihil pro eo sustentando datur ex tota pàrochia Butoviensi.

Ad ecclesiam Niezabyszeviensem. In stagno adiacenti villae Niezabyszewo a Dno quaestore arcensi interdicitur piscatio aestivalis, licet in privilegio Crucigerorum antiquo concedatur parocho et sculteto. Habet parochus in Niezabyszewo hortulanum, hunc Dnus

quaestor vult habere sibi tributarium, quia ab eodem exigit quotannis florenum 1 pro aliquot perticis, quas penes domum suam sistit modico lupulo. Contradicenti vero parocho respondet Dnus quaestor negaturum se danda messalia, dum pervenient hi singuli floreni ad summam aliquam faciendam. Novas scholas Lutherani statuunt suas, relictis nostris ad ecclesias catholicis baccalaureis, cantoribus et studiorum directoribus. Pro venatione tempore hiemali ad silvas homines arendatores in fundis et domibus parochialibus habitantes quotannis Dnus praefectus silvarum compellit, minas et terrores illis intentat ac conturbat, etiam libertatem ecclesiasticam tollere nitens. Accidentia ecclesiastica ab omnibus tollunt praedicantes Lutherani contra antiquum ius et morem ecclesiarum nostrarum, qui mos adhuc aliqua ex parte tenetur in districtu Leoburgensi, ac accidentia a parochis percipiuntur, nostris in capitaneatu Bütoviensi suppressis ad percipiendum praeter
p. 292 *id, quod a paucis nostris catholicis in parochia quaqua nobilibus tribuitur. Messalia coloni nullo anno debite exsolvunt nec integre et vilissime ex alio semine. Debita messaliorum innumera pereunt apud colonos, quandoque in aliqua pertinaci villa nullus aut unus dat aut medium, et restantia nunquam solvuntur, nisi magis ac magis accusant singulis annis, quia non est, qui urgeat pertinaces. Prata parochi aestate in villa vicini suis iumentis exedunt. Constructa in fundo parochi stat lateraria arcensis cum horto ad eandem in 4 mansis lato, cum damno et iniuria parochi magna, nam reliquum usui parochi interdicitur ab arce. Sepes hortorum infra laterariam eandem parocho secantur violento modo. Alio in loco scultetus partem agri parochialis subiecit suo usui, revidens Dnus ex arce non reddi iussit parocho, sed sculteto adiudicavit, inquiens saepe: omnia bona et possessiones parochorum ad ius regium et potestatem eiusdem spectant atque dispositionem, qua ex causa arendatores in fundis parochorum habitantes citantur mandatis arcensibus ad ius Perillris capitanei, in causis suis responsuri. Dum autem ego parochus Bütoviensis et Niezabyszeviensis ad

Mgfcos Dnos arcis Bütoviensis praefectos accedo, causas, violentias, iniurias ac damna exponendo, aut cum indignatione et furore recipior et valedicor, aut in mitioribus et aggravantibus magis partem parochi polita humanitate salutor et promissione sine opere expedior more usitato.

Circa Tuchomiensem ecclesiam parochialem. In villis spectantibus ad parochiam Tuchomiensem coloni iniquissime persolvunt parocho messalia impurissimo frumento, mutato in aliud semine, non vera mensura. In campis minuunt, non su*um vicini arando, p. 293
limites transgredientes. Idem faciunt in pratis parochi, quas magna ex parte suo usui attrahunt et possessioni subiugant ac quotannis malitiose et violenter iumentis suis depascunt. Dnus praefectus silvarum pro pascuis in silvis a liberis porcis solvi sibi imperat et cogit, nec plures parochi porcos in silvas intromittit quam 4, cum tamen ab antiquo, si non plures, sex certe liberi erant hucusque iuxta numerum 6 mansorum parochi. Scholam novam sibi Lutherani aedificaverunt contra ius, quam nunquam antea fuerat, et catholicam ruere permiserunt, nec ullis modis perduci possunt a parocho tam ad illam aedificandam, quam ad aedem parochialem erigendam, illorum igne absumptam. In coemiterio ecclesiae Tuchomiensis sepeliuntur Lutherani a suis ministris, nec in una parte et separata, ut tolerabile malum foret, sed vagantes, ubi volunt, sepulchra faciunt, supra quae monstra statuunt, trabes, sua epitaphia, varias tabulas, idque prope ipsas ecclesiae parietes, fores et per viam ad atrium ingressumque ad ecclesiam, quibus impeditur commoda processio in solemnitatibus circa ecclesiam ipseque introitus dignus in templum, ac deformatur coemiterium, ut videatur esse veluti truncorum silva, Ierichuntina et spelunca latronum. Campanas ecclesiae catholicae ad suos pulsus Lutherani per omnia fortia exigunt, cum nec campanile ad illas collocandas aedificare velint, nec iuxta antiquum ritum, qui hactenus in aliis vicinis ecclesiis conservatur, lupuli per quartam partem modii aut loco eius grossos 6 singuli coloni ac nobiles ecclesiae persolvere

pro libero pulsu in caemiterio sepeliendis volunt. Ipsi parocho et scholari accidens minuunt, raro partem aliquam extradunt a sepultura. Neque ullo modo parocho dare volunt primos panes post messem vulgo Kłos,
p. 294 quos tamen suo pastori liben*ter offerunt omnes. Accidens totum a parochia praedicans sumit Lutheranus. Scholaris ecclesiae catholicae inserviens suas pensiones a parochianis obtinere nequit, et cum tales pluresque alias iniurias patiens ego parochus Tuchomiensis quaerelas meas ad arcem defero, nullam iustitiam et satisfactionem recipio.

Inter tot ergo illasque continuas et quotidianas iniurias fere et persecutiones existentes parochi in districtu Bütoviensi non invenimus alium modum his tantisque malis occurendi, cum iam sit inveteratum et in dies peius ad resistendum nostro conatu crimen et vulnus ad medendum, nisi dignissimam ac excelentissimam personam Illsmi ac Rmi Dni nostri. Hinc ad plantas Illsmi Dni supplices procumbentes expetimus, ut fractis iam viribus nostris auxilium oppressis et afflictissimis solatium, aggravatissimis levamen porrigere dignetur et in his iniquis circumstantiis subsidium dare ac esse turris fortitudinis a facie inimicorum nostrorum et petra inviolabilis dignetur. Nos vero parochi paterna manu e tot malis erepti et adiuti, ad vitae nostrae tempora obligatissimos, gratissimos apud Deum continuo precatores, ut alias semper, ita et nunc nos fore attestamur. Illsmi Rmi Dni Dni faventissimi, servi humillimi ac clientes submisissimi. Datum Bütoviae 4. Aprilis 1722. Albertus Klekner, Boryszkoviensis et Tuchomiensis parochus. Adalbertus Melcher, Ugoscensis et Borzetuchomiensis parochus. Ludovicus Borzyszkowski, Bütoviensis et Niezabyszeviensis parochus.

p. 295 *Ad sanctum Georgium praepositura.

Capella fuit olim extra civitatem Bütoviensem sub titulo et invocatione sancti Georgii (non sancti Gregorii, uti habet Damalevicius[1])) martyris (*), quam

[1]) Damalevicz, Vitae Vladislav. epp. 1642. p. 47.

haeretici destruxerunt et in ipsius locum impie horreum exstruxerunt[1]). Quo tandem igne (iusto Dei iudicio) absumpto, nunc locus desolatus est. Eratque capella haec aliqua dote provisa, de qua nuncusque pratum superest sub nomine pratum sancti Georgii. Hanc tamen proprium habuisse sacerdotem dignitate praeposituràli praefulgentem merito dubito et verius conseo, quod parochi Bütovienses ab hac capella titulo praepositi (quod in nonnullis aliis civitatibus similiter factum est) aucti sint.

Alia adhuc capella fuit ad eandem civitatem sub titulo sancti Marci evangelistae, uti iam supra in ecclesia Bütoviensi dictum est.

(*) Capella haec citra dubium quondam aut ab ipsis Crucigeris aut sub ipsorum regimine erecta et dotata fuit; erat enim hic ordo equestris glorioso illi equiti et martyri, sancto Georgio, multum devotus. Supersunt nuncusque ad plerasque Prussiae civitates capellae vetustae tituli sancti Georgii martyris, quae Crucigerorum temporibus assurrexerunt.

Ugoszcz.

Villa regia in districtu Bütoviensi, germanice Berensdorf appellata. Ius praesentandi parochum ad ecclesiam ibidem pertinet ad Srnsmum regem Prussiae, ex commendatione tamen Illmi loci ordinarii, uti in ecclesia Leoburgensi iam supra dictum est. Ad hanc ecclesiam residet parochus, qui praeter illam tres alias adhuc ecclesias parochiales in eodem districtu, nempe Borzetuchomie, Kotkowy et Studzienica tenet ac regit.

Parochi. 1. 1745: obiit...[2]) Rozner, parochus p. 296
Ugoscensis, Borzetuchomiensis, cui successit frater germanus

2. 1746 Antonius Rozner, 1749 superstes.

---

[1]) Fankidejski p. 231; Schematismus des Bistums Culm. 1904. p. 203.

[2]) Lacuna Cognomen omissum.

Borzetuchomie.

Dixi paulo ante ecclesiam hanc quamvis per se parochialem, hic et nunc a parocho Ugoscensi teneri et regi. Habuit nihilominus ecclesia eadem adhuc circa annum 1654 proprium parochum, de quo superest Cartusiae documentum sequens: Stephanus Casimirus Charbicki, praepositus et sede vacante episcopatus Vladislaviensis et Pomeraniae administrator, Vnblibus et Honestis viris parochis, commendariis, vicariis etc., maxime Vnbli Alberto Wilderman, parocho Borzetuchomiensi, tenore praesentium requirenti, salutem in Domino etc. Datum Vladislaviae 24. Octobris 1654. Idem Rndus Albertus Wilderman 1661 egit commendarium Chmelnensem et 1665 praesentatus est pro parocho Sierakovicensi, in quo beneficio tandem obiit 30. Martii 1672.

Kotkowy.

Damalevicius[1]) habet Kadkaw. De hac ecclesia dixi supra in Ugoscensi ecclesia.

Studzienica.

Damalevicius[1]) habet Studnica. Dictum iam est in Ugoscensi ecclesia.

Pomesko wielkie[2]).

Iasson[3]).

p. 297

*Bruszy.

In palatinatu Pomeraniae. Ecclesiam hanc Damalevicius[4]) adnumerat decanatui Starogardensi, videtur idcirco post annum 1642 translatam esse ad decanatum

---

[1]) Damalevicz p. 46.
[2]) cfr. Fankidejski p. 232; Schematismus p. 204.
[3]) Fankidejski p. 232; Schematismus p. 204.
[4]) Damalewicz p. 232; cfr. Fontes XV, 816.

Bütoviensem. Huius filialis est ecclesia in Lesno. Utramque decorat ac feliciter pieque regit ab anno 1712, aut adhuc forte ulterius, usque ad annum praesentem 1749 vir Illris et Adm Rndus Simon Ignatius Kolinski, decanus Bütoviensis, parochus Brussensis et Lesnensis, cuius memoria crebro superius facta est.

Lesno.

Ex decanatu Starogardensi ad Bütoviensem pariter post annum 1642 translata teste Damalevicio[1]).

Grabowo.

Villa nobilium. Ecclesia pariter ex Starogardensi ad Bütoviensem decanatum translata.

Wiele.

Damalevicius[2]) habet Wiale, ab aliis exprimitur Vielun. Olim in decanatu Starogardensi 1642, dein in Mirachoviensem adhuc circa annum 1726, demum translata ad Bütoviensem decanatum ob distantiam a reliquis ecclesiis decanatus Mirachoviensis. Parochi: 1. 1666: Andreas Casimirus Laurinowicz, decanus Mirachoviensis, praepositus Bernensis, parochus Vielunensis. 1682 idem adhuc. 2. 1725...[3]) Lemkowski parochus Vielunensis.

*Parchowo. p. 298

Residentia capitaneorum Parchoviensium. Ecclesia collationis regiae, ex Mirachoviensi decanatu Bütoviensem post annum 1642 translata.

Parochi: 1. 1682: Ioannes Czarkowski.
2. 1720: Simon Chełmowski.
3. 1740 -- 1749: Iacobus Iosephus Małkowski.

---

[1]) Damalevicz l. c. p. 46; Fontes XV, 817.
[2]) Damalevicz p. 46.
[3]) Lacuna. Cognomen omissum.

Solęnczino.

Ecclesia in Solęnczino parochialis erecta et dotata est 1606 a Mgfco Dno Reinoldo Heidenstein[1]), sacrae regiae maiestatis secretario, praefatorum bonorum possessore et alias scriptore rerum Polonicarum percelebri[2]). Ita inscriptio altaris sanctae Annae ibidem. Obiit vir hic de patria optime meritus 1620, sepultus Olivae. Niesiecki[3]).

Parochi: 1. 1657: Albertus Warszawski, decanus Bütoviensis, parochus Solęnczinensis.

2. 1738: Ioannes Glinski, parochus, qui ibidem obiit 1747.

3. 1749: Matthias Wronski parochus.

Iuspatronatus spectat ad haeredes bonorum. Ecclesia haec pariter ex decanatu Mirachoviensi ad Bütoviensem post annum 1642 translata est.

(Ecclesias omnes numero 17 in decanatu Bütoviensi a pluribus iam annis, 6 nonnisi curati sive parochi tenent et regunt, id patet ex congregationibus decanalibus supra adcitatis, quarum, 1. 1735 Ugoscii, 2. 1737 Niezabyszeviae, 3. 1738 Parchoviae, 4. 1740 Wielunii, 5. 1742 Solęnczini, 6. 1743 Brussy et deinceps rursum. 1. 1744 Ugoscii, 2. 1747 Niezabyszeviae, 3. 1749 Parchoviae celebrata est.)

p. 299
*Visitationes generales ecclesiarum Pomeraniae.

Superioribus paginis dictum est, religionem christianam in Pomerellia, quamvis pluries plantatam, non citius quam sub Subislao duce (quem inter Pomerelliae

---

[1]) cfr. Fontes XV, 821.

[2]) Scripsit: De bello Moschovitico commentariorum libri sex. Cracoviae 1584; Rerum Polonicarum libri XII Frankfurt 1672; Cancellarius sive de dignitate et officio cancellarii regni Poloniae. Brausbergae 1610 et alia.

[3]) Niesiecki-Bobrowicz IV, 344.

principes primum Christo nomen dedisse, monumenta Olivensia[1]) testantur) radices egisse. Subislaum hunc non solum veteres ecclesias a gentilibus Pomeranis destructas et profantas, fidelibus restituisse, sed et novas haud paucas in locis, ubi populi frequentia postulabat, ex consilio et persuasu episcoporum Vladislaviensium aedificasse ac dotasse, ac demum harum numerum illius filios, nepotes ac pronepotes, Samborium, Mestuinum, Suantopelcum, Samborium II, Mestuinum II etc. auxisse, historiae tradunt, imo in locis haud paucis ipsi parietes templorum loquuntur. Quando tamen archidiaconatus Pomeraniae in decanatus et paroecias exdivisus est, non satis compertum habeo[2]). Nullum dubium esse potest, quin priscis illis temporibus vigilantissimi praesules ecclesias Pomeraniae frequenter et solicite tam ad confirmandos in sacrosancta fide neophytos, quam ad bene instituendum statum ecclesiasticum lustraverint; quibus tamen annis visitationes huiuscemodi peractae sunt, mihi parum constat.

Supra pag. 163 legimus Stephanum, XIV episcopum Vladislaviensem, 1198 in die sancti Martini ecclesiam Svecensem et paulo ante ecclesiam Lybiszeviensem* p. 300
consecrasse; quis dubitare velit, eundem diligentissimum praesulem hoc itinere simul alias per Pomeraniam ecclesias visitasse? Id ut credamus, vel maxime nos inducere potest, quod ibidem legamus, ipsum ad latus duos archidiaconos protunc habuisse.

1. Damalewicz pag. 127[3]) sic ait: Rudgerus, episcopus Vladislaviensis XI (electus 1161), Vladislaviensis templi ornandi studiosus fuit. Non minorem porro adhibuit curam, ut clarus nitor in templis animorum per

---

[1]) Fontes Olivenses ed. Kętrzyński: Monum. Polon. hist. VI, 351.

[2]) Divisio dioecesis in decanatus videtur esse antiquissima. Prima eius mentio historica occurrit a. 1326 in documento recensente varias decimas et nummum s. Petri in dioecesi Vladislaviensi collectum. cfr. Chodyński, Statuta synodalia dioec. Wladislav. et Pomeraniae. Varsaviae 1890. p. IX.

[3]) Damalevicz, Vitae Vladislav. epp. 1642. p. 127.

sacrum baptisma (*) numini dedicatis splenderet, atque in eam rem omni contentione collata, nullis sumptibus aut laboribus ad lustrandas suae curae subiectas ecclesias visitandasque suae dioecesis partes pepercit.

(*) En habes aperte, quo tempore Pomerani serio ad Christum conversi sunt.

2. Damalewicz pag. 351[1]): Creslaus de Curoswanki, episcopus Vladislaviensis XXXVIII, fuit in retinenda disciplina ecclesiastica accuratus censor, abusus invalescentes seria visitatione profligavit, rerum divinarum peritos religiosos in locum rudium parochorum substituendo etc. Praefuit praesul hic ecclesiae Vladislaviensi ab anno 1494 usque 1503.

3. Illsmus Stanislaus Karnkovius, 1567 episcopus Vladislaviensis factus, protinus ecclesias per universam dioecesim visitavit, quarum statum describit ad Eminentissimum cardinalem Hosium epistularum virorum illustrium libro 3 epistula 9[2]). Idem epistula 23 ad Eminentissimum cardinalem Commendonum sic scribit[3]): Post festum Paschae usque adhuc in perlustranda et peragranda dioecesi mea versatus et ad extremas usque Baltici maris oras progressus sum 1574. Et epistula 31[4]) ad Vincentium Laureum, nuntium apostolicum: Tandem universa dioecesi mea usque ad extremas Baltici maris oras peragrata et perlustrata Vladislaviam redii. Eos mihi successus Deus optimus maximus dedit,
p. 301 ut ea, quae vel hominum*incuria vel temporum iniuria adeo erant collapsa, ut de his restituendis desperaretur, partim iam instaurata sunt, partim animum meum in spem optimam erexerint. Multa a me extirpata et dissipata, multa plantata et irrigata, non pauca ex sinistra in dextram inflexa ac erecta sunt[5]). His igitur

---

[1]) Damalevicz l. c. p. 350 sq.

[2]) Carncovins, Epistolae illustrium virorum. Cracoviae 1578. lib. III ep. 9. Stanislao Hosio cardinali Varmiensi Stanislaus Carncovius, episcopus Vladislav.

[3]) l. c. lib. III ep. 24.

[4]) l. c. lib. III ep. 33.

[5]) cfr. Monumenta hist. dioec. Wladislaviensis. XIX. Wladislaviae 1900.

Deum optimum maximum incrementum daturumet spero et supplex opto.

4. Damalewicz pag. 414[1]) de Illsmo ac Rmo Hieronymo comite a Rozrazew episcopo haec habet: Bonus hic pastor cleri populive mores visitationibus frequentibus reformavit ac excoluit. Et inferius[2]): Erat illi mos, dum lustraret dioecesim, a pueris cognitionem rudimentorum fidei exquirere atque ad salutaria dogmata ediscenda liberali eleemosyna invitare. Plurimas ecclesias archidiaconatus Pomeraniae e manibus haereticorum vindicavit, anno Dni 1596 intra 2 menses Iulium et Augustum: Mevensen, Raikoviensem, Barłozinensem, Garczensem, Valichnoviensem, Polaszkoviensem, Lignoviensem, Kielnensem, Szynwaldensem, Przodkoviensem ecclesias sacerdotibus catholicis addixit[3]).

5. Damalewicz pag. 448[4]) de Illsmo ac Rmo episcopo Paulo Wołucki, qui 1616 cathedram Vladislaviensem ascendit: Instituta totius dioecesis universali visitatione ovile gregemque suum exacte recensuit, rationem ecclesiarum et eorum, qui illis praeerant, diligenter examinavit etc.

6. Anno Dni 1632 visitatio generalis ecclesiarum Pomeraniae expedita est per Perillrem et Rndum Martinum Bylanowski, archidiaconum Pomeraniae. Metrica Goręczynensis.

7. 1642 idem exercuit ex commissione sibi facta Rmus Florianus Falk, officialis Gedanensis, canonicus Crusviciensis et Glogoviensis. Metrica Goręczynensis.

8. 1645 Georgius Mollerus, parochus Miłobądzensis et Gemlicensis. Metrica Goręczynensis.

9. 1648 die 2. Octobris Goręczini Ioannes Smak et Stanislaus Casimirus Mysłkowski, sanctae theologiae licentiatus, canonicus Crusviciensis, visitatores generales.

10. 1671 die 7. Augusti Gorenczini et 9. Septembris Bernae Perillris Rmus Thomas Stanislaus*Nie- p. 302

---

[1]) Damalevicz l. c. p. 414.
[2]) Damalevicz l. c. p. 416.
[3]) cfr. Fontes I — III.
[4]) Damalevicz l. c. p. 448.

mierza, archidiaconus Pomeraniae. — Decretum reformationis pro Rndo Georgio Branicki commendario et vitricis ecclesiarum parochialium Goręczynensis et Kiełpinensis anno Dni 1671 die 7. Augusti latum: 1. Omnem occasionem scandali tollat, abiiciat, nec ullius suspicionis ansam contra se praebeat Rndus commendarius, sub poenis anteriore decreto seorsivo impositis 2. Olea sacra recentia procuret et antiqua comburat atque iisdem tutam asservationem et clausuram in utraque ecclesia provideat. 3. Fontis baptizmalis munditiem servet et basim ipsius in ecclesia Goręczynensi firmari iubeat. In ecclesia vero filiali mundata aqua et lebete lavato claudi cum sera firmarique iubeat. 4. Vitricos utriusque ecclesiae ad evincenda debita a creditoribus incitet, nec eos officium suum deponere, nisi prius ea evicerint ecclesiaeque restituerint, permittat. 5. Curet omnino et apud parochianos instet, ut vitrici super officium suum iurent, eorumque iuramentis receptis, invigilet, ut registra per ipsos tam perceptorum quam expensarum diligenter conscribantur, et ipse pro sua parte eadem conscribat. Ipsos honeste tractet, nec contumeliosis verbis afficiat. Hi vicissim Rndum commendarium debito honore prosequuntur, ecclesiae commoda promoveant ac singulis annis coram Rndo commendario, tum Adm Rndo patre priore seu provisore et nobili advocato Cartusiensi administrationis suae rationem reddant, factisque calculationibus registra ab iis subscripi petant. 6. Claves ab archivo seu cista ecclesiae Rndus commendarius unam, vitrici quoque quisque suam habeat, nec pecuniam cuiquam sub poenis arbitrariis et solutionis de proprio concedere praesumant. 7. Funeralium duae partes pro ecclesia vitricis, tertia
p. 303 commendario*spectabit. 8. Commendarius item iura antiqua ecclesiae et proventuum, fundorum aliorumque bonorum diligenter conquirat, conquisita in aliquo libro describi curet et consistorio Gedanensi praesentet. Retentos proventus iure vindicet et fundos repetat sub poenis per nos seu consistorium Gedanense infligendis. 9. Modestia ipsius nota sit hominibus, ac propterea cum vicinis parochianis pacifice se gerat, nec quem-

piam ex ambona verbis mordacibus carpat. Proficiscentes et transeuntes non inquietet, multominus eos damnificare praesumat. 10. Ad usum pratorum ecclesiasticorum in Kiełpino proprior erit Rndus commendarius, soluto tamen ad manus vitricorum censu dari consueto. Secundum locum vitrici ad potioritatem conducendorum pratorum habebunt. 11. Inventarium pecorum ex obvenientibus legatis vitrici augeant et ut ecclesia conservetur, superintendant, nec alienari quovis modo permittant. (L. S.) Thomas Stanislaus Niemierza, archidiaconus Pomeraniae. -- 1673 die 5. Iulii idem Rmus archidiaconus visitavit ecclesiam Chmelnensem.

11. 1686 die 7. Decembris Chmelnae, die 8. Decembris Goręzini, 1687 die 24. Martii Zukoviae etc. visitatio generalis expedita per Perillrem et Rndum Andream Albinowski, archidiaconum Pomeraniae[1]).

12. 1691 eadem habita Chmelnae die 5. Octobris per Perillrem et Rndum Ioannem Casimirum Iugowski, canonicum Vladislaviensem, comissarium.

13. 1701 visitavit ecclesias aliquot Illsmus et Rmus Stanislaus in Słupow Szembek, loci ordinarius, die 7. Novembris Wysinensem etc.

14. 1702 visitavit generaliter ecclesias Pomeraniae
Perillris et Rmus Christophorus Antonius in Słupow
Szembek, archidiaconus Pomeraniae, vicarius in spiri-
tualibus et officialis generalis Gedanensis ac Pomera-
niae, nempe 10. Ianuarii Chmelnensem, 12 Goręczy-
nensem,*24. Ianuarii Bütoviensem et 1703 die 23. Ianu- p. 304
arii Zukoviensem etc.

15. 1710 Visitatio generalis per Pomeraniam expedita a Perillri et Rndo Ioanne Casimiro Iugowski, archidiacono Pomeraniae, prius Graboviae, dein 1711 die 27. Ianuarii Goręczyni, die 29. Ianuarii Chmelnae, die 18. et 20. Martii Butoviae, supra pag. 275 habes decretum reformationis tunc ab hoc Rmo archidiacono latum pro ecclesia Butoviensi, Niezabyszeviensi et Dąbrowecensi, in quo graphice status istarum ecclesiarum et curati incuria dilatata est.

---

[1]) cfr. Fontes XV, 815 sqq.

16. 1711 Illsmus et Rmus loci ordinarius Constantinus Felicianus Szaniawski personaliter visitavit ecclesias decanatus Bütoviensis et Leoburgensis et 1712 aedificavit propriis sumptibus ecclesiam Bütoviae.

17. 1720 in Martio ecclesias Bütoviensem, Niezabyszeviensem, Dąbrovecensem etc. visitavit generaliter Perillris et Rndus Ioannes Casimirus Iugowski, archidiaconus Pomeraniae, (vide decretum reformationis supra pag. 279) et dein 1724 die 23. Martii ecclesiam Goręczynensem, die 15. Octobris Zukoviensem etc.

18. 1729. Visitatio generalis ecclesiarum Pomeraniae facta per Perillrem et Rndum Iosephum Ignatium a Narzym in Małepole Narzymski, archidiaconum Pomeraniae, canonicum Plocensem et Posnaniensem, et quidem 29. Ianuarii Zukoviae, 13. Februarii Bütoviae (cuius decretum reformationis pro ecclesiis Bütoviensi, Niezabyszeviensi, Dąbrowecensi et Tuchomiensi latum habes supra pag. 281), 22. Februarii Goręczini.

19. 1727 die 21. Iunii visitavit ecclesias Swianoviensem et Chmelnensem Illmus et Rmus Christophorus Antonius Szembek episcopus, loci ordinarius.

20. 1748 Visitatio generalis per Pomeraniam incepta est a Perillri et Rndo Augustino Klinski, archidiacono Pomeraniae, Dirsaviae, Klodaviae et alibi.

p. 305

*Monasterium Olivense s. ordinis Cisterciensis.

Monumenta: 1. Noverint universi filii domus huius, quod illustris dux Pomeranorum Subislaus senior, primus monasterii in Oliva fundator extitit anno Dni 1170. Qui paucis supervivens annis in senectute bona moritur et in ipsa, quam fundaverat, Oliva sepelitur. De hoc principe nihil aliud in chronicis invenitur, traditur tamen primus inter duces Pomeraniae fidem catholicam suscepisse[1]).

---

[1]) Fontes Olivenses ed. Kętrzyński: III Tabulae fundatorum et benefactorum: Monum. Polon. hist. Kraków 1893. VI, 351. Hirsch, Die ältere Chronik u. die Schrifttafeln von Oliva: SS. rer. preuss. I. Leipzig 1861. S. 727. Ex hoc fonte (sc. Tabulae fundatorum) Schwengelius hausit, quae postea affert.

Micraelius pag. 252[1]): Zubislaf der Fürſt in Hinter-Pommern hat daß berühmbte Kloſter Olive angerichtet, und es mit Cistercer-Mönchen beſetzet, und bey denſelben, da er alt geworden, ſich meiſtentheilſ, ſeinen Chriſtenthum zu treiben, aufgehalten. Und von dannen den unbemaureten Flecken Dantzig, der hin und her unter den Bergen zerſtreüet lag, im Jahr 1185 in eine Stadt an dem Orth, da jetzt die Alt-Stadt liéget, auf ſolch einem Platze, als die Einwohner des alten Fleckens jung und alt mit ihren Armen umbeſchrencken könnten, zuſammen gezogen. Und iſt zwey Jahr hernach erſtlich verſtorben, mit Verlaßung 2 Söhne als Samborii und Mestuini, die er mit Anna Hertzog Miecislai aus Pohlen Tochter gezeüget hat.

Menologium Zukoviense[2]) ad diem 23. Augusti 1235 recenset obitum Euphrosinae ducissae, matris Mestuini ducis. Elias Reusnerus[3]) in opere genealogico catholico pag. 467 pariter Subislao attribuit uxorem Annam, filiam Miecislai ducis Poloniae Et pag. 468 uxorem Suantopelci et matrem Mestuini II assignat Salomeam sive Salonicam, filiam Roma*ri Russi. Ex quibus liquet p. 306
Euphrosinam ducissam novercam forte, non vero matrem Mestwini ducis et fundatoris monasterii Zukoviensis fuisse. Obiit alias Subislaus iuxta menologium Olivense[4]) 28. Decembris 1187.

2. Subislaus moriens duos post se filios reliquit, scilicet Samborium et Mestuinum. Samborius ergo tanquam senior patri in ducatu successit cum filio suo Subislao iuniore, qui ambo monasterium Olivense possessionibus magnifice ditaverunt[5]). Tandem vocante

---

[1]) Micraelius, Sechs Bücher vom alten Preussenlande. Stettin 1723 lib. II no. 83. S. 161.

[2]) Perlbach, Das Totenbuch des Prämonstratenserinnen — Klosters Zuckau bei Danzig. Danzig 1906. S. 51.

[3]) Elias Reusnerus, *Βασιλικῶν* opus genealogicum catholicum. Francofurti 1592. p. 467.

[4]) Fragmentum menologii Olivensis ed. Kętrzyński: Monum. Polon. hist. Lwów 1884. p. 139.

[5]) cfr. Perlbach, Pommerellisches Urkundenbnch. Danzig 1882. p. 4, 15.

Domino defuncti sunt eorumque corpora sub spe resurrectionis futurae, in hoc tumulo requiescunt[1]).

Długosz liber 6[2]): „Anno 1178 — 15. kalendas Aprilis. Samborius, Pomeraniae dux, monasterium ordinis Cisterciensis in villa sua ducali Oliva, Vladislaviensis dioecesis, fundat et 7 villas, videlicet Olivam, Salkowice, Glambow, Sterczow, Stawowe, Grancowy et Synczynice, item decimam teloneorum, piscationum, praediorum et pecorum illi pro dote assignat". Idem Damalevicius p. 133[3]), Cromerus liber 6[4]): „Samborius, satrapa Pomeranorum, Olivense monasterium uno ab urbe Gdano milliario, Cisterciensibus monachis condidit". Cramer in historia Pomeraniae pag. 116[5]): „Subislaf hatte 2 Söhne gehabt, welche beyde nach des Vatern Absterben daßelbe Kloster reichlich begabt, und wöllen etliche 7, etliche 17 Dörffer setzen und benennen, welche diesem Kloster von beyden Brüdern abzetretten sind worden, und noch darüber, die Zehenden aus den Kirchen zu Dantzig, den Zehenden von dem Zoll, den Zehenden von allen Massen, den Zehenden Fisch, den Zehenden alles Viehes". Idem Micrelius 269[6]): iste Samborius dux obiit 1207. Reusnerus pag. 468[7]). Subislaus princeps eodem anno 1207 die 28. Decembris iuxta menologium Zukoviense[8]), sed perspiciendum alibi erit, an non per errorem id adscriptum sit, cum constet 28. Decembris Subislaum seniorem mortuum esse.

p. 307 *3. Defuncto Samborio suscepit ducatum Pomeraniae frater eius germanus dux Mestuinus, princeps

---

[1]) cfr. Fontes Olivenses ed. Kętrzyński l. c. p. 351.

[2]) Długossus, Historia Polonica. Francofurti 1711. lib. VI. col. 537.

[3]) Damalevicz, Vitae Vladislaviensium episcoporum. 1642. p. 133.

[4]) Cromerus, De origine et rebus gestis Polonorum. Basileae. lib. VI. p. 160.

[5]) Cramer, Hist. eccl. Pomeraniae oder Historische u. gründliche Beschreibung der pommerischen Kirchenhistorien. Frankfurt 1604. II, 4 p. 116.

[6]) Micraelius l. c. lib. II no. 95. p. 172.

[7]) Reusnerus l. c. p. 468.

[8]) Perlbach, Das Totenbuch l. c. S. 80.

pacificus et devotus, qui monasterium hoc benigno prosecutus favore, notabilibus illud possessionibus et libertatibus cumulavit. Huius principis tempore anno 1190 exordium sumpsit ordo fratrum de domo Theutonica in obsidione civitatis Aconensis. Post haec iste devotus dux expleto ducatus sui tempore, plenus operibus bonis, ultimum clausit diem et sepultus est in Oliva in sepulchro patris sui anno Dni 1220. Hic reliquit post se 4 filios: Suantopelcum, Samborium, Ratiborium et Vartislaum, inter quos illustrior extitit Svantopelcus[1]).

Menologium Zukoviense[2]): Obiit Mestuinus pater Suantopelci anno 1220 die 1. Maii. Item: Zukow założył Mestuinus 1209.

4. Erat Svantopelcus vir bellicosus et adversus omnes sibi infestos victoriosus. Qui etiam victrici manu se de subiugio principum Poloniae excussit, se et sua viriliter defendendo. Iste fuit monasterii huius fautor piissimus et dominus gratiosus, multa ei impendens opera pietatis[3]). De huius benignissimi principis virtutibus antiqui monachi Olivenses, patres nostri, eius contemporanei, qui vitam ipsius optime noverant, talia nobis reliquerunt in scriptis: quod scilicet fuit homo misericors, amator Dei et servorum eius, maxime autem religiosorum, fuit etiam pius super[4]), strenuus defensor terrarum suarum et hominum, clemens iudex, nec severus ultor iniuriarum personae suae propriae illatarum. Unde et metrice sic scribitur de eodem:

> Dux Suantepolcus persolvit debita mortis,
> Ingenuus, sapiens ac ad certamina fortis,
> Atque Dei cultor, fidei defensor et ultor,
> Veri celator, magnus cleri venerator.

---

[1]) cfr. Fontes Olivenses ed. Kętrzyński l. c. p. 351 sq.

[2]) Perlbach, Das Totenbuch l. c. S. 28.

[3]) cfr. Perlbach, Pommerell. Urkundenbuch. p. 16, 21, 33, 41, 43, 53, 86, 169, 173.

[4]) Schwengelius legens fontem suum unam lineam omisit: Fuit etiam pius protector, primo viduarum et orphanarum, deinde aliorum. Fuit insuper strenuus... cfr. Fontes Oliv. l. c. p. 352.

p. 308 *Osor iniquorum, vehemens corrosor eorum,
Iuste censebat, oppressis subveniebat,
Sicut debebat, oppressores, reprimebat.
Causas cunctarum primo tractans viduarum,
Iuri causarum post intendens reliquarum.
Terram defendit propriam mira probitate.
Nullum suspendit; quia plenus erat pietate.
Sed delinquentes et contra ius facientes
Carcere claudendo, spoliando bonis, capiendo,
Sic castigavit, nullum vita spoliavit.
Imo prodentes hunc tradere qui voluerunt,
Non nece damnavit aliquos, sicut meruerunt[1]).

5. Huius ducis temporibus, anno scilicet Domini 1224, Prutheni Pogesani irruentes in Pomeraniam, totam eam vastaverunt incendiis et rapinis. Inter quae mala etiam conventus fratrum de Oliva usque in Gdantzig per eosdem ductus est ibique trucidatus pro fide et nomine Iesu Christi. Unde ad ipsorum saevitiam refraenandam, vocati sunt fratres de domo Teutonica in Prussiam anno Domini 1226. Quibus in persecutione gentilium Pruthenorum dux Suantepolcus fidelis cooperator extitit et adiutor. Ita ut collecto in unum exercitu ipsi fratres et dominus Suantepolcus cum aliis peregrinis magnam Pruthenorum multitudinem prostraverunt anno Domini 1234. Circa idem tempus, anno videlicet 1236, combusta est iterum Oliva a Pruthenis Varmiensibus et 6 conversi cum 34 servis igne et gladio sunt miserabiliter interempti ipso die circumcisionis Domini. Postea vero circa annum Domini 1243 tempore coronationis Dni Innocentii papae pontificis IV, humani generis persecutor, apostata veritatis, pacis et concordiae inimicus, diabolus gravissimam inter
p. 309 *ducem Suantepolcum et fratres de Prussia excitavit permittente Domino discordiam, quae fere ad annos 11 stetit, in qua quidem discordia dux praedictus fratribus de Prussia intulit damna multa, sed multo plura ipse viceversa pertulit ab eisdem. In hac igitur tempestate Oliva iterum ac iterum cum omnibus suis granariis et horreis concrematur ablatisque inde equis et pecoribus universis ad extremam deducitur pauper-

---

[1]) Fontes Oliv. l. c. p. 352.

tatem. Hoc etiam tempore DD. Cruciferi castrum ducis, quod Sartowitz dicebatur, in nocte s. Barbarae occupantes, omnibus illic repertis occisis, pretiosas reliquias, caput videlicet gloriosae eiusdem virginis s. Barbarae inter cetera spolia inverunt secumque in Culmam cum solemnitate et ingenti gaudio detulerunt. Anno insuper 1252 ipso die conversionis s. Pauli multitudo non pauca Pomeranorum fuit per dominos de Prussia et eorum homines interfecta, et Oliva iterum rebus omnibus spoliata. Tandem miserante Altisssimo inter ducem et fratres praedictos per Rndum virum Dnum Iacobum, archidiaconum Leodiensem, sedis apostolicae legatum (qui postea factus papa, dictus est Urbanus IV), pax et concordia firmata est, quae postea inconcussa semper permansit. In qua concordia et pace dux Suantepolcus pluribus supervixit annis et serviens Deo in operibus misericordiae servitio grato, decessit fine beato anno Domini 1266 tertio Idus Ianuarii et sepultus est in sepulchro patrum suorum in Oliva. Ob cuius merita scribuntur talia metra:

Sexaginta sex annis et mille ducentis,
Virginis a partu fluxis Christum parientis,
Suantopolcus obit, dux inclytus et miserator,
In miseros et ob id iustorum sorte fruatur.
Hic Gdantzigk moritur et in Oliva sepelitur.
Par sed non oritur, simili Gdantzk non redimitur.
*Dum ruit hoc sydus, terno Iani fuit idus. p. 310
Urbis in ecclesiam Gedanensis fertur honeste,
Presbyterique canunt missae solemnia moestae.
Fertur et ad fratres, qui magnopere venerantur
Corpus, ubi missae devote concelebrantur.
Hinc ad Burgenses perducitur, ac in eorum
Ecclesia missas canit ordo presbyterorum.
Fletus miscetur, quo sexus uterque repletur:
Slavi, Teutonici flent, fletus ubique videtur.
Flent iuvenes pariterque senes, cuncti lacrymantur.
Qui longe corpus extra portam comitantur.
Quod gestaverunt Slavi, qui nobiliores
Extiterunt e militibus, simul et probiores.
Tandem ponentes corpus flendo redierunt.
Hinc Olivenses illud venerando tulerunt.
Pulchra fit ad portam processio: cuncta moventur,
Conveniunt cuncti, sicut de iure tenentur.
Suscipiunt, pulsant, plorant cantant, in eorum
Ecclesia ponunt, ubi conventus monachorum

Insistit precibus sex noctibus atque diebus
Continius, Domino missam ex moerore canendo.
Abbates bini praesto sunt, qut celebrarunt
Illius exequias corpusque suum tumularunt.
Cui ergo propitia pia sis cum prole Maria.
Amen [1]).

6. Dux Suantopelcus moriens duos filios reliquit supersites, Mestuinum seniorem et Vartislaum iuniorem. Hunc Pomerani primum*in dominum habere voluerunt,
p. 311 et ideo auxilio illorum Vartislaus fratrem suum cepit et in Redzken tenuit vinculatum. Postea vero potiores milites Mestuinum liberarunt, fidelem sibi extunc ac deinceps assistentiam facientes. Vartislaum autem persequentes de terra Pomeraniae fugaverunt. Qui fugiens in Elbingam peregre ibi mortuus est, in Pomeraniam non reversus. Sicque Dnus Mestuinus haereditatem progenitorum suorum, ducatum videlicet totius Pomeraniae pacifice gubernavit. Et fuit monasterio Olivensi benificus et multum favorosus, libertates eidem et multas gratias conferendo. Hunc ducem Mestuinum, quia illegitime vixerat et sponsam Christi sanctimonialem de coenobio Stolpensi, Fulcam nomine, suo matrimonio adoptaverat, Deus privavit sui seminis legitimo successore tamquam indignum, quamvis alias esset competenter dignus. Et ideo tempore vitae suae iam senex designavit suum successorem Dnum Primislaum, ducem Poloniae, cui milites Pomeraniae, vivente adhuc Dno Mestuino, homagium praestiterunt. Tandem dux Mestuinus in senectute bona moritur et in Oliva sepulchro progenitorum suorum sepelitur anno Domini 1295 octavo Kalendas Ianuarii[2]).

7. Primislaus, dux regni Poloniae, in Gdantzk veniens et ducatum totius Pomeraniae sibi per ducem Mestuinum resignatum suscipiens, ipsam civitatem Gdantzk plantis muniri procurat. Qui post haec coronam regni Poloniae a sede apostolica consecutus, uno tantum anno supervixit captusque per satellites Woldemiri, marchionis de Brandenburg, occisus est in

[1]) Fontes Olivenses l. c. p. 353 sq.
[2]) Fontes Oliv. l. c. p. 355.

ultionem s. Lucardis coniugis suae, quam ille suspectam habens, fecerat iugulari. Iste fuit monasterio huic dominus gratiosus, nam omnes possessiones, quas habuit ex donatione priorum principum, ei suis privilegiis confirmavit[1].

Privilegium Olivense[2]): In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Amen. Nos Samborius de Lynbesow(a) et nos Suantepolcus de Gdanzk, Dei gratia principes Pomeraniae, universis praesens scriptum cernentibus in perpetuum. Ne labantur cum tempore, quae sub tempore geruntur, tam praesentibus quam futuris significamus, quod nos pari consensu pro remedio animae fratris nostri Wartislai, patris et matris nostrarumque ob reverentiam Omnipotentis Dei et Beatae Mariae, in manu abbatis et conventus in Oliva Cisterciensis ordinis terram Gymew (b) cum tota Wansca in pratis, villis, pascuis, silvis, nemoribus, mellificiis, aquis, piscationibus, castoribus, aquam Verissam totam cum tota clausura, quae in portu continetur, et cum caeteris omnibus, quae in ea sunt, usque ad Wangromadirzam et Wislam, a portu praedictae Verissae usque ad aquam, quae dicitur Wolcnisz, nec non et quicquid in praedicta terra et aquis proventus esse poterit, cum omni iure, ab omni exactione liberam contulimus perpetuo possidendam. Ut autem haec donatio nostra rata permaneat et inviolabilis, praesentem paginam sigillorum nostrorum munimine fecimus roborari. Si quis ergo huic facto nostro, quod absit, iniuriari praesumpserit, Omnipotentis Dei et gloriosae genitricis eius Beatae Virginis Mariae districtissimam ultionem se noverit incursurum. Nos vero Michael Vladislaviensis episcopus subscribimus. Nos etiam Ratiborius dux de Belgard (c) subscribimus. Testes huius donationis sunt etiam Stephanus sacerdos hospitalis (d), Simon, Dithardus, Gotfridus sacerdotes et monachi de Oliva, Warchion castellanus de Lynbesow, Pantinus castellanus de Rudna. Datum in castro Lynbesow anno Domini 1230 sexto Kalendas Ianuarii indictione tertia, epacta quarta, concurrente primo, in festo beati Ioannis Evangelistae. — (a) Daß Schloß Lynbesow alias Lybiszewo in Pomerellen.(b) Gymew: Meva. (c) Belgard im Lauenburgschen Ampt, woselbst ein fürstl. Schloß gestanden. (d) Hospitalis s. Ioannis in Lybizov.

p. 312 — p. 313

Privilegium aliud[3]): Wartislaus, Dei gratia dux de Gdanzk, omnibus praesens scriptum cernentibus in perpetuum. Noverint singuli et universi, quod nos ad honorem omnipotentis Dei et gloriosae Virginis Mariae in subsidium fratrum Olivae, loco

---

[1]) Fontes Olivenses l. c. p. 356; Perlbach, Pommerell. Urkundenbuch l. c. p. 429, 472, 477, 480.

[2]) Dreger, Codex diplomaticus. Stettin 1748. I, 135. Perlbach, Pommerell. Urkundenbuch. p. 33.

[3]) Dreger l. c. I, 494; Pommerell. Urkundenbuch. p. 178.

sepulturae principum Pomeraniae parentum nostrorum, ubi et ipsi Deo auctore disponimus habere sepulcrum, contulimus tractum in Wisla, quantum est inter Ganscam et Barsizam, quem et ipsi fratres suis laboribus fecerant et expensis, cum omni iure et proventu, ab omni exactione libere perpetuo possidendam. Quam nostram donationem, ne a quoquam mutetur ausu temerario, hoc nostrum privilegium nostri sigilli appensione per omnia roboramus. Datum anno Domini 1266. — Dieses Begräbnis der Pommersch-Dantziger-Hertzoge ist vorher im Kloster unter der Erde gewesen, weil aber tempore regis Stephani kurtz vor der Belagerung von Dantzig die Bürger dieser Stadt das Kloster Olive anzündeten, damit die Pohlen sich darin nicht festsetzen möchten, so sind hernach die Gebeine der Hertzoge bey wiedererbauung des Klosters aus dem alten gewölbe hervorgesuchet, und in einen schwartz marmornen Sarg vor dem hohen Altar im Chor der Kloster-Kirche gegen der Seite, wo solcher Hertzoge ihre effigies cum inscriptionibus an der Wand sind, verwahret, woran mit güldenen Buchstaben stehet: Ossa Ducum Pomeraniae, wie noch heutiges Tages zu sehen. Dreger[1]).

Privilegium tertium. In Nomine Domini Amen. Nos frater Ludolphus Kunig, ordinis Hospitalis s. Mariae Hierosolymitani generalis magister, notum esse volumus universis, tam praesentibus quam futuris, quod religiosus vir Theodo-
p. 314 ricus de Alden*burg, felicis memoriae ordinis nostri quondam generalis magister, praedecessor noster, volens omnes impetitiones, quae inter ordinem nostrum ex una parte et inter abbatem et conventum de Oliva Cisterciensis ordinis ex altera, de quibusdam metis, haereditatibus, libertatibus et piscaturis vertebantur, sopire et penitus amputare, de omnium consensu et voluntate praeceptorum omnium et fratrum in Marienburg anno 1337 in octava assumptionis Beatae Mariae Virginis ordinationem talem fecit. Primo quod abbas et conventus monasterii dicti habebunt littus maris a portu Vislae versus occidentem usque ad eum locum, ubi rivulus dictus Prilena influit in mare salsum. Et intra tantam distantiam iuxta idem littus homines ipsorum de favore et conniventia praedicti abbatis et fratrum suorum liberum habebunt usum piscaturae cum omnibus instrumentis. Item praedicti fratres a portu Vislae circa littus versus occidentem ad longitudinem 20 funiculorum mensurando et non vicinius locare poterunt retia sua, Störlaken vulgariter dicta, liberius in mare per transversum; et si quid homines ipsorum secundum idem littus deliquerint, hoc ipsi et eorum fratres iudicabunt. Addito, quod homines nostri, piscatores duntaxat Gedanenses, cum hominibus eorum habebunt usum piscandi et ardentem lapidem, qui Bornstein dicitur, colligendi, quem tamen dictus abbas et fratres sui ement et iuxta valorem solitum et consvetum pretium nostris vendent. Postea cum navibus et bonis, quae per tempestatem ad littus

[1]) Dreger I, 494.

praedictum eiecta fuerint, praedictus abbas vel fratres ipsius sive homines eorum non debent occupare, nec de his se intromittant, sed dispositioni nostrae et fratrum nostrorum subiacebunt. Caeterum iidem fratres habebunt unum solum rete, quod Strandgarn dicitur, in alio littore Neriae versus orientem, cum quo trahere et piscari libere debent, non vicinius tamen a portu Vislae in distantia dimidii milliaris. Item in salso unam liberam navem habebunt per omne dominium nostrum versus occidentem aestivali et*hyemali tempore pro p. 315
captura halecium et piscium quorumcunque. Insuper omnes possessiones et haereditates sub tali meusura et circumferentia, sicut Dnus Stanislaus abbas et frater Gerhardus prior sub eorum conscientia praesumunt distinguere, de certa scientia nostra ipsis eas confirmamus authoritate ordinis nostri universi. Insuper reddidimus eis haereditatem Erliczow cum suis terminis, prout quondam in Tamnow pertinebat. Praeterea orificium lacus, qui Saspa dicitur, non debet obstrui per Gedanenses piscatores, in parte inferiori ad 2 funiculos et in parte superiori ad 1 funiculum, cum quibuscunque iustrumentis, velut Reüsen, Säcken et retibus stantibus et aliis quocunque nomine censeantur. Haec omnia prout tempore vitae praedicti nostri praedecessoris fuerunt ordinata et conscripta, nos rata habemus et grata et de certa scientia confirmamus, prout in maiori privilegio ipsis a nobis dato plenius est expressum. De iudicio vero praedictorum fratrum diffinivimus, quod utcunque homines ipsorum deliquerint vel in quemcunque inter terminos abbatiae sive in via regia vel extra viam ipsi fratres vel eorum iudices delicta tatia iudicabunt, et quidquid de huiusmodi iudiciis provenerit, totum debet in usum monasterii deputari, sicut nostri homines vel hospites, quicunque in via regia inter terminos abbatiae deliquerint, ad nostrum et fratrum nostrorum iudicium cum poena totaliter permanebunt; extra terminos abbatiae reos deducentes, ne forte iuri ipsorum occasionaliter noceamus. Extra vero viam regiam, si aliquod delictum commissum fuerit a nostris hominibus vel quocunque, ad ipsorum iudicium cum poena pertinebit, hoc adiecto, si in ipsorum terminis extra viam aliquid fuerit per nostros homines vel per hospites perpetratum et illi non fuerint arrestati vel detenti, coram nostris fratribus vel coram eorum iudicibus de huiusmodi delicto iudicium est*quaerendum. Similiter si p. 316
ipsorum homines extra terminos eorum deliquerint et non fuerint arrestati vel detenti, ipsi fratres vel eorum iudices nostris hominibus plenum facient iustitiae complementum. Et ne de caetero ex parte iudiciorum praedictorum fratribus aliquod contingat dubium aut impedimentum suboriatur, ad perpetuam memoriam praesentes litteras scribi et sigilli munimine nostri fecimus roborari. Data in castro Marienburg anno Domini 1342. Nomina fratrum subscriptorum etc. etc. etc. Preußische Sammlung [1]).

---

[1]) Preuss. Samml. allerley Urkunden. Bd. III. Danzig 1750. S. 92.

Incrementum Olivense[1]. Sub Venceslai regimine (fuit id ab anno 1300 usque 1306) Boleslaus prior heremi in Suarnogancz cum fratribus suis in monasterium Olivense transmigravit habitumque et professionem Cisterciensis religionis suscepit, rex vero Poloniae Venceslaus omnes possessionis et reditus, quas heremus praedicta donatione principum Poloniae habuerat, monasterio Olivensi donavit et univit. Videtur haec unio facta cum bonis Sanctae Mariae Paradisi Cartusianorum instituti, de qua etiam quaesti sunt Cartusiani coram Illmo Dno Hieronymo comite a Rozrazew, episcopo Vladislaviensi, anno Domini 1583, asserentes factam non iuxta rectam sedis apostolicae informationem, cui relatum nullos iam fuisse Cartusianorum superstites timendumque fuisse, ne in praedam haereticis tam nobile coenobium cederet, pagis 14, lacubus 28, in Gedanensi civitate aedibus 50, praediis 3, molendinis 2, salvi ad 7 millia passuum protensa locuples. — Haec Damalevicz pag. 206[1]. Cuius religionis vel ordinis eremitae isti fuerint, ubinam locorum eremus Suarnogancz posita fuerit, author tacet. Quae sequuntur de Cartusianis, male cohaerent cum anteriore narratione. Cartusia Paradisi Beatae Virginis Mariae nonnisi post annum 1380 prima initia habuit.

p. 317 *Incendium Olivae. Epistula 39 Stanislai Carncovii, episcopi Vladislaviensis, ad nuntium apostolicum in regno Poloniae[2]: Officii curaeque humeris meis incumbentis solicitudo facit, ut dolorem meum pene incredibilem, quem ex impietate nefarioque Gedanensium scelere, cum iam antea, tum hoc tempore praecipue capio, Illmae ac Rmae Dominationi Vestrae, cui eadem, quae et mihi, summae curae esse scio, communicem. Hi enim cum paulo ante a sacra regia maiestate, principe pacis studiosissimo, inter caetera, quae erant vix tolerabilia, summam Augustanae con-

---

[1]) cfr. Hirsch l. c. SS. rer. Pruss. I, 698.
[2]) Damalevicz, Vitae Vladislav. episc. l. c. p. 206.
[3]) Stanislai Carncovii Epistolae illustrium virorum. Cracoviae 1578. lib. III ep. 44 (al. 39).

fessionis libertatem sibi concedi petiissent neque illis
satis aperte de eo responsum esset, etiam caetera,
quae iam pro summa principis indulgentia convenire
coeperant, superbissime repudiaverunt ac vix aliquot
dierum spatio interiecto, quasi in ulciscendam religi-
onem catholicam, non contenti his, quae iam statim
in principio rebellionis, furore perciti, in sacerdotes
virginesque sacras, templa catholicorum, quae etiam-
num superfuerant, exercitu armato atque instructo ad
monasterium Olivense, quod uno milliari Germanico
ab urbe distabat, contenderunt monachisque et famulis
abbatis aliquot, quos ibi invenerant, interfectis, reli-
quis in vincula coniectis, monasterio temploque am-
plissimo et in Polonia Cisterciensis ordinis antiquis-
simo exspoliato rebusque omnibus sacris aeque atque
prophanis direptis, ad extremum muris ipsis templi
atque monasterii admotis machinis bellicis pulvereque
sulphureo subiecto, everterunt ac per triduum impie
sese fatigantes, solo aequarunt. His perpetratis, quasi
re praeclare gesta, cum solenni triumpho ducentos
aliquot monachos manibus post terga revinctis, non
solum ipsi, quantum illis suppetebat, vestibus sacris
induti, sed etiam ad maiorem religionis rerumque
sacratissimarum contumeliam atque ludibrium bovem
omni eo habitu, quo sacerdos ad sacratissi*mum mis- p. 318]
sae sacrificium indui solet, vestitum ducentes in urbem,
reverterunt summaque gratulatione ab his, qui in urbe
remanserunt, excepti sunt. Haec talia sunt, quae et
impietatem et piorum dolorem omnem superant. Per-
scripta autem mihi sunt ab his, quos ibi habeo fidis-
simos, qui ea omnia eminus contemplati sunt. Peto
autem, ut ea Illma ac Rma Dominatio Vestra sanctis-
simo domino nostro perscribat, periculum enim est,
ne sacrilegae isti, qui se tantis sceleribus obstrinxerunt,
praesidia a sui similibus contra sacram regiam maie-
statem, quae amplius talia ferre nequaquam vel potest
vel debet, quaerendo non solum vicinas, sed etiam
remotiores christiani nominis provincias perturbent.
Itaque quoad fieri potest, tam perversis eorum consiliis
in tempore obviam eundum est. Consilium de synodo

provinciali primo quoque tempore indicenda non solum a Rma Dominatione Vestra, sed etiam ab omnibus, qui ecclesiae Dei bene cupiunt, probari et tamen frigere video, ac nisi Rma Dominatio Vestra in eam rem incubuerit Rmumque Dnum Archiepiscopum authoritate sua impulerit, diu etiam desideratum iri facile perspicio. Rmam Dominationem Vestram quamoptime ac diutissime valere percupio. Datum.

De eodem: Relatio Rndi Dni Ioannis Omicieski, plebani Oxiviensis, circa id tempus: Anno 1577 die 15. Februarii monasterium Olivense milliare unum a civitate Gedanensi distans, per milites et reliquos stipendiarios ex missu civium Gedanensium funditus demolitum, devastatum, depopulatum est, ita quod lapis super lapidem non est relictus, et thesaurum ab aliquot centenis annis absconditum in testudine invenerunt et monachum monasterii eiusdem procuratorem, Ursinum, spoliatum et ad nudum illius corpus denudatum ex tormento murario intruserunt et exploserunt.

p. 319

*Series abbatum Olivensium.

1. Dominus Dithardus ex monasterio Colbacensi assumptus. Obiit 2. Iunii 1189. Sepultus cum epitaphio tali[1]).

Ego autem sicut oliva fructifera in domo Domini.
Praefuit hic primus, qui vita non fuit imus,
Abbas Dithardus, redolens ut florida nardus.
Sobrius et largus, sensu fuit insuper Argus,
Carne fuit castus, devitans daemonis astus,
Ipsum seduxit, seductos ipse reduxit,
Per solidos mores dans nosse vias meliores.
Curavit rebus, quo noctibus atque diebus
Fratrum grex Christo claustro serviret in isto.
Vestitu tantum monachatum non fore sanctum
Semper praedixit, dum vivus corpore vixit;
Idcirco in coelis laudes canit iste fidelis,
Cuius in hac fossa servantur corporis ossa

---

[1]) cfr. Fontes Olivenses ed. Kętrzyński l. c. p. 359; Hirsch, Die Chroniken von Oliva: SS. rer. Pruss. VI, 644.

Inclusa hoc muro, sed resurrectura futuro
Temore. Ventura vita non post moritura.
Laude tua, Christe, benedictus sit locus iste,
Quem benedixisti. Tua gratia dum dedit isti
Dithardo flores virtutum, res et honores.
O lux praediva, cunctos fratres in Oliva
Sub Christi dextra praeserves intus et extra.
Hic venerare patres cum Bernardo Benedictum,
Per quos indictum vitae genus ordine patres.

Hoc sancti monasteri veneranda antiquitas Dno Dithardo, primo abbati Olivensi, professo Colbacensi, posuit epitaphium. Starovolscius[1]).

*2, Dominus Henricus, obiit 2. Iunii. Menologium Olivense[2]). p. 320

3. Beatus Christianus, abbas Olivensis (uti habet Cistercium bis tertium[3]), ex oppido Freuenwald oriundus, professus monasterii Colbacensis, postulatus abbas Olivensis, demum 1212 apostolus Prussiae, 1222 episcopus Prussiae et 1243 primus episcopus Culmensis. Ita acta Borussica[4]) tom. 1 pag. 255, Niesiecki[5]) et alii. Sed menologium Olivense[6]) aliud nos docet, sic aiens: Pia memoria beati Christiani, primi episcopi Culmensis, qui ex monasterio nostro Olivensi ad hanc dignitatem a summo pontifice evectus nec non Masoviae, Culmigeriae, Lubaviae vicinarumque regionum apostolus fuit designatus. Quibus in provinciis cum primus Christum praedicando annunciasset ac magnos inde fructus animarum ex semine evangelii deportasset, milites Cruciferos in Prussiam adduxit, qui novellam christianam fidem istis in partibus armis suis tutarentur ac propagarent. Post varios denique labores pro Christo et fide christiana exantlatos, aetate gran-

---

[1]) Starovolscius, Monumenta Sarmatorum. Cracoviae 1655. p. 336 sq.
[2]) cfr. Fragmentum menologii Olivensis ed. Kętrzyński: Monum. Polon. hist. IV, 137.
[3]) Augustinus Sartorius, Cistercium bis-tertium. Vetero-Pragae 1700. tit. XI, p. 293; tit. XXIV, p. 693.
[4]) Acta Borussica. Königsberg 1730. I. 255.
[5]) Niesiecki-Bobrowicz I, 64.
[6]) cfr. Fragmentum menologii Oliven. l. c. Monum. Polon. hist. IV, 139.

daevus, miraculis clarus et plenus virtutibus circa annum 1215 (*) 4. Decembris post fundationem monasterii Olivensis 45 migravit in coelum. (*) vereor, ne in anno erratum sit et pro 1215 ponendum esse 1245 censeo. — Idem menologium Olivense abbatem tertium recenset mox sequentem beatum Casimirum.

4. Beatus Casimirus, de quo menologium Olivense[1]) sic habet: Pia memoria sanctorum martyrum, Casimiri Ethleri abbatis et fratrum professorum huius monasterii Olivensis, qui anno 1224 die 27. Septembris a Pruthenis Pogezanis seu Hogerlandis gentilibus pro nomine Iesu Christi proque catholica Romana et orthodoxa fide prope Gedanum immaniter trucidati gloriam martyrii adepti sunt. Idem Cistercium bis tertium[2]) et alii. Pruscz in fortalitio[3]) ponit 27. Septembris: Beatus Casimirus, qui cum aliis 70 passus est. Meglinger[4]).

5. Dominus Wichmannus obiit 12. Iunii.

6. Dominus Hermanus obiit 5. Decembris.

} Menologium Olivense[5]).

p. 321 *7. Dominus Tetbrandus abbas ad annum 1248. Dreger tom. 1 pag. 283[6]).

8. Beatus Albertus abbas ad annum 1252. Dreger tom. 1. pag. 339[7]). Menologium Olivense[8]) eundem sic recolit: Beatus Albertus, abbas huius monasterii Olivensis, qui sanctitatis fama illustris magnaque meritorum gloria corruscus, Villarii in Brabantia ordini nostri sicut diu antea audita sanctitate loci illius exoptaverat, vadens ad capitulum generale circa annum 1272 die 3. Decembris piissime obiit ibidemque in capitulo positus requiescit.

---

[1]) cfr. Fragm. menologii Oliv.: Monum. Polon. hist. IV, 137.
[2]) Sartorius, Cistercium bis-tertium 1700. tit. X p. 281.
[3]) Pruszcz, Forteca monarchów i całego królestwa polskiego duchowna. Kraków 1662.
[4]) Meglinger, Cistercienser Jahr. Costanz 1700 II, 263.
[5]) cfr. Fragm. menologii Oliv.: Monum. Polon. hist. IV, 137.
[6]) Dreger, Codex diplomaticus. 1748. I, 283.
[7]) Dreger l. c. I, 339.
[8]) cfr. Fragm. menolog. Oliv. l. c.

9. Dominus Lambertus obiit 1. Martii. Menologium Olivense[1].

10. Dominus Ioannes abbas ad annum 1282. Acta Borussica tom. 3. pag. 281[2].

11. Dominus Hermanus abbas ad annum 1283. Lengnich tom. 1. pag. 45[3]. Hunc dominum Hermanum menologium Olivense non commemorat. Suspicor ex eo, quod dominus Ioannes abbas decimus forte binominis fuerit[4], nempe Ioannes Hermanni, idque ex alia adhuc ratione, nempe quod idem menologium abbatem mox sequentem dominum Rudgerum undecimum recenseat.

12. Dominus Rudigerus alibi Rutgerus et Rotcherus. Huius fit mentio in actis Cartusiae ad annum 1291. Eiusdem meminit Długossus[5] et alii ad annum 1307, nempe quod corpora occisorum militum in expugnatione civitatis Gedanensis ad monasterium suum deducta, in coemiterio s. Iacobi ante claustrum sepeliverit. Obiit 18. Martii 1313. Menologium Olivense[6].

(Menologium Olivense abbatem duodecimum, tertiumdecimum et quartumdecimum non exprimit de nomine. Sed 15. recenset dominum Stanislaum, 16. dominum Wesselum, 17 dominum Iacobum et 18. dominum Siffridum).

13. Dominus Paulus abbas ad annum 1323. Acta Zukoviensia.

14. Dominus Stanislaus abbas anno 1342. Obiit 7. Novembris. Preußische Sammlung tom. 3 pag. 94[7].

15. Dominus Wesselus obiit 2. Iulii. Menologium Olivense[8].

---

[1] cfr. Fragm. menolog. Oliv. l. c.

[2] Acta Borussica. Königsberg 1732. III, 281; Perlbach, Pommerell. Urkundenbuch. S. 298.

[3] Lengnich, Gesch. der preuss. Lande. Danzig 1722. Documenta I, 45.

[4] Sententia haec Schwengelii erronea est, nam Dnus Ioannes abbas obiit 20. Februarii et Dnus Hermanus obiit 5. Decembris. cfr. Fragm. menolog. Oliv. l. c.

[5] Długossus, Hist. Polon. Francofurti 1711. lib. IX col. 923.

[6] cfr. Fragm. menol. Oliv. l. c. p. 138.

[7] Preussische Sammlung l. c. III, 94.

[8] cfr. Fragm. menol. Oliv. l. c. p. 138.

16. Dominus Iacobus obiit 11. Decembris. Menologium Olivense[1]).

17. Dominus Albertus Grattus abbas obiit 3. Augusti 1378. Starovolscius[2]).

p. 322 *18. Dominus Siffridus obiit 1. Decembris. Menologium Olivense[1]). Preußische Sammlung tom. 1 pag. 68[3]) huius meminit hac expressione: „Herr Sivart Abbt", ad annum 1382.

(De abbatibus 19, 20, 21, 22, 23, 24, 25, 26, 27 menologium Olivense nullam dat specificationem.)

Dominus Nicolaus obiit 21. Novembris 1392. Menologium Olivense[1]).

Dominus Iacobus abbas, ad annum 1404.

Dominus Bernardus abbas ad annum 1418. Acta Cartusiae. In Menologio Olivensi[1]) dicitur 28 abbas[4]). Obiit 12. Septembris.

Dominus Nicolaus Reüse episcopus Caliopolensis et abbas Olivae obiit 27. Februarii, ita Menologium Olivense[1]). Acta Cartusiae virum hunc commemorant his verbis: Frater Nicolaus, Dei gratia episcopus Calipolensis, Rndi in Christo patris et DD. Nicolai eadem gratia episcopi Vladislaviensis suffraganeus, in spiritualibus et temporalibus vicarius, nec non officialis per terram Pomeraniae generalis. 1450 die 4. Martii.

Dominus Henricus König abbas 29. iuxta menologium Olivense[5]) obiit 26. Septembris 1464.

Dominus Nicolaus abbas ad annum 1485. Preußische Sammlung[6]).

Dominus Michael abbas ad annum 1495. Acta Cartusiae. In menologio Olivensi[7])) ad diem 26. Iulii: Dominus Michael Gheydawe quondam abbas Olivae.

31. Dominus Petrus Smitzing 12. Decembris obiit. Menologium Olivense[7]).

---

[1]) cfr. Fragm. menol. Oliv. l. c. p. 138.
[2]) Starovolscius l. c. p. 337.
[3]) Preuss. Sammlung l. c. I, 68.
[4]) i. e. abbas Bernardus.
[5]) cfr. Fragm. menol. Oliv. l c.
[6]) Preuss. Sammlung l. c. I, 746.
[7]) cfr. Fragm. menol. Oliv. l. c. p. 139.

32. Dominus Georgius Krokow 10. Maii obiit.
33. Dominus Gregorius Stoltzenfolt 28. Novembris obiit.
34. Dominus Laurentius 19. Iunii obiit.
} Menologium Olivense[1]).

35. Dominus Bartholomaeus 1. Aprilis obiit. Menologium Olivense[2]). In actis Cartusiae fit huius domini abbatis mentio ad annum 1543.

36. Dominus Adrianus obiit 1. Iulii 1549. Menologium Olivense[2]) et Preußische Sammlung tom. 1 pag. 694[3]).

37. Dominus Lambertus Schlieff 1549 electus in abbatem, sed in capitulo generali sacri ordinis Cisterciensis 1557 die 1. Decembris absolutus. Obiit 12. Ianuarii 1559. Preußische Sammlung tom. 1. pag.*694[4]), p. 323
ubi vita et obitus ipsius germanice descripta est.

38. Dominus Casparus Geschkou electus abbas 1558, sed post triennium authoritate regia amotus, factus administrator episcopatus Pomesaniensis Lengnich[5]).

39. Dominus Nicolaus Loka ex canonico Varmiensi accedente praesentatione regia in abbatem electus 1560, praefuit laudabiliter annis 9 et pie obiit 20. Ianuarii 1569. Menologium Olivense[6]). Lengnich p. 404[7]).

Dominus Casparus Geschkou 1569 secundo abbas factus, sedit abinde annis 15 et 7. Aprilis 1584 diem clausit extremum. Lengnich[8]).

40. Dominus Ioannes de Stangenberg Kostka, qui stante vita Rmi Dni Caspari abbatis ex archidiacono Pomeraniae et canonico Culmensi in coadiutorem abbatiae electus adeoque post mortem illius immediate successit et retento archidiaconatu et canonicatu antedicto, simul abbatem gessit annis 4. Obiit ad cathedram

---

[1]) cfr. Fragm. menol. Oliv. l. c. p. 139.
[2]) l. c.
[3]) Preuss. Sammlung l. c. I, 694.
[4]) Preuss. Sammlung l. c. I, 694.
[5]) Lengnich l. c. II, 172, 184.
[6]) cfr. Fragm. menol Oliv. l. c. p. 139.
[7]) Lengnich l. c. II, 184, 404.
[8]) Lengnich II, 404. III, 449.

Culmensem pestis tempore 20. Octobris 1588 ibidemque sepultus est. Lengnich[1]).

41. Dominus David Konarski ex canonico Varmiensi 1589 postulatus abbas, praefuit monasterio per 27 annos cum immortali gloria. Infula insuper pro se et successoribus suis a Clemente VIII summo pontifice impetrata, monasterium decoravit. Natus 1564 die 17. Aprilis. Obiit 1616 die 17. Maii. Niesiecki[2]).

42. Dominus Adam Trebnic, abbas Olivensis et vicarius generalis per Poloniam, electus 1616, praefuit in sanctitate et iustitia annis 14 et piissime obiit 14. Augusti 1630. Cuius corpus post 54 annos absque corruptione inventum per commissarios elevatum est. Niesiecki[3]).

43. Dominus Ioannes Grabinski, vir pius et de monasterio optime meritus, uti habet Niesiecki[4]). Obiit piissime 11. Septembris 1638, aetatis 39, professionis 18. Starovolscius[5]).

44. Dominus Alexander Grabinski, frater proxime dicti Rmi Dni Ioannis, praefuit nonnisi 5 mensibus et in brevi explevit tempora multa. Obiit pie in Domino 1. Iunii 1639, aetatis 37. Starovolscius[6]). Niesiecki[7]).

p. 324 *45. Dominus Michael Konarski: obiit 28. Maii 1641. Niesiecki[8]).

46. Dominus Alexander de Bautzendorf Kęsowski electus 1641, praefuit 26 annis et meritis plenus obiit 9. Martii 1667. Clagius pag. 417 – 418[9]). Compendium vitae praelati huius reverendissimi refert Niesiecki[10]).

47. Dominus Christophorus Łoknicki obiit piissime 6. Novembris 1683. Niesiecki[11]) refert huic Rmo abbati

---

[1]) Lengnich III, 450; IV, 46.
[2]) Niesiecki-Bobrowicz V, 184.
[3]) Niesiecki-Bobrowicz IX, 109.
[4]) Niesiecki-Bobrowicz IV, 261.
[5]) Starovolscius l. c. p. 338.
[6]) Starovolscius l. c. p. 339.
[7]) Niesiecki-Bobrowicz IV, 261.
[8]) Niesiecki-Bobrowicz V, 184.
[9]) Thomas Clagius, Linda Mariana. 1614. p. 417.
[10]) Niesiecki-Bobrowicz V, 74.
[11]) Niesiecki-Bobrowicz VI, 264.

successisse Petrum Łoknicki ex eadem illustri familia et 1691 abbatem fuisse, sed error manifestus est, nam Rmo Christophoro Carolo Łoknicki immediate successit iam antea in coadiutorem electus

48. Dominus Michael Antonius Hacki sanctae theologiae doctor, sacrae regiae maiestatis secretarius et hactenus abbas Colbacensis. Lengnich tom. 8 pag. 239[1]). Vir immortalis gloriae et omni laude maior, cuius nomen in benedictione est. Praefuit et profuit Olivae aliisque pluribus ac tandem sancte obiit 14 Martii 1703.

49. Dominus Casimirus Benedictus Dąbrowski ex canonico Culmensi, praeposito Graudentino postulatus abbas Olivensis, vir magnanimus. Praefuit annis prope viginti cum laude et beato fine quievit 5. Aprilis 1722.

50. Dominus Franciscus Nicolaus Zaleski de armis Godziemba, olim canonicus Varmiensis et 1715 in coadiutorem abbatis electus. Expleto novitiatu confestim abbas Paradisiensis et post intervallum abbas Blędzoviensis, deinde 1722 mortuo avunculo suo proxime nominato Rmo Casimiro Dąbrowski, abbas Olivensis et post aliquot annos vicarius et commissarius generalis factus. Vir sanctae vitae, meritis plenus beato fine quievit Gedani 7. Aprilis 1740, sepultus Olivae. Cui immediate successit iam antea coadiutor electus

51. Perillris ac Rmus Iosephus Hyacinthus Rybinski, qui nuncusque sospes, felicissime praeest et prodest monasterio Olivensi 1749[2]).

*Praeter recensitos reverendissimos abbates adhuc sequentium nomina in menologio Olivensi[3]) referentur, sed sine anno regiminis et obitus: p. 325

16. Ianuarii: Dominus Nicolaus quondam abbas Olivensis.

6. Februarii: Dominus Nicolaus Dluskendorp abbas Olivensis.

20. Februarii: Dominus Ioannes abbas Olivensis.

---

[1]) Lengnich l. c. VIII, 198 sq., p. 239.

[2]) Posteriore manu additum: † 15. 4. 1782 (i. e. mors abbatis Rybiński). 52. Carolus de Hohenzollern 1782 — 11. 8. 1803. — 53. Iosephus de Hohenzollern 1803 — 26. 9. 1836.

[3]) cfr, Fragm. menol. Oliv. l. c. p. 138.

8. Martii: Dominus Ioannes Melsack abbas Olivensis.

16. Aprilis: Dominus Laurentius (forte Lambertus, qui supra no. 37) Schleff abbas Olivensis.

5. Maii: Dominus Ioannes abbas Olivensis.

30. Maii: Dominus Paulus abbas Olivensis.

16. Iunii: Dominus Nicolaus Runge abbas Olivensis.

24. Iulii: Dominus Nicolaus Unger abbas Olivensis Crediderim hos duos Nicolaos unum eundem esse: Runge anagramma Unger[1]).

3. Augusti: Dominus Albertus abbas Olivensis.

1. Octobris: Dominus Nicolaus abbas Olivensis.

20. Octobris: Dominus Paulus abbas Olivensis.

26. Novembris: Dominus Ioannes abbas Olivensis.

16. Decembris: Dominus Alexander abbas Olivensis.

22. Decembris: Dominus Albertus abbas Olivensis.

Ex his unus dominus Ioannes[2]) locum supplet sub no. 10 et unus dominus Nicolaus[3]) ad annum 1485. Reliqui quoti numero adscribendi sunt, quaeritur[4]). Id nihilominus certum est, hos omnes praecessisse in dignitate abbatiali Rmum Petrum Smitzing, qui est sub no. 31[5]). Porro si hos omnes ad supra recensitos addideris, invenies sexaginta et aliquot abbates monasterio Olivensi a prima sui fundatione praefuisse[6]). Huius dubii et differentiae resolutio petenda ab his, qui documenta solidiora possident.

Abbates, qui ex professis monasterii Olivensis alibi evecti sunt: Dominus Leonardus Rembowski, pro-
p. 326 fessus Olivensis, abbas Pölplinensis et commis*sarius generalis, obiit 7. Iulii 1649.

---

1) Haec sententia Schwengelii erronea est, nam Nicolaus Runge erat abbas Olivensis ab a. 1388 — 1394 et Nicolaus Unger ab a. 1488 — 1493. cfr. Fragment. menol. Oliven. l. c. p. 138. Hirsch, Fortsetzung der Danziger Chroniken: SS. rer. Pruss. V, 645.

2) i. e. abbas Ioannes obiit 20. Februarii 1282.

3) i. e. Nicolaus Muskendorp al. Duskendorp renuntiavit dignitati abbatiali 2. Sept. 1488.

4) cfr. Fragment. menol. Oliv. l. c.; Hirsch l. c.

5) excepto Lamberto Schleff (no. 37).

6) Hirsch enumerat 52 abbates Olivenses.

Dominus Ludovicus Łos, professus Olivensis, abbas Pölplinensis, obiit 27. Martii 1688.

Dominus Casimirus Bialoblocki, professus Olivensis, abbas Blędzoviensis, obiit 18. Martii 1694.

Dominus Theodosius Przebędowski, professus Olivensis, abbas Mogilnensis, obiit 21. Aprilis 1709. Fuit hic germanus frater supremi regni thesaurarii Ioannis Georgii Przebędowski. Niesiecki[1]).

Dominus Bernardus Laszewski, professus Olivensis, abbas Andreioviensis, 1749 in vivis.

Dominus Gerardus Pastorius, professus et olim prior Olivensis, abbas Ciricensis, adhuc in vivis 1749.

Dominus Hieronymus Turno, professus Olivensis, abbas Premetensis et nunc 1749 vicarius et commissarius generalis per Poloniam.

*Monasterium Pelplinense s. ordinis Cisterciensis. p. 327

Fundatores[2]): Samborius, dux Pomeraniae, primam fundationem pro s. ordine Cisterciensi fecit in Pogotkow, aedificata ad tempus ecclesia lignea et vocatis religiosis pro prima plantatione ex monasterio Doberanensi, quod est in Pomerania, anno Domini 1258 vocatusque est exinde locus iste Nowe Doberan. Obiit iste dux et primus fundator exul in terra Cuiaviensi die 3. Kalendas Ianuarii (30. Decembris) 1276.

Mechtildis, uxor Samborii fundatoris, obiit 9. Kalendas Decembris (23. Novembris) 1270. Subislaus, filius et haeres Samborii ducis, obiit ante fundationem monasterii 3. Idus Aprilis (11. Aprilis) 1254, sepultus in Stralsund apud patres Dominicanos.

Mestvinus senior, dux Pomeraniae, pater Samborii fundatoris, obiit longe ante fundationem monasterii, Kalendis Maii (1. Maii) 1220.

---

[1]) Niesiecki-Bobrowicz VII, 532.

[2]) cfr. Frydrychowicz, Gesch. der Cistercienserabtei Pelplin. Düsseldorf 1905. S. 202.

Suentopelcus, dux Pomeraniae, Samborii frater germanus, monasterium a fratre de consensu suo fundatum et inchoatum, in tutelam recepit, possessiones ab eodem datas et dandas confirmavit. Obiit 3. Idus Ianuarii (11. Ianuarii) 1266.

Mestuinus, Suantopelci filius, transtulit monasterium ex Pogotkow Pelplinum anno Domini 1274. Obiit 8. Kalendis Ianuarii (25. Decembris) 1295.

In vigilia apostolorum Simonis et Iudae anno Domini 1276 Vernerus, primus abbas monasterii Pelplinensis, cum conventu ex Pogotki migravit in Pelplin. Obiit 8. Ianuarii 1282. Vocatur autem Pelplin ab arboribus populis (Pöpele), quarum ibidem ad fluvium magna fuit copia.

p. 328 *Benefactores: Ex menologio Pelplinensi[1]) cum die et anno obitus.

18. Ianuarii 1635 Ioannes Leo, canonicus Gutstadiensis, qui legavit monasterio Pelplinensi 1000 marcas.

30. Ianuarii 1598 Anna Austriaca, regina Poloniae, consors prima Sigismundi III, mater Vladislai IV regis.

7. Februarii[2]) Iacobus, archiepiscopus Gnesnensis, qui dedit in valore 100 marcas.

9. Februarii 1600 Hieronymus Rozrazewski, episcopus Vladislaviensis.

20. Februarii 1657 Iacobus Weiher, palatinus Mariaeburgiensis.

2. Martii 1333 Vladislaus Locticus, dux Poloniae.

2. Martii 1663 Ioannes Kos, palatinus Culmensis, et Constantia Dönhofowna, uxor eius, quae obiit 25. Ianuarii 1685.

3. Martii[3]) Euphemia, filia Salomeae, ducissae Poloniae.

7. Martii 1409 Ioannes, episcopus Pomesaniensis.

---

[1]) Liber mortuorum monasterii Pelplinensis ordinis Cisterc. ed. Kętrzyński: Monum. Polon. hist. IV, 64; cfr. Frydrychowicz l. c. p. XVI. p. 204.

[2]) Lacuna; omissus annus. Iacobus obiit a. 1480.

[3]) Lacuna, annus omissus. Euphemia erat filia Ziemomysli, ducis Cuiaviensis. cfr. Balzer, Genealogia Piastów. Kraków 1895. p. 352.

10. Martii 1694 Vladislaus Łos, palatinus Mariaeburgensis.

14. Martii[1]) Franciscus Kuhschmaltz, episcopus Varmiensis, qui contulit ecclesiae Pelplinensi 70 marcas et fuit benefactor specialis.

14. Martii 1656 Ludovicus Weiher, palatinus Pomeraniensis.

18. Martii[2]) Michael, episcopus Sambiensis, benefactor specialis monasterii, cui contulit 100 marcas et reliquias in vase argenteo deaurato.

19. Martii 1723 Ludovica Czapska, castellana Elbingensis.

30. Martii 1407 Conradus de Iungingen, magister Crucigerorum, qui dedit conventui Pelplinensi 120 florenos.

31. Martii 1548 Sigismundus I, rex Poloniae.

6. Aprilis 1637 Regina ab Eisenreich, uxor Alberti Stanislai ducis Radziwil, magni ducatus Lithuaniae cancellarii, capitanei Mevensis, pro cuius anima dati sunt 3000 floreni.

28. Aprilis[3]) Sigismundus III, rex Poloniae.

16. Aprilis 1746 Ignatius Czapski, castellanus Gedanensis.

*5. Maii[4]) Ioannes episcopus Sambiensis, qui dedit 4 marcas et ornatum. p. 329

10. Maii[5]) Ludovica Maria, regina Poloniae.

15. Maii 1674 Casimirus Florianus dux Czartoryiski, episcopus Vladislaviensis.

28. Maii 1648 Vladislaus IV, rex Poloniae.

28. Maii 1716 Ioannes Christophorus Czapski, castellanus Elbingensis.

6. Iunii[6]) Venceslaus II, rex Poloniae et Bohemiae.

---

[1]) Lacuna, annus omissus. Kuhschmalz, episcopus Varm. obiit a. 1457.

[2]) Lacuna, annus omissus. Episcopus Michael obiit a. 1442.

[3]) Lacuna, annus omissus. Sigismundus III obiit a. 1632.

[4]) Lacuna, annus omissus. Episcopus Ioannes obiit a. 1340.

[5]) Lacuna, annus omissus. Ludovica Maria mortua a. 1667.

[6]) Lacuna, annus omissus. Venceslaus II obtit a. 1305.

7. Iunii[1]) Casimirus III rex Poloniae, qui dedit monasterio 1000 marcas et omnia privilegia confirmavit.

12. Iunii 1717 Petrus Czapski castellanus Culmensis.

25. Iunii 1382 Winricus Kniprode, magister Crucigerorum.

27. Iunii 1624 Ioannes Bąkowski, vexillifer Mariaeburgensis et capitaneus Kiszeviensis.

30. Iunii 1648 Euphrosyna Knutowna, uxor Ioannis Kos, palatini Culmensis, singularis benefactrix.

10. Iulii 1687 Andreas Łos, benefactor specialis.

10. Iulii 1631 Constantia Austriaca, regina Poloniae, uxor Sigismundi III regis.

11. Iulii 1598 Anna Iagellonia, uxor Stephani regis.

12. Iulii 1410 Fridericus, marescalcus Crucigerorum, in pugna Grunwaldiensi caesus.

18. Iulii[2]) Ioannes, episcopus Pomesaniensis.

22. Iulii[3]) Gerardus, episcopus Pomesaniae.

27. Iulii 1736 Franciscus Czapski, castellanus Gedanensis.

8. Augusti[4]) Petrus, domicellus episcopi Pomesaniensis.

11. Augusti 1673 Sigismundus Zegocki, episcopus nominatus Cuiaviensis.

14. Augusti 1728 Adamus Gralewski.

20. Augusti[5]) Conradus Zolner, magister Crucigerorum XX.

27. Augusti[6]) Andreas Olszewski, archiepiscopus Gnesnensis.

3. Novembris Margaretha[7]), uxor Ottonis Machwitz.

8. Novembris[8]) Vincentius, episcopus Culmensis.

p. 330 *10. Novembris 1673 Michael, rex Poloniae.

---

[1]) Lacuna, annus omissus. Ioannes Casimirus obiit a. 1492.
[2]) Lacuna, annus omissus. Episcopus Ioannes II obiit a. 1417.
[3]) Lacuna, annus omissus. Episcopus Gerardus obiit a. 1427.
[4]) Lacuna, annus omissus.
[5]) Lacuna, annus omissus. Conradus Zöllner obiit a. 1389.
[6]) Lacuna, annus omissus. Andreas Olszowski obiit a. 1677.
[7]) Lacuna, annus omissus.
[8]) Lacuna, annus omissus. Episcopus Vincentius obiit a. 1479.

12. Novembris 1656 Albertus Stanislaus dux Radziwił, cancellarius Lithuaniae.

15. Novembris[1]) Sbigneus Olesnicki, archiepiscopus Gnesnensis, qui dedit 600 marcas.

18. Novembris[2]) Wernerus de Orsela, magister Crucigerorum.

20. Novembris 1637 Herman Weiher, canonicus, praepositus Vendensis, parochus Berwaldenis et Fürstenwerderensis, qui contulit monasterio 1300 florenos.

11. Decembris 1680 Stanislaus Sarnowski, episcopus Vladislaviensis.

12. Decembris 1586 Stephanus, rex Poloniae.

16. Decembris 1423 Michael Kuchmeister, magister Crucigerorum, qui dedit monasterio bona Pomei.

Villae ad monasterium spectantes: *Pelplin*, *Nowa Cerkiew* alias Neukirch, *Borkowo*, *Pogotkow*, *Czernichov*, *Glodau*, Jungferberg alias *Iunkrowo*, *Tomaszewo*, *Pomei*, *Schlonc*, *Rozenthal*, *Kulic*, *Iantom*, *Morzenczin*, *Krolowlas*, *Rözenczin*, *Ropuch*, *Kobylow*, *Kozmin*, *Kleszczewo*.

*Series abbatum Pelplinensium[3]). p. 331

1. Vernerus obiit 8. Ianuarii 1282.
1. Ioannes de Bischofe.
3. Henricus Hadersleve.
4. Godefridus de Elbing.
5. Henricus de Stargardia.
6. Iordanus obiit 13. Aprilis 1329[4]).
7. Albertus obiit 9. Ianuarii 1331.
8. Eberhardus de Elbingo obiit 3. Aprilis 1354.
9. Matthias obiit 12. Septembris 1368.
10. Petrus de Roggow. Preußische Sammlung tom. 1. pag. 68[5]): Herr Peter Abt zu Pelplin 1382.

---

[1]) Lacuna, annus omissus. Episcopus Sbigneus Oleśnicki obiit a. 1493.

[2]) Lacuna, annus omissus. Wernerus interfectus est a. 1330.

[3]) cfr. Frydrychowicz l. c. p. 76; Monum. Polon. hist. IV, 62.

[4]) Resignavit a. 1328 vel 1329 et obiit 13. Apr. 1362.

[5]) Preussische Samml. allerley Urkunden. Danzig 1747. I, 68.

11. Ioannes Langnou[1]).
12. Petrus Honigsfeld.
13. Petrus Belschütz de Putzk, qui multum laboravit et sudavit pro monasterio. Obiit 1. Augusti 1440.
14. Nicolaus Engelke obiit ultima Martii[2]).
15. Nicolaus Andreae de Rosenau.
16. Ioannes Warnau obiit 8. Idus Aprilis.
17. Sanderus, sub quo altare maius et templum in honorem B. M. V. et ss. Benedicti, Bernardi et Stanislai consecratum fuit. Impetravit ab Humberto, generali Cisterciensium, facultatem absolvendi a casibus capitulo generali reservatis. Item ut novitii adulti ante annum probationis finitum ad professionem admitti possent. Obiit 19. Novembris anno aetatis 75, professionis 45.
18. Paulus de Züllen, Regiomontanus, vis literatus et doctus. Obiit 24. Februarii 1490.
19. Michael Fischau obiit 30. Novembris 1502.
20. Georgius Neuburg.
p. 332 *21. Bartholomeus.
22. Andreas Stenart Regiomontanus, artium professor. Obiit 22 Iunii 1542.
23. Iodocus Krohn Mariaeburgensis obiit 25. Februarii 1555. Huius Domini Iodoci abbatis mentio fit in actis Cartusiae 1543 et 1554.
24. Simon de Posnania obiit 28. Octobris.
25. Stanislaus Zelislawski, qui 1562 die 9. Octobris factus est episcopus Culmensis. Obiit feria VI magna 13. Aprilis 1571, sepultus Lubaviae in ecclesia parochiali. Niesiecki[3]).
26. Leonardus Rembowski obiit 27. Novembris 1590.
27. Nicolaus Kostka ex canonico Culmensi. Obiit 28. Februarii 1610.
28. Felix Kos ex canonico Varmiensi. Obiit Olivae 1. Aprilis 1618.
29. Leonardus II Rembowski ex Olivensi professo,

---

[1]) recte: Langnau.
[2]) Obiit ultima Aprilis.
[3]) Niesiecki-Bobrowicz X, 154.

qui monasterio non solum ut pater, sed ut fundator praefuit annis 21: Monasterium aedificiis ampliavit, ecclesiam ad splendorem ampliorem perduxit, infulam perpetuam successoribus impetravit, provisionem conventus auctam confirmari a sede apostolica curavit, exdivisionem bonorum abbatialium procuravit etc. Obiit 7. Iulii 1649. Niesiecki[1] addit: qui prope 40 (30 forte) annis commissarium egit s. ordinis Cisterciensis, de patria optime meritus.

30. Ioannes Czarlinski, qui resignavit abbatiam. Obiit 23. Septembris 1665.

31. Georgius Michael Ciecholewski: Vir pietate, doctrina et religiosa modestia eximius, restauravit bona et praedia penitus collapsa. Anno 1667 factus est officialis Gedanensis. Obiit 16. Aprilis[2] 1673.

32. Alexander Ludovicus a Ludingshausen Wolf, episcopus nominatus, monastico habitu assumpto et benedictione suscepta abbas factus, postea valetudinis curandae causa in Galliam proficiscens in itinere Valencennis obiit 17. Decembris 1678.

*33. Ludovicus Alexander Łos, qui posuit ecclesiae p. 333
pavimentum lapidibus quadris et sacristiam auro et argento ornavit. Obiit 28. Martii 1688.

34. Georgius Skoroszewski, qui ambitum monasterii lapidibus et parietes imaginibus ornavit atque sacristiam auro et argento, nec non monasterio memoriale, quod hucusque fructificat, scilicet summam pecuniae reliquit. Obiit 9. Iunii 1702.

35. Thomas Franciscus Czapski, qui 1730 factus est episcopus Culmensis. Obiit 23. Aprilis 1733.

36. Valentinus Alexander Czapski ex scholastico canonicus Posnanensis, prius coadiutor, dein abbas Pelplinensis, mox 1734 episcopus Premisliensis, 1740 episcopus Vladislaviensis, superstes 1749.

37. Adalbertus Leski ex priore electus abbas, factus dein commissarius generalis et 1746 episcopus Culmensis, superstes 1749.

---

1) Niesiecki-Bobrowicz VIII, 105.
2) Obiit 16. Martii 1673.

38. Ignatius Czapski, qui hodie feliciter regit 1749. Inveniuntur plures adhuc abbates huic percelebri monasterio praefuisse. In actis Cartusiae superest scriptum datum Dirsaviae 1260 Kalendas Martii: 1. praesentibus monachis Henrico, Bonifacio, Sigebodone, Andrea cum Domino Conrado de Doberan abbate[1]).

2. Acta Borussica tom. 3. pag. 287[2]) recensent ad annum 1276 dominum Ludolphum ordinis Cisterciensis abbatem in novo Dobran.

Niesiecki tom. 2 pag. 71[3]) meminit Domini Ottonis Dönhof, abbatis Pelplinensis, sed errat, nam menologium Pelplinense sic habet: 30. Augusti 1657 Otto Dönhof, prior Pelplinensis, Gedani peste mortuus, sepultus apud Birgittanos ibidem[4]).

4. Leo pag. 117[5]): Walterus abbas Pelplinensis electus in episcopum Culmensem anno 1274.

5. Diploma 158 Ludolphus, abbas in Novo-Dobran, anno 1276[6]).

6. Diploma 171 Henricus, abbas de Pelplin. Anno 1293. 1294. 1298[7]).

p. 334

*Monasterium Virginum Zarnovecense.

Privilegium[8]): In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Amen. Ego Suantopolcus Dei gratia dux Pomeraniae omnibus Christi fidelibus praesentia visuris salutem in perpetuum. Quoniam indesinenter contra bonitatem pugnat malitia et aemulatio adversarii per callida fraudis suae commenta

---

[1]) cfr. Pommerellisches Urkundenbuch. p. 155.
[2]) Acta Borussica. Königsberg 1732. III, 287.
[3]) Niesiecki-Bobrowicz III, 385.
[4]) cfr. Frydrychowicz p. 127.
[5]) Leo, Historia Prussiae. Brunsbergae 1725 p. 117.
[6]) Pommerellisches Urkundenbuch. p. 238, 239.
[7]) Pommerellisches Urkundenbuch. p. 451, 464, 479, 483, 497, 499, 526, 532, 540, 550, 554, 558. Duo haec diplomata modo nominata et numero 158 et 171 signata fortasse desumpta sunt ex Schwengelii collectione, quae inscribitur »Diplomata Poloniae et Prussiae« (cfr. p. XXX).
[8]) Pommerellisches Urkundenbuch p. 142. Codex diplom. ed. Dreger I, 397.

sanctae conversationis insequitur studia, iustum est pie viventibus principum adesse praesidia, ne cuiuslibet temeritatis incursus a proposito eos revocet aut robur, quod absit, sacrae religionis infringat. Hinc est, quod scire cupimus praesentes et posteros universos, quod nos contulimus domino abbati de Oliva(a) et conventui sanctimonialium in Sarnowitz Cisterciensis ordinis villam, quae dicitur Vircozino, ultra stagnum praedictarum monialium, quod Pesniza dicitur, sitam pro animae patris mei remedio et uxoris meae ac liberorum nostrorum, cum consensu fratris nostri Raziborii et filiorum nostrorum Mistuin et Warzlavi cum omnibus utilitatibus suis, quae nunc sunt vel in posterum haberi poterunt sub terra vel super terram, in aurifodinis, argentifodinis, plumbicinis sive salinis, si in praefata haereditate reperta fuerint, cum agris, pratis, pascuis, silvis, nemoribus, aquis, molendinis, piscationibus, tabernis, quibuslibet venationibus, mellificiis, cum omni prorsus proprietate ac iuris intergritate, iudicio videlicet maiori et minori in viis et semitis, nec ullus iudicum nostrorum eis aut hominibus eorum molestus sit in ullo negotio, sed liberi sint ab omni exactione, quae nunc est vel suboriri poterit in futurum. Insuper addimus eis liberam potestatem in salso mari piscandi rumbos, esoces vel alios quoscunque pisces quibuslibet retibus vel instrumentis. Stationes etiam, quae sunt vel haberi poterunt in terminis ipsorum, a Lippawa videlicet usque in Sosnamgoram, cum omni iure et proventus allecis de navibus in eisdem stationibus allec capientibus ac etiam alias quascunque utilitates sive lapidum seu aliarum quarumcunque rerum, quae per appulsionem ventorum in praedictis terminis provenerint, saepedictis monialibus libertate perpetua conferimus et donamus. Insuper hominibus eorum quoslibet pisces * capiendi infra p. 335
terminos praescriptos, sicut ipsis competierit, liberam concedimus facultatem, alias vero extra terminos ipsorum iuxta consuetudinem communis terrae piscabuntur. Praeterea ut praefata domus Sarnovitz specialis privilegio gaudeat libertatis, omnes colonos et servitores, res et naves ipsarum in omni dominio nostro a solutione thelonei decernimus fore exemptos. Ut ergo haec rata et inconvulsa praedictis monialibus in Sarnowitz perpetuo maneant, sigilli nostri appensione cum testium subscriptione praesentem paginam roboramus. Testes sunt Mistuin et Wartzlaus, filii nostri, dominus Simon, Andreas et Woyczech sacerdotes, Ratzlaus palatinus, Michael subcamerarius, Nicolaus subdapifer et alii quamplures fidedigni. Datum et actum in Belgart anno Domini 1257. 4. Kalendas Augusti.

(a) Zarnowecense monasterium fuit filiale Olivae, quare illud huic tanquam matri adscribitur.

Ex privilegio Suantopelci (forte Mestuini I) ducis Pomeraniae datum in Gdanczk 1219[1]): Villas quoque

---

[1]) Pommerellisches Urkundenbuch p. 43 sq.

monialium Żarnowiec, Lubekow, Gardlino, Przybrodowicz totumque stagnum Piasnicza usqe in mare, stationem ibidem liberam et omnem proventum de navibus halec in ea capientibus et ad capiendum halec unam navim, rumbos et alios pisces praefatis sanctimonialibus assignamus.

Extat etiam confirmatio eiusdem Suantopelci. Datum Gdanczk 1235.

Privilegium Mestuini ducis Pomeraniae 1279 quinto Idus Februarii [1]). Ego Mestuinus dux Pomeraniae universis Christi fidelibus hanc paginam cernentibus vel in posterum inspecturis salutem in perpetuum. Cum propter labilem memoriam variasque hominum voluntates acta legitima sine causa rationabili multoties infringantur, a iure conveniens iudicatur, ut tali morbo cautelae remedio succurratur. Hinc est, quod cum nobis per legitima documenta bonae memoriae Subislai cognati nostri (b) super collatione Zarnowicz et Przibrodo et Raciborii patrui nostri et Suantopelci patris nostri super Wierzchucino, Schartlino et Lubiechowo etc. perpetuis temporibus possidendas confirmamus.— (b) Subislai iunioris ducis Pomeraniae, qui obiit 1207, quem primum fundatorem teneo.

Extat item confirmatio generalis Boguslai, ducis Slavorum et Cassubiae iurium ac privilegiorum a Misciugo principe conventui Zarnovecensi collatorum 1291 [2]).

p. 336 *Privilegium Caroli Beffart de Trier magistri generalis super villam Sobienczin 1314.

Privilegium Winrici de Kniprode magistri generalis super villam Nadole 1375.

Privilegium Pauli de Rusdorf magistri generalis super villam Sławentin 1432.

Privilegium Casimiri regis Poloniae super bona Gniewino 1476, quae modo alienae subsunt potestati.

De prima fundatione variant scriptores. Adlerhold p. 788 [3]): Zernowitz ein trefliches Nonnen Kloster Cisterciensis ordinis in Pomerellen oberhalb Putzke, so im Jahr 1213 die Mutter Herzogs Suantopelci erbauet.

Mater Suantopelci fuit Maria, filia Miecislai regis Poloniae. Micraelius [4]). Sed ipsa fundatio vetustior

---

[1]) Pommerellisches Urkundenbuch p. 257.

[2]) Pommerellisches Urkundenbuch p. 430.

[3]) Adlerhold, Das höchst gepriesene Preussen. Frankfurt 1704. p. 788.

[4]) Micraelius l. c. lib. II no. 95. p. 172.

[5]) cfr. Die Bau- u. Kunstdenkmäler der Provinz Westpreussen bearbeitet von Heise. Danzig 1884. I, 60.

est[5]). Iam paulo superius audivimus (b) Subislaum iuniorem, ducem, qui 1207 obiit, donasse monasterio 2 villas Zarnowiec et Przybrodo.

Ex epistola Illmi Andreae Zebrzidowski, episcopi Cuiaviensis, ad Bonam reginam 1547: Gedanensem successum meum sacrae maiestati vestrae perscripsi etc. in Zarnoviec perveni deprehendique, quod per perfidos procuratores noctu fuisse exportati argenti ad 5000; itaque simul interitum metuens, imo iam quasi praesentem intuens, lacrymis etiam praeterea ipsarum virginum commotus meos famulos in procuratores delegi. Monialium autem numerum, quarum duas tantum reperi, quia augere non potui, reliquas admonui tantum, darent operam numero, ut augeatur.

Parce mihi Domine, longe aliter res Zarnovecenses se habebant.

Nunc sanctimoniales Zarnovecenses profitentur regulam et portant habitum s. Benedicti secundum reformationem Culmensem[1]).

*Monasterium Zukoviense Virginum Praemonstratensium. p. 337

Monasterium in Zukowo a Mestuino I Pomeraniae duce fundatum est anno Domini 1209 pro sanctimonialibus s. ordinis Praemonstratensis et dein a succedentibus ducibus Pomeraniae Suantepolco et Mestuino II possessionibus et libertatibus pluribus auctum et locupletatum.

Litterae primae fundationis et dotationis[2]): In Nomine sanctae et individuae Trinitatis. Amen. Ego Mestibogius princeps in Dantzk omnibus, qui christiano nomine censentur, fidelibus salutem et aeternae beatitudinis societatem. Cum inter mundanas varietates per bona temporalia gaudia possideantur aeterna et per transitoria salubriter ad mansura perveniatur, dignum duximus propter huiusmodi opinionem

---

[1]) cfr. Episcopi Rozrażewski relationem super statu dioecesis Vladislav.: Monum. hist. dioec. Wladislav. VII Wladislaviae 1887. p. 33 sq.

[2]) Pommerellisches Urkundenbuch p. 12.

divina favente clementia, aliquam specialem instaurare memoriam, quae tam nobis[1]) cunctisque nostris Christo militantibus ad aeternam proficiat salutem. Constet igitur universis tam futuri quam praesentis aevi fidelibus praesentem paginam inspecturis, quod ego Mestibogius princeps nomine in Dantzk cum consensu filiorum meorum, videlicet Suentopelci, Vartislai, Samborii et Ratiborii, similiter et uxoris nostrae, ad claustrum sanctimonialibus Deo et Beatae Mariae in Stolpa (a) famulantibus hanc praescriptam summam nostrae substantiae in villis, in campis, in silvis, in pascuis, in piscationibus, in rivis sive fluviis et in castoribus iuxta metas claustri manentibus, similiter et in omnium praescriptorum appendentiis Domino Nostro Christo et Beatae Virgini salubriter offerendo
p. 338 inviolabiliter conferimus.*Inter Raduniam itaque et Stolpam rivos 4 villas, et si quae plures aedificari poterunt, quarum prima est Zukow, secunda Solatin, tertia Sulislaw, quarta Barcio (b). Villas etiam decimarum Rembiechowo et Sulminieno (c), quadraginta marcas annuatim, tertiam partem telonei, quod datur a panno, quidquid etiam nostrae parti vel in argento sive pecunia vel in aliis rebus contigerit, similiter addimus. Clausuram in Wolsnie in fluvio Warsznica usque ad terminos castri Gardensis iurisdictioni claustri concedimus, lacum Garlczne, magnum lacum Brutno. Ducissa vero uxor nostra de paupertate sua totam Oxiva cum totis attinentiis, villam in Belgard Belesliow (d) et aliam inter Swiecie et Wissogrod dictam Grabowa (e) libens et devota cum omni suppellectile sua construendo addicavit devotionis collegio. Hominibus ad claustrum in Stolpa pertinentibus libertatem et pacem indulgemus. Si quis vero istorum ordinationem perturbare, immutare, violare ausu temerario praesumpserit, Omnipotentis et perpetuae Virginis Mariae et omnium coelestium virtutum ac omnium sanctorum in districto examine iudicii super illos invocamus ultionem (f).

a) a fluvio Stolpa, quae Zukoviae in Raduniam se exonerat, sic dictum.

b) inter Raduniam et Stolpam fluvios nonnisi villa unica Zukowo hodie iacet, trium reliquarum nec vestigium apparet.

c-d-e) Villas Sulminieno, Belesliow, Grabowa conventus non possidet.

f) Datum caret, sed testantur alia acta Zukoviam 1209 fundatam esse.

Caspar Schütz in historia Prussiae pag. 11[2]): Dieser Mestuinus ist der erste gewesen, der sich in seinem Titel einen Herren zu Dantzig geschrieben habe, wie das sonderlich auch aus dem privilegio des Klosters Sukow zu ersehen, welchs folgendes Anno 1209 datieret ist, unter

---

[1]) Addendum: quam anteris nec non posteris.

[2]) Schütz, Historia rerum Prussicarum. Leipzig 1599. p. 11 v.

andern mit diesen Worten lauten: Ego Mestuinus Dei gratia princeps*in Gdansk omnibus Christi fidelibus p. 339
etc. cum consensu filiorem nostrorum, videlicet Suantopelci, Vartislai, Samborii et Ratiborii simul uxoris nostrae (*) ad claustrum sanctimonialibus Beatae Mariae famulantibus damus in villis, in campis etc. usque ad terminos castri Gedanensis, et 40 marcas, tertiam partem telonei, quod datur ibidem de panno, et 40 marcas super tabernas in Dantzig etc.

Non conveniunt verba Schützii cum diplomate Zukoviensi. (*) Micraelius pag. 270[1]): Mestwin starb im Jahr 1220 und verließ mit seiner Gemahlin Maria Herzogs Miecislai aus Polen Tochter, 4 Söhne und 3 Töchter.

In menologio Zukoviensi[2]) obitus Mestuini 2. Maii adscriptus est. Sed quod mirandum est, idem menologium fundatricis nomen inscriptum non habet.

S u a n t e p o l c u s d u x c o n f i r m a t p r i m a m f u n d a t i o n e m, s e d r e t r a c t a t m e d i a m O x i v a[3]). In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Amen. Ego Suantepolcus Dei misericordia princeps in Dantzk omnibus praesentibus et futuris, ad quos praesens charta devenerit, salutem in Christo. Constat per praesentia bona mereri homines, quod oculus non vidit etc., ideo etc., quod pater meus bonae memoriae Mestibogius princeps de Dantzk pro religione Praemonstratensi in terra sua providenda ardentissime studens ad claustrum sanctimonialibus construendum in loco, qui Sztolpa nuncupatur, ac sub patrocinio Beatae Mariae dicandum, ipsis sanctimonialibus ab Alardo abbate ecclesiae sancti Vincentii in Vratislavia et suo capitulo de consensu[4]) sororum earum de domo Strzelnensi obtentis, praesentibus nobis omnibus filiis suis, videlicet me Suantepolco, Vartislao, Samborio et Ratiborio et matre nostra, ac benigne consentibus, partem de haereditatibus suis in villis, in campis, in silvis, in pascuis, in pisca*tionibus, in rivis et p. 340
fluviis inviolabiliter contulit, videlicet inter Raduniam et Stolpam rivos 4 villas Zukowo, Mislinczyno, Sulatino, Bardino, et si quae plures poterunt ibidem aedificari, duas villas in Belgard Belechowo, Landechowo (a), unam inter Swiecie et Wisgrod, quae dicitur Grabowo, aliam villam nomine Rembiechowo

---

[1]) Micraelius l. c. lib. II no. 95 p. 172.
[2]) Perlbach, Das Totenbuch des Praemonstratenserinnen-Klosters Zuckau bei Danzig 1906. p. 29.
[3]) Pommerellisches Urkundenbuch p. 22.
[4]) Legendum: de conventu.

et aliam Swieminowo. Contulit et tertiam partem telonei in Dantzk, quod datur de panno. Dedit et 40 marcas denariorum super tabernis (b) in Dantzk. Addidit et locum, qui vocatur Garczne, et alium magnum lacum, qui dicitur Brutno. Clausuram etiam ad nimbos[1]) capiendos in Olsznica a fluvio Warsznica[2]), et illo loco, ubi intrant eundem Warsznica et Radunia supradicta, usque ad metas castri Gardensis et Gedanensis. Libertatem quoque omnibus hominibus ad idem claustrum pertinentibns sive servientibus et solutionem super eosdem homines eidem claustro inviolabiliter indulsit. Dedit et 5 urnas mellis e Liniewo et 5 in Skorzewo. Notandum etiam quod ego Suantopelcns commuui consilio cum matre contuli dimidiam Oxiva cum ecclesia et suis attinentiis, cum villis et pascuis utrique parti communiter habendis et pratis, sicut prius suevit ab antiquo. Ductus etiam spiritu pietatis concessi, ut quicunque baronum meorum filiam sive cognatam dans in claustrum, possit haereditatem libere conferre. Ego Michael episcopus (c) rogatus ab ipso Suantopelco subscripsi (d).

(a) Villas has 2 inique vendidit Georgius ab Eden praepositus Zukoviensis.

(b) tabernas recentiores scriptores interpretantur officinas mercatorum et mechanicorum vulgo Buden.

(c) Episcopus Viadislaviensis XVII.

(d) Datum caret.

Ex praesentibus et sequentibus litteris apparet Mestvinum primum fundatorem pluribus aliis possessionibus, quam in litteris primis expressa sunt, monasterium ditasse.

p. 341 *Episcopus Cuiaviensis confert sanctimonialibus Zukoviensibus decimas sibi competentes in villis ipsarum[3]): Cum tempus sit instabile, instabiles sunt et rerum actiones, quae perennare non possunt, nisi fulcimentis litterarum roborentur. Noverint igitur tam praesentes quam posteri, quod nos Michael, divina miseratione episcopus Cuiaviensis et Pomeraniae, communicato utriusque capituli consilio, videlicet Vladislaviensis et Crusvicensis, decimas istarum villarum, quarum nomina subsequentur, claustro Zukoviae iure haereditario in perpetuum contulimus possidendas. Villae itaque,

---

[1]) Legendum: rumbos.

[2]) Addendum: usque ad terminos castri Gardensis. Contulit insuper partem suam et matris mee, que eis contigit in equis, in iumentis, in familia, in pecoribus et in aliis rebus mobilibus. Dedit praeterea castores, quotquod capi poterunt in Varsnica et ab illo loco, ubi intrat eadem Varsnica in Radunam, superius usque ad metas castri Gardensis et Gdanensis et in Slupenica usque ad terminos Sulocinensis libertatem...

[3]) Pommerellisches Urkundenbuch p. 79.

quarum decimas praefato claustro contulimus, istis nominibus nuncupantur: Sukovia, Golubino, Rembiechowo, Suiminowo, Grabowo (in decanatu Szwiecensi), Skarsowo etc. et ipsius Oxivae cum istis villis: Obłuze, Gramblewo, Pogorze, Niemichowo, Mosty etc. Ne igitur processu temporis super nostra donatione cuiquam dubium oriatur, praesentem litteram nostram sigillo et nostrorum capitulorum sigillis communivimus. Datum in Radest anno 1245.

Suantopelcus dux confirmat secundo primam fundationem et addit liberaliter plures possessiones[1]: In nomine sanctae Trinitatis. Amen. Ego dux Suentopelcus contuli ad honorem s. Mariae Virginis in Sukow claustro monialium villas iuxta nomina sua, videlicet Przewoz et Czeczanowo et clausuram salmonum ibidem, villam in Szwecz, quae vocatur Karsowo (a), et tertiam partem telonei in Gdansk, decem naves de hominibus meis in Oxiva contuli praeter homines Samborii et Ratiborii fratrum meorum et praeter homines ipsius claustri. Insuper etiam curavimus confirmare donationem patris et matris meae, id est ipsum locum claustri et villas attinentes, quarum haec nomina sunt: Sukow, Myslinczyno, Kobusewo, Rembechowo, Swininowo, Oxivam cum villis et haec sunt nomina earum: Obłuze, Pogorze, Zrabelewo, Zbichowo,* Jasincino, Rembowo, Kedrino, Kosacino, p. 342
Pierwosino, Lezebowo, Landachowo, Luzino, Zamblewo, Wysino, Moscino, Bechonią, Bobolno, Sebandowo, Barkocino, villam inter Swiecz Grabowo, clausuram sturionum, quae vocatur Olszyca, et 40 marcas denariorum de tabernis et 5 urnas mellis de Liniewo et 5 in Skorzewo, et totus (!)[2] lacus Haysno, Brodno, Brodnica. Ista quicunque ausu temerario violare praesumpserit, indignationem Dei omnipotentis incurrat. Amen, amen, amen.

Ex recensitis istis villis paucas hodie claustrum possidet.

(a) Przewoz, Czeczanowo, Karsowo pariter non possidet amplius.

Dux idem confert claustro villam Remboszewo et duos lacus[3]): Nos Suantopelcus dux Pomeraniae notum facimus omnibus praesens scriptum inspecturis, quod in honorem Beatae Mariae contulimus domui Sukoviensi haereditates nostras Cecynowo et Przewoz cum clausura ibidem super Lebam eo iure, quo nos possedimus et pater noster dux Pomeraniae Mestibogius, ita ut nulla clausura inter ipsam et lacum magnum Lebsco in perpetuum fiat nec per nos nec per nostros successores excepta clausura, quae est supra lacum

---

[1]) Pommerellisches Urkundenbuch p. 110.
[2]) Legendum: tres.
[3]) Pommerellisches Urkundenbuch p. 122.

supradictum inferius nostra clausura. Contulimus insuper eidem domui haereditatem nostram Remboszewo cum duobus lacubus parvo Brodno et magno Brodno absque omni participatione militum circumsedentium. Actum in Gdansk sub nostro sigillo anno Domini 1252.

Villam Ręboszewo cum duobus lacubus dictis claustrum nuncusque possidet.

Ratiborius dux recognoscit Oxivam totam claustro donatam esse[1]): Quoniam discernentium causas ignorantia animum pertubare consuevit, ego dux Ratiborius testimonium confero veritati, quod piae memoriae mater mea
p. 343 e consensu patris et fratrum meorum domini Swanto*pelci, Vartislai, Samborii et meo domui Zukoviae totam contulit Oxivam iure perpetuo; sed nescio, qua interventione dominus Suantopelcus partem praedictae domus post mortem patris abstulit et claustro Olivensium dedit. Propter hoc gravi depressus infirmitate Praedicatores super hoc facto consuluit et per ipsos correctus Sukoviensem domum in pristinam restituit possessionem.

Mestuinus II. dux ditat claustrum ecclesia Chmelnensi et aliquot lacubus[2]). In nomine sanctae et individuae Trinitatis Amen. Mestuinus Dei gratia dux Pomeranorum universis Christi fidelibus praesentem paginam conspecturis salutem iu domino Iesu Christo. Ne ea, quae aguntur in tempore, similiter labantur cum tempore, solent scripturarum testimonio roborari. Quare notum esse volumus praesentibus et futuris, quod nos habito consilio et assensu nostrorum baronum et militum in remissionem peccatorum nostrorum et remedium salutis animae piae recordationis domini Suantopelci patris nostri, quondam ducis Pomeraniae, contulimus et dedimus ecclesiae sanctae Mariae in Zukovia domus sanctimonialium Praemonstratensis ordinis dioecesis Vladislaviensis| ecclesiam sancti Petri in villa Chmelno vulgariter nuncupata sitam cum omnibus utilitatibus tam spiritualibus quam temporalibus ad ipsam ecclesiam pertinentibus, tam in villis quam aliis proventibus. Et ipsam domum Zukowiensem misimus in potestatem ipsius ecclesiae in Chmelno. Donamus saepedictae ecclesiae de Zukow omnes lacus nostros et pisces ad ipsam castellaniam Chmelna pertinentes cum omnibus utilitatibus, quas ibidem habuimus vel habere potuimus, in perpetuum possidendas. Testes autem huius nostrae donationis sunt: Wessel palatinus, Andreas castellanus et alii quam plures. Et ne super nuda donatione scrupulus dubietatis imposterum oriatur, praesentes nostri sigilli munimine duximus roborandas. Datum anno dominicae incarnationis 1283.

---

[1]) Pommerellisches Urkundenbuch p. 153.
[2]) Pommerellisches Urkundenbuch p. 348.

*Albertus episcopus Vladislaviensis XIX anno 1283[1]) approbavit donationem hanc ecclesiae Chmelnensis claustro Zukoviensi a Mestuino duce, filio Suantopelci factam et anathema posuit in secus facturos. p. 344

Mestuinus II dux confirmat claustro omnes possessiones et iura[2]). In nomine Domini amen. Mestuinus Dei gratia dux Pomeranorum notum esse volumus omnibus praesens scriptum inspecturis, quod piae memoriae avus noster Mistuinus et pater noster Suantopolcus duces Pomeranorum ad honorum Dei et Beatae Mariae in Sukou contulerunt villas infrascriptas, cum omni utilitate et iure, quae ipsi in eisdem habuerunt, in perpetuum libere possidendas, videlicet Sukou in qua est claustrum situm, cum foro, si iure Theutonico praepositus et conventus dicti loci eandem villam locare voluerint, Golubino, Rambecou, Smurino. Oxivam, totam cum ecclesia ibidem, Sbicowo, Lusino, Rambesowo, Zamblevo, in Belgart (a) Landechowo, in districtu Słupensi Ceconowo cum clausura Lebe usque ad magnum lacum Lebesco, in terra Swecensi Carsowo cum lacubus duobus et loco molendini et clausura super aquam, quae vocatur Vda, Grabowo cum toto lacu et nemore inter lacum et Vislam et molendinum cum utroque litore, quas villas dictus praepositus et conventus iure Theutonico locandi liberam habent potestatem. Reddiderunt et ipsas haereditates liberas ab omni solutione et iure, quocunque nomine censeatur, ita quod incolae dictarum haereditatum coram nullo respondere habent, nisi coram praeposito dicti loci, qui et poenas tollet omnium iudiciorum, nisi quando alterius iurisdictionis homo actor fuerit in hominem praepositi, tunc domidiam partem praepositus tollet. Castrum in unaquaque haereditate cum aliis hominibus in suo loco tenentur reparare; et ad defensionem terrae nostrae cum aliis hominibus nostris tenebuntur, sicut in privilegiis*dictorum du- p. 345
cum et patrum nostrorum continetur. Contulerunt insuper dictae domui tertiam partem telonei in Gdancz de omnibus, quae tunc ibi recipiebantur et in posterum recipi poterunt. Decem insuper naves de hominibus ipsorum contulerunt liberas cum statione Oxivensi, quae vocatur Woisca. Addiderunt et clausuras sturionum in Olsnicia et 40 marcas de tabernis in Gdancz. Dederunt et 5 lacus Karsno, Brodno, Brodniza, magnum lacum Brudno et Garche. Quas donationes pie factas approbantes et easdem confirmantes vestigiisque nostrorum patrum inhaerentes contulimus dictae domui ecclesiam beati Petri in Chmilna cum omnibus suis pertinentiis et lacubus nostris, videlicet Raduna, Nerostowa, Beale, Clodna, Plansa, Racow,

---

[1]) cfr. Hirsch, Pommerellische Studien: Der neuen Preuss. Provinzial-Blätter andere Folge. Bd. III. Königsberg 1853. p. 55.

[2]) Pommerellisches Urkundenbuch p. 326.

Brodno parvo et Brodno magno, cum omnibus clausuris, quae inter eosdem lacus sunt et fieri possunt nunc et in futuro, excepto molendino et clausura monachorum de Oliva, quae est inter lacus Radunam et Clodnam. Quos lacus et clausuras cum omni utilitate, quam habuimus nos et castellani nostri nostri in Chmelna, et sine omni participatione circumsedentium militum et kmetonum dedimus claustro supradicto. Dedimus insuper eidem domui, ut tollat pozadlne[1]), qualecunque in terra Pomeraniae super homines suos per nos vel per nostros successores positum fuerit. Item contulimus saepedictae domui pro commutatione clausurae de Olsnicia clausuram in Leba a lacu Lebsco usque ad salsum mare, quocunque et dicta Leba a lacu sibi viam faceret ad mare transeundo, idem praepositus et conventus utrumque littus possidebunt cum episcopo, qui dimidiam partem habet clausurae supradictae, excepto quod dictus dominus episcopus de sua media parte piscem quartum solvet ei, cui nos eundem piscem duxerimus assignandum. Ut autem haec nostra nostrorumque progenitorum donatio firmius perseveret, praesentem paginam nostro
p. 346 sigillo in perpetuum firmamentum fecimus communiri.* Actum et datum in Słupz anno Domini 1283, XVI Kalendas Mai, praesentibus militibus et baronibus nostris Paulo palatino de Szwece, Boseyo pincerna, Andrea castellano de Gdancz, Subislao dapifero, Unislao subcamerario, Dobegneno palatino de Belgart et aliis pluribus militibus et baronibus nostris fidedignis.

(a) Belgart olim residentia principum Pomeraniae, hodie exigua villa in districtu Leoburgensi. Est tamen nuncusque ibidem ecclesia catholica, penes quam immediate conspiciuntur rudera castri olim ducalis.

Confirmatio generalis privilegiorum iurium et libertatum omnium per Premislaum II. regem Poloniae[2]): In nomine Domini amen. Quoniam generatio praeterit et generatio advenit nihilque in humana conditione stabile persistit propter mortalitatem hominum et labilem memoriam eorundem in oblivionem deveniat, ideo discretorum nostrorum consilio salubre remedium est inventum, ut ea, quae ab humanis actibus aguntur, scriptis authenticis ad perpetuum conconfirmentur, et exinde habeatur cognitio veritatis, si super his, quae acta sunt, suboriri contingat aliquid quaestionis.

Ideo nos Premislaus II. Dei gratia rex Poloniae et dux Pomeraniae notum esse volumus, quod nos considerantes salubrem et dignum[3]) domini Mestibogii et Suantepolci nec non inclyti principis domini Mestibogii quondam ducum Pomeraniae patrui nostri charissimi ad honorem Dei et beatissimae

---

[1]) Legendum: poradlne.
[2]) Pommerellisches Urkundenbuch p. 475.
[3]) Addendum: donationem. — ...et dignam donationem.

Mariae domui Zukoviensi et sanctimonialibus ibidem Deo
famulantibus ordinis Praemonstratensis Vladislaviensis dioecesis
confirmamus et confirmando approbamus, quod omnes villas lo-
catas, et quotquot poterunt locari infra metas ab antiquo ipsis
villis assignatas cum omnibus utilitatibus, quae habebantur et
in futurum poterunt haberi in terra vel super terram, in agris,
cultis et incultis,*in rivulis, lacubus, stagnis, paludibus, mo- p. 347
lendinis, silvis, nemoribus, mellificiis, venationibus et aliis
omnibus utilitatibus et proventibus, cum omni iurisdictione
atque districtu spirituali et temporali, quae habuerunt in ipsis
villis vel habere potuerunt, in perpetuum libere possidenda,
quarum villarum haec sunt nomina: Zukow, Mislenczyno,
Sołubino, Barklino, Zulislawie et ipsum locum claustri cum
utroque littore et rivulo Radunia vulgariter nuncupato, Rem-
biechowo, Swiminowo, Oxywia cum villis, et haec sunt no-
mina earum: Obłuze, Pogorze, Grambelowo, Zbichowo, Na-
szynczyno, Nemikowo, Kędrzyno, Rostechowo, Barkoczyno,
duas villas in Swieczie Grabowo et Karszowo, in Słupsk Prze-
woz et Cecanowo, Boleczkowo, Landochowo, Luzyno, Zam-
blewo, Rembiechowo et Wagino. Quas villas ab omni solu-
tione et servitute ducali, vel quidquid iuris in ipsis villis habe-
bamus, liberas reddimus. Contulerunt etiam ipsi praedicti
principes tertiam partem telonei in Gdansk de omnibus, quae
ibidem recipiebantur vel in futurum recipientur. Decem insu-
per naves de hominibns ipsorum contulerunt liberas cum sta-
tione Oxyvensi Woysca vulgariter nuncupata, praeter homines
Samborii et Ratiborii et praeter homines ipsius claustri. Addi-
derunt etiam clausuram fluviorum[1]), quae vocatur Olszyca et
40 marcas denariorum de tabernis et decem urnas mellis in
Skorzewo et Krzewo et 5 lacus Garszyno, Brodno, Brodnica,
magnum lacum Brodno et lacum Garcze. Quas donationes et
collationes similiter confirmamus et approbamus, absolventes
ipsos incolas praedictarum villarum domus Zukow ab omni
iugo servitutis et a conductu ducali, quod przewoz nuncupatur,
a custodia vel aedificatione castrorum, excepto quod solum
castrum Gdansk cum aliis nostris hominibus cum necesse fu-
erit, aedificabunt. Absolvimus etiam ipsos incolas ab*omni p. 348
expeditione, nisi quando exercitus, quod absit, etc.[2]) similiter
cum nostris hominibus defendere tenebuntur. Volumus etiam,
ut nullus palatinorum, castellanorum seu iudicum, saepedictae[3])
domus audeat iudicare vel citare, sive iudicia maiora sive minora,
vel qualiacunque fuerint exorta, sed provisor dictae domus
Zukowo iudicabit et recipiet poenam iudicatam. Si autem incolae
praefatae domus in alio causam inierint, medietatem causae
iudicatae post ipsum recipiat provisor domus Zukoviensis.

---

[1]) Legendum: sturionum.
[2]) Addendum: terram intrare voluerit.
[3]) Addendum: homines (saepedictae domus).

Admittimus etiam, eam[1]) poradle vel qualiscunqun solutio fuerit in nostra terra, de villis percipiat plenarie provisor domus Zukoviensis. Consultum etiam erit dictae domui pro commutatione clausurae Olszyca clausuram salmonum et rivum iuxta Belgard, qui vulgariter Leba vocatur, a lacu magno Lepsca nomine usque ad salsum mare per medium cum omnibus utilitatibus, quae in praesenti habentur et in futurum, qualicunque arte poterunt haberi, praedictae domui ac ipsius inhabitatoribus plena et mera libertate confirmamus. Insuper contulit eisdem sanctimonialibus et ipsarum provisoribus inclytus princeps dominus Mestuinus patruus noster charissimus quondam dux Pomeraniae felicis memoriae ecclesiam s. Petri in villa, quae Chmelno dicitur, cum omnibus utilitatibus tam spiritualibus quam temporalibus, ad ipsam ecclesiam pertinentibus, tam in villis, quam in aliis proventibus, et ipsam domum Zukoviensem misit in possessionem ipsius ecclesiae in Chmelno. Dedit etiam saepedictae ecclesiae de Zukow omnes suos lacus et pisces ad ipsum castrum Chmelno pertinentes cum omnibus utilitatibus, quas ibidem habuit vel habere potuit, in perpetuum possidendas. Quam donationem et collationem praedicto monasterio approbamus. Concedimus etiam ad maiorem utilitatem et profectum dictae domus, ut omnes haereditates praenominatas ipsius domus provisores iure Theutonico locare possint, quo sibi suisque subsecutoribus videbitur expedire. Debet autem haec
p. 349 nostra confirmatio et libertatis donatio in perpetuum invio*labilis perseverare, ne a quopiamcunque imposterum valeat attentari. Super his praesentem litteram scribi fecimus ac sigilli nostri munimine reborari, praesentibus his testibus: Domino Philippo archidiacono Gnesnensi, Boguslao iudice Gnesnensi, Nicolao palatino etc. Actum et datum in Szwiecie in die assumptionis Beatae Virginis Mariae, regni nostri anno primo (1295).

Series priorissarum Zukoviensium.

Priorissas a primaevo fundationis monasterii per ordinem chronologicum recensere, impossibile est, siquidem in menologio[2]) annus obitus ipsarum adscriptus non est. Nonnularum nomina commemorantur in actis, quae inferius in serie dabuntur.

1. Domina Anna in Martio.
2. Domina Ayla in Ianuario.

---

[1]) Legendum: cum.

[2]) cfr. Perlbach, Das Totenbuch des Prämonstratenserinnen-Klosters Zuckau bei Danzig. Danzig 1906.

3. Domina Barbara Sasse in Ianuario.
4. Domina Barbara in Augusto.
5. Domina Beatrix 19. Martii.
6. Domina Catharina Broatanges in Martio.
7. Domina Catharina Modica (Kleinin) in Augusto.
8. Domina Christina in Maio.
9. Domina Dirsla in Februario.
10. Domina Dobeslava 14. Iunii.
11. Domina Elisabeth Zymborzowna in Februario.
12. Domina Elisabeth in Aprili.
13. Domina Febronia 14. Decembris.
14. Domina Ludimilla 16. Maii.
15. Domina Margaretha 3. Novembris.
16. Domina Margaretha Kolers in Ianuario.
17. Domina Margaretha Gise in Ianuario.
18. Domina Margaretha in Maio.
19. Domina Margaretha in Decembri.
20. Domina Mechtildis 26. Decembris.
21. Domina Przesprawa 1. Novembris.
22. Domina Sidua in Ianuario.
23. Domina Sophia 6. Maii.
24. Domina Thecla 20. Maii.
25. Domina Ursula in Iunio.
26. Domina Walburgis in Septembri.
27. Domina Witosława in Augusto.

Quae omnes ante annum 1557 monasterium rexerunt et ex hac vita ad caelestem transiverunt.

*Sequuntur aliae iuxta annos: p. 350

1. Domina Mirosława magistra (id est priorissa), quae cum 9 aliis sororibus 1224 die 12. Octobris pro fide et nomine Domini Nostri Iesu Christi a Pruthenis gentilibus Pogesanis crudeliter ex opposito monasterii trans Raduniam in colle trucidata est et martyrii palmam promeruit[1]).

2. Miłosława domina et magistra in Zukow, soror ducis Suantepolci obiit 9. Iulii 1290 (**).

3. Domina Valentia priorissa et Anna Czippelou subpriorissa ad annum 1414 commemorantur in actis Cartusiae.

---

¹) Perlbach l. c. p. 63.

4. Domina Agnes 1443 }
5. Domina Gertrudis 1446 } Acta Smętoviensia.

6. Domina Elisabeth Czenkers priorissa et Anna Ulrichs subpriorissa ad annum 1557. Contractus super Mezowo.

7. Domina Agnes Sukowska in priorissam canonice electa in vigilia nativiatis Beatae Mariae Virginis 7. Septembris 1585. Obiit in hac dignitate 26. Novembris 1591.

8. Domina Ioanna Orzechowska electa 1592. Obiit 30. Maii 1595.

9. Domina Elisabeth Sobienska electa 1595. Praefuit annis 4 et obiit 1599. In menologio Zukoviensi[1] habetur ad diem 14. Februarii: Elisabeth Sobienska 1626, sed haec alia est ab illa.

10. Domina Anna Racięska electa 1599. Praefuit annis 27 et obiit 16. Aprilis 1626.

11. Domina Margaretha Czapska electa 27. Aprilis 1626, quae vero id munus post paucos annos cessit alteri.

12. Domina Catharina Woianowska, quae 1631 legitur aedificasse ecclesiam s. Ioannis in Zukow.

Domina Margaretha Czapska secundo priorissa 1652. Acta Cartusiae. Legitur de ea: quod iam anno 1591 die 3. Novembris investita fuerit et monasterio annis 31 alternante fortuna praefuerit ac demum cen-
p. 351 tenaria*obierit Gedani, quo se cum monialibus ob incursionem Svecorum contulerat et per triennium ibidem commorata fuerat, 3. Octobris 1657. Cuius corpus Gedano Zukoviam translatum, ibidem sepultum est. — Apparet, quod Woianowska modico tempore intermediam priorissam egerit, cumque neque nomen ipsius cathalogo defunctorum adscriptum sit, arbitror ipsam alterius monasterii professam et Zukoviam pro priorissa ad tempus breve missam fuisse.

13. Domina Elisabeth Glinska, quae post pie mortuam Czapsciam immediate successit in regimine. Obiit 18. Augusti 1661.

---

[1]) Perlbach p. 12.

14. Domina Anna z Feldyna Zakrzewska, a qua adsunt Cartusiae 3 propriae manus epistolae, nempe sub annis 1664, 1665, 1668. Haec contra fratres sui ordinis processum iuris Romae et in Polonia apud nuntium apostolicum instituit et eo perduxit, quod Zukovia abire neque amplius illuc redire iussi fuerint. Obiit 28. Aprilis 1671.

15. Domina Catharina Kostczanka electa immediate post Zakrzewsciae pium obitum. Quae exemplari vita sua aliis sororibus praeluxit ad perfectionem religiosam. Austeritatem cum benignitate in regimine coniunxit. Exterior corporis mortificatio in illa magna fuit, sed interioris patientiae plures longe occasiones habuit ex iniquis successibus, infirmitatibus et continuis afflictionibus. Passionem Domini quoties meditabatur vel legebat, in fletum solvebatur. Ex affectu et devotione singulari erga ss. Eucharistiae sacramentum ipsamet hostias pinsebat. Matutinis infirma etiam graviter intererat semper. Haec Niesecki tom. 2 pag. 661[1]). Habebat alias pro tessera quotidiana: Demus et dabitur nobis, nec eam fefellit promissio Christi; nam ad habitum ordinis recipiens binas virgines Gedanenses, nempe Elisabetham de Grata et Philippinam a Schmieden, ex dote ipsarum praedivite angustias monasterii plurimum sublevavit. Obiit 14. Iunii 1689. Cius corpus nuncusque (1749) incorruptum, quamvis iam*tertio novis vestibus p. 352
coopertum, visitur. Ab ipsis incorruptis manibus servat Cartusia binas epistulas nempe de annis 1677, 1679.

16. Domina Eleonora Rembowska, sub Kostczanka subpriorissa, et post piissimum eiusdem obitum canonice in priorissam electa. Praefuit annis 9 et beato fine quievit 27. Februarii 1698. Niesiecki tom. 3 pag. 855[2]).

17. Domina Elisabeth Ciecholewska (*) successit Rembosciae et obiit 11. Iulii 1709.

18. Domina Theresia Powalska (†), quae obiit 28. Iulii 1723.

---

[1]) Niesiecki-Bobrowicz V, 308.
[2]) Niesiecki-Bobrowicz VIII, 105.

19. Domina Marianna Czapska, quae obiit 13. Maii 1730.

20. Domina Constantia Wolska, quae usque hodie (1749) cum laude monasterio praeest.

((*) electa 6. Aprilis 1698. (†) olim subpriorissa, electa 1710.)

** Domina Martha priorissa 1360. Privilegium Winrici de Kniprode.

Ex menologio Zukoviensi[1]): die 31. Martii Salomea, filia Suantopelci. 1223 die 25. Maii. Damroca, filia Suantopelci: Ta panna zbudowała Kościół w Chmielnie, Zukowskiey maiętności. 1290 die 9. Iulii domina et magistra in Zukow, soror ducis Suantopelci, Miłosława nomine.

...[2]) 25. Iulii tres sorores, Bawa, Miłosława et Margaritha.

...[3]) 12. Octobris Benedicta, Eva, Dingueris, Miłosłacz, Caecilia, Sophia, Euphemia, Euphrosina, Bogudacz, Elisabeth sorores ordinis Praemonstratensis conventus Zukoviensis a Pruthenis interfectae. In alio libro idem sic habetur: Sophia, Benedicta, Eva, Mirosława magistra, Miłosława, Caecilia, Euphemia, Euphrosina, Bogudaia, Elisabeth sorores pro Christi nomine a Pruthenis gentilibus interemptae die 12. Octobris. Traditio autem est: 1224 sorores has decem a barbaris in colle trans Raduniam ex opposito claustri trucidatas esse.

p. 353 *Elenchus sanctimonialum Zukoviensium in Domino defunctarum.

Sanctimonialium, quae primis saeculis in Christo obierunt, sola praenomina, uti Agnes, Elisabeth in menologio[4]) adscripta sunt. Ultimis vero duobus saeculis circiter ipsarum et cognomina et nonnullarum annus ac dies obitus in dicto menologio exprimuntur.

---

[1]) cfr. Perlbach l. c.
[2]) Lacuna, annus omissus.
[3]) Lacuna, annus omissus.
[4]) cfr. Perlbach l. c.

Et has plerasque ex illustrioribus familiis in terris Prussiae ortum trahere certum est, quas idcirco ordine alphabetico ad numerum revoco.

Andresonowna Marianna induta 23. Novembris 1706, professa coram Rndo Ioanne Leydingk poenitentiario 21. Novembris 1707, consecrata a Rmo Theodoro Wolf episcopo Livoniae 12. Augusti 1708, obiit 15. Maii 1741.

Bartlinska Agnes induta 26. Maii 1608, professa anno sequente, obiit 19. Decembris 1657, religionis anno 49.

Białochowska Anna induta 17. Octobris 1638, et post annos 11 in ordine exactos mortua est plena virtutibus 11. Aprilis 1649.

Bębnowska Constantia obiit 11. Ianuarii.

Bielawska Sophia obiit 19. Septembris.

Bogusławska Anna induta die s. Annae 1587. Obiit circatrix 24. Septembris.

Borkowska Barbara induta 28. Augustii 1590. Obiit 9. Decembris.

...[1] Agnes. Obiit 22. Ianuarii ante 1590.

...[2] Anna induta 8. Octobris 1651, professa 15. Octobris 1652, consecrata a Rmo Stanislao Domaniewski, episcopo Margaritensi, suffraganeo Vladislaviensi, 27. Decembris 1663, obiit 28. Martii 1692.

Braunin Dorothea Gedanensis ad statum conversarum admissa 18. Ianuarii 1618, quae annis 55 in ordine exactis obiit 4. Novembris 1673. Haec anno 1655 aliis sororibus ob metum belli Svecensis Gedani commorantibus cum magno vitae et integritatis virginalis periculo Zukoviae permansit ac consororibus Gedani per triennium manentibus providit de necessariis.

*Brodnicka Hedwigis assumpsit habitum 21. Maii p. 354
1606 et 18 annis in ordine peractis obiit 29. Aprilis 1624.

Bronikowska Hedwigis investita 21. Maii 1606 et post annos 47 pie obiit 11. Martii 1653.

Bronowska Catharina commemoratur 8. Ianuarii.

---

1) Lacuna, omissum nomen: Borkowska. cfr. Perlbach p. 7
2) Lacuna, omissum nomen: Borkowska.

Bylinowna Anna induta 18. Iunii 1620. Obiit 24. Octobris 1624.

Bystramowna Elisabeth induta 14. Augusti 1709, professa coram Rndo Ioanne Leyding poenitentario 23. Augusti 1711, consecrata per Rmum Adalbertum Bardzinski, suffraganeum Vladislaviensem, 13. Octobris 1720, mortua 22. Decembris 1746, religionis 37.

Brudzienska Christina obiit 10. Ianuarii 1590.

Ciecholewska Elisabeth induta 11. Ianuarii 1665, professa 5. Augusti 1670, consecrata 29. Septembris 1672. Demum post 33 annos in ordine religiosissime exactos communibus votis electa in priorissam 6. Aprilis 1698. Praefuit laudabiliter annis 11, et obiit ipso festo s. Norberti 11. Iulii 1709.

Cieszenska Anna indata 30. Augusti 1657, professa ad statum conversarum 20. Augusti 1658, mortua 19. Maii 1687, ordinis 30.

Cieszenska Elisabeth induta 4. Octobris 1663, professa 5. Augusti 1670, consecrata 29. Septembris 1672, mortua 1. Maii 1688, ordinis 25.

Chlebowska Sophia obiit 22. Octobris } ante an-
Chodowska Ursula obiit 19. Novembris } num 1590.

Czenkiers Elisabeth priorissa ad annum 1558. Obiit 8. Februarii.

Czenkiers Elisabeth alia commemoratur 7. Maii. Obiit ante 1590.

Czapska Margaretha investita 3. Novembris 1591, electa in priorissam 27. Aprilis 1626 cumque praefuisset alternante fortuna 31 annos centenaria obiit Gedani, quo se ob incursionem Svecorum una cum monialibus contulerat et per triennium commorata est, 3. Octobris 1657, corpore Zukoviam translato ibidemque sepulto.

Czapska Marianna induta 21. Maii 1679, professa 10. Iunii 1680, consecrata per Rmum Petrum Paulum Mięszkowski, episcopum Marochiensem, suffraganeum
p. 355 Vladislaviensem, 7. Februarii*1688, electa in priorissam 1723, obiit 12. Maii 1731, anno regiminis 7. religionis 51.

Czapska Marianna, soror patruelis proximedictae priorissae, soror germana Illmi Valentini Alexandri

Czapski, episcopi Vladislaviensis moderni, filia Alexandri et Annae Białachowskiey, investita 6. Octobris 1697, professa 6. Octobris 1698, consecrata a Ŕmo Theodoro Wolf episcopo Livoniae 12. Augusti 1708, obiit piissime 29. Februarii 1735.

Czarlinska Iustina, filia Ioannis et Theresiae Szczepanskiey, a proprio parente (qui mortua coniuge statum spiritualem amplexus factus est canonicus Vladislaviensis) investita 21. Novembris 1690, professa coram eodem 25. Novembris 1691, consecrata ab Illmo Stanislao Szembek, episcopo Vladislaviensi, 15. Octobris 1701. Obiit 24. Maii 1717.

Dąbrowska Elisabeth induta 13. Novembris 1695, professa 19. Novembris 1696 coram Rndo Ioanne Leyding poenitentiario, consecrata ab Illmo Theodoro Wolf, episcopo Livoniae, 12. Augusti 1708, obiit cantorissa 16. Aprilis 1732.

Donimierska Regina induta 21. Maii 1679, professa 10. Iunii 1680, consecrata a Rmo Petro Paulo Mięszkowski, suffraganeo Vladislaviensi, 7. Februarii 1688. Obiit 26. Februarii 1727.

Donimierska Catharina induta 22. Augusti 1683, professa 2. Maii 1684, consecrata a Rmo suffraganeo proximedicto 7. Februarii 1688. Obiit 28. Maii 1719.

Dębinska Ursula 7. Februarii }
Dluska Regina 1. Aprilis } commemorantur[1].

Empelowna Dorothea induta 29. Iulii 1631. Obiit 20. Iulii 1653, aliis Hempelin.

De Gehemowna (von Gehema) Theresia induta 11. Octobris 1700, professa 13. Februarii 1701, consecrata ab Illmo Theodoro Wolf, episcopo Livoniae, 12. Augusti 1708. Obiit 5. Septembris 1744.

Ginczmans (Hintzmans) Catharina induta 27. Februarii 1633, obiit 12. Septembris 1639.

Gizewska Margaretha 6. Iulii commemoratur[2].

Glinska Elisabeth induta 2. Novembris 1614, post annum professa obiit iuxta menologium 1. Februarii

---

[1]) cfr. Perlbech l. c. p. 10 et 21.
[2]) Perlbach p. 42.

1661, in libro professionum autem habetur 18. Augusti
p. 356 et dicitur priorissa, una*ne an diversa quaeritur[1].

Glinska Barbara induta 30. Augusti 1657, professa conversa 20. Augusti 1658, obiit 23. Aprilis 1677.

Glinska Magdalena induta 4. Octobris 1663, professa 5. Augusti 1670, consecrata 29. Septembris 1672. Obiit circatrix et cantorissa 20. Aprilis 1698.

Golębiowska Anna iuduta 8. Octobris 1651, professa 15. Octobris 1652, consecrata a Rmo Stanislao Domaniewski, episcopo Margaritensi, suffraganeo Vladislaviensi, 27. Decembris 1663. Obiit 20. Februarii 1677.

Golębiowska Ursula induta 1624. Obiit 11. Aprilis 1670, ordinis 54.

Golinska Dorothea 6. Septembris
Gałczewska Catharina 25. Aprilis
Gorska Anna 9. Aprilis
Gorska Catharina 12. Decembris
Gosniewska Elisabeth 10. Ianuarii
Goczanowska Catharina 29. Aprilis
} commemorantur in menologio[2].

Gralewska Barbara induta 6. Octobris 1697, professa 6. Octobris 1698, consecrata ab Illmo Theodoro Wolf, episcopo Livoniae, 12. Augusti 1708. Obiit 2. Novembris 1727.

Gratowna Elisabeth, filia Francisci de Gratta, generalis postae magistri et sacrae regiae maiestatis secretarii, induta 15. Augusti 1678, professa 20. Augusti 1679, consecrata a Rmo Mięszkowski, suffraganeo Vladislaviensi, 7. Februarii 1688. Obiit 30. Octobris 1706.

Gruniewska Petronella 7. Novembris
Gubinska Helena 24. Maii
Gunicka Martha 3. Ianuarii
Gunicka Margaretha 24. Maii
Iałkowska Helena 25. Ianuarii
} commemorantur[3].

Ianowska Catharina induta 28. Aprilis 1680, professa 28. Aprilis 1681, consecrata a Rmo Mięszkowski, suffraganeo Vladislaviensi, 7. Februarii 1688. Obiit 1. Februarii 1744.

---

[1]) cfr. Perlbach p. 9 et 50.
[2]) Perlbach p. 54, 27, 22, 77, 5, 28.
[3]) Perlbach p. 69, 35, 3, 35, 8.

Iansonowna Euphrosina induta 29. Octobris 1684, professa 5. Ianuarii 1686, consecrata a Rmo Mięszkowski sufraganeo 7. Februarii 1688, obiit 25. Septembris*1692. p. 357
Gedano oriunda.

Iwanowska Sophia 13. Maii commemoratur[1]).

Kiiewska Anna induta 1594. Obiit 3. Maii circa annum 1616.

Kiiewska Dorothea 6. Aprilis commemoratur[2]), sed obiit 9. Aprilis 1633 Strzelnae, quo 2. Februarii 1582 missa fuerat pro reformatione conventus.

Kaczkowska Catharina 6. Ianuarii commemoratur[3]).

Kampen Christina induta pro conversa 1589, professa 1590. Obiit 24. Iulii 1629.

Kłosinska Susanna induta pro conversa 8. Octobris 1651, professa 15. Octobris 1652, obiit 7. Februarii 1693.

Knutowna Barbara induta 15. Octobris 1596. Obiit 21. Martii 1659, ordinis 63

Knutowna Sophia induta 15. Octobris 1596. Obiit 13. Novembris 1649, ordinis 53.

} duae sorores.

Knutowna Dorothea induta 14. Februarii 1610, professa coram Rndo Samuele Sierakowski, praeposito Strzelnensi (vacante praeposito Zukoviensi), 27. Februarii 1633, obiit 17. Decembris 1645, prima in urna sepulta.

Knutowna Elisabeth induta 1600. Obiit 18. Iulii 1644, prima in veste alba sepulta.

Knutowna Iustina induta 15. Februarii 1615. Obiit 15. Aprilis 1677, ordinis 62.

De Kleszczewo Podkamerowna Catharina 11. Decembris commemoratur[4]). Fuit alias professa Zarnovecensis s. ordinis Cisterciensis, reformatrix Zukoviae 1582.

Konarska Barbara induta 1589. Obiit 15. Augusti 1610.

Konarska Barbara induta 8. Februarii 1612. Obiit 6. Augusti 1626.

---

[1]) Perlbach p. 16: 13 Martii.
[2]) Perlhach p. 22.
[3]) Perlbach p. 4.
[4]) Perlbach p. 77.

Konarska Dorothea induta 4. Iunii 1618, professa 1619. Obiit 31. Martii 1622.

Konopadzka Catharina induta 18. Novembris 1618, professa 21. Septembris 1620, consecrata 20. Iunii 1626. Obiit 24. Novembris 1631.

Kolska Elisabeth 15. Octobris commemoratur[1]).

Kopycka Anna induta 1. Maii 1616. Obiit 4. Martii 1669, ordinis 53.

Korync Elisabeth induta 1589, professa 1590. Obiit conversa 19. Aprilis 1639, ordinis 50.

Koscenska Sophia induta 4. Iunii 1608, professa 1609. Obiit 30. Augusti 1663, ordinis 55.

Kosowna Elisabeth induta 8. Iulii 1640, professa 30. Augusti 1643. Obiit 31. Decembris 1696.

p. 358 *Kosowna Helena induta 30. Augusti 1643. Obiit 17. Novembris 1679.

Kosowna Dorothea induta 18. Iulii 1649, professa 21. Novembris 1652, obiit 1. Septembris 1694.

Koscieska Ursula Barbara 10. Ianuarii commemoratur[2]).

Kostczanka Catharina induta 1637, professa 20. Iunii 1638, electa in priorissam 1671, obiit piissime 14. Iunii 1689. Vide inter priorissas.

Kowalewska Anna induta 1. Maii 1611. Obiit 22. Maii 1656.

Kraiewska Gertrudis 18. Februarii commemoratur[3]).

Krępiszewska Catharina induta pro conversa 18. Iulii 1649, professa 21. Novembris 1652, obiit 9. Aprilis 1696.

Krzykowska Barbara 23. Ianuarii commemoratur[4]).

Kozyczkowska Elisabeth induta 2. Iunii 1637, professa 13. Iunii 1638, obiit 29. Maii 1642.

Lagen Anna induta 26. Iulii 1587. Obiit subpriorissa 2. Novembris 1628.

Lagen Anna altera Brunsbergensis induta 21. Maii 1606. Obiit 24. Februarii 1655.

---

[1]) Perlbach p. 64.
[2]) Perlbach p. 5.
[3]) Perlbach p. 13.
[4]) Perlbach p. 7.

Lagen Catharina induta 4. Iunii 1608. Obiit 27. Novembris 1667.

Lagen Regina induta 1589. Obiit 6. Aprilis 1633.

Łaszewska Catharina induta per Rmum Vieyski episcopum 29. Iulii 1675, professa coram Rmo Demuth, officiali Gedanensi, 9. Decembris 1675, consecrata a Rmo Małachowski episcopo 14. Augusti 1678, mortua 23. Februarii 1699.

Łaszewska Eva induta 14. Iulii 1709, professa coram poenitentiario 23. Augusti 1711, mortua 18. Decembris 1719.

Łaszewska Marianna induta 11. Septembris 1695, professa coram poenitentiario 19. Novembris 1696, consecrata per Illmum Stanislaum Szembek episcopum 15. Octobris 1701, electa subpriorissa 1731. Obiit 10. Maii 1744.

Łazarska Christina induta 13. Maii 1685, professa 5. Ianuarii 1686, consecrata a Rmo Mięszkowski suffraganeo 7. Februarii 1688. Obiit 31. Augusti 1722.

Łazarska Barbara induta 11. Octobris 1700, professa 13. Februarii 1701, consecrata a Rmo Wolf episcopo 12. Augusti 1708. Obiit 23. Maii 1746.

*Łebinska Marianna induta 21. Novembris 1690 p. 359
a Rmo Ioanne Czarlinski, canonico Vladislaviensi, professa coram eodem 25. Novembris 1691, consecrata ab Illmo Stanislao Szembek episcopo 15. Octobris 1701, mortua 23. Martii 1705.

Lerycowna Elisabeth, induta 21. Maii 1606. Obiit 4. Maii 1624.

Lewinska Regina induta 25. Septembris 1674, professa coram Illmo Thoma Vieyski episcopo 29. Iulii 1675, consecrata ab Illmo Małachowski, nominato Cracoviensi episcopo 14. Augusti 1678. Obiit 3. Septembris 1735.

Linowska Anna 17. Iunii
Linowska Praxedes 15. Aprilis } commemorantur[1].

Lniska Przeworska induta 21. Novembris 1610. Obiit 17. Augusti 1626.

---

[1]) Perlbach p. 39, 24.

Lniska Ludovica induta 13. Novembris 1695, professa 19. Novembris 1696, obiit 17. Novembris 1703.

Lniska Constantia induta 2. Iulii 1684, professa 5. Ianuarii 1686, consecrata a Rmo Mięszkowski suffraganeo 7. Februarii 1688. Obiit 22. Decembris 1730.

Lokowna Elisabeth 24. Ianuarii commemoratur[1]).

Lubomęska Sophia induta 15. Februarii 1586. Obiit 31. Martii 1638.

Lutomska Elisabeth induta 4. Iunii 1620. Obiit 20. Iulii 1632.

Makowiecka Barbara 1. Aprilis
Mąkowska Anna 8. Martii
Markowska Catharina 12. Septembris } commemorantur[2]).

Marquartowna Ursula Brunsbergensis induta 12. Septembris 1638, obiit peste 8. Decembris 1657.

Mazowiecka Agnes 22. Octobris commemoratur[3]).

Miączynska Apollonia induta 17. Februarii 1613. Obiit 25. Martii 1652. Alibi 28. Decembris 1662.

Mietlicka Anna 25. Ianuarii commemoratur[4]).

Mioduszewska Catharina induta 18. Iulii 1649, professa cum Catharina Krępiszewska et Theopila Rembowska 21. Novembris 1652, consecrata una cum Theophila ab Illmo Stanislao Domaniewski, suffraganeo Vladislaviensi, 27. Decembris 1663. Atque hae tres uti simul novitiae et professae, ita et in morte sociae fuere, nam uno eodemque anno et die ss. viaticum
p. 360 acceperunt*ac extrema unctione munitae sunt ac eodem mense in bona senectute mortuae sunt. Mioduszewska 29. Aprilis alibi 26. Aprilis 1696.

Motiliska Catharina 21. Octobris commemoratur[5]).

Neumanowna Elisabeth induta 1624. Obiit conversa 8. Maii 1673. Gedanensis.

Neumanowna[6]) Anna induta conversa 25. Septembris

---

[1]) Perlbach p. 8.
[2]) Perlbach p. 21, 56.
[3]) Perlbach p. 65.
[4]) Perlbach p. 8.
[5]) Perlbach p. 65.
[6]) al. Neiermanowna. cfr. Perlbach p. 19.

1674, professa 9. Decembris 1674, obiit 24. Martii 1689. Gedanensis.

Naremowska Barbara 14. Ianuarii
Nisczycka Dorothea 28. Aprilis } commemorantur[1].

Orzechowska Ioanna obiit 30. Maii 1595.

Osinska Magdalena 17. Ianuarii commemoratur[2].

Osiecka Anna induta 1594. Obiit 3. Iunii 1658, ordinis 64.

Pastoriuszowna Christina induta 25. Septembris 1674, professa 9. Decembris 1674, obiit 22. Decembris 1723, ordinis 49.

Pawlikowska Petronella, 22. Februarii commemoratur[3].

Pociernicka Elisabeth induta 11. Ianuarii 1665, professa 5. Augusti 1670, consecrata 29. Septembris 1672, obiit 9. Maii 1715.

Poczalkowska Margaretha 18. Ianuarii
Ponętowska Iustina 6. Ianuarii
Ponętowska Felicitas 4. Ianuarii
Ponętowska Sophia 26. Ianuarii
Popowska Hedwigis 20. Ianuarii } commemorantur[4].

Powalska Theresia induta 25. Septembris 1674, professa coram Illmo Vieyski episcopo 29. Iulii 1675, consecrata ab Illmo Małachowski, nominato Cracoviensi, 14. Augusti 1678, electa in priorissam 1710, mortua 28. Iulii 1723.

Poznaiewska Emerentiana induta 3. Iunii 1591. Obiit 7. Martii 1616.

Prisca Brunsbergensis induta 1589. Obiit 1590.

*Pruszkowska Dorothea obiit 27. Martii 1685, septu- p. 361
genaria.

Przerębska Beata 30. Iulii commemoratur[5].

Przewoska Elenora induta 22. Augustii 1683, professa 2. Maii 1684, consecrata ab Illmo Mięszkowski,

---

[1]) Perlbach p. 6, 27.
[2]) Perlbach p. 7.
[3]) Perlbach p. 4.
[4]) Perlbach p. 7, 4, 5, 8, 7.
[5]) Perlbach p. 47.

suffraganeo Vladislaviensi, 7. Februarii 1688. Obiit 29. Augusti 1722.

Przewoska Barbara conversa induta 13. Maii 1685, professa 5. Ianuarii 1686, obiit dispensatrix 27. Maii 1726.

Pułkowska Anna obiit 27. Ianuarii 1637.

Puzdrowska Eva induta 22. Augusti 1683, professa 2. Maii 1684. Obiit 2. Decembris 1717.

Radomska Elisabeth induta 27. Februarii 1633. Obiit cantorissa 5. Aprilis 1681.

Rembowska Elisabeth induta 21. Maii 1606. Obiit 26. Aprilis 1649.

Rembowska Theophila induta 5. Iulii 1649, professa 21. Novembris 1652, consecrata a Rmo Stanislao Domaniewski suffraganeo 27. Decembris 1663. Obiit 14. Aprilis 1696.

Rembowska Eleonora induta ab Andrea Swinecki praeposito 15. Septembris 1658, professa coram Rmo Laurentio a Demuth, officiali Gedanensi, 11. Octobris 1661, consecrata per Illmum Domaniewski suffraganeum 27. Decembris 1663, electa in priorissam 22. Augusti 1689. Obiit 27. Februarii 1698.

Rembowska Elisabeth (alibi Barbara) novitia obiit 22. Maii 1657.

Relesonowna Eleonora induta 6. Octobris 1697, professa 6. Octobris 1690, consecrata ab Illmo Theodoro Wolf, episcopo Livoniae, 12. Augusti 1708. Obiit 2. Octobris 1730.

Racięska Anna priorissa obiit 16. Aprilis 1626.

Radolinska Dorothea 15. Martii commemoratur[1]).

Radowiecka Dorothea ordinis s. Benedicti ex conventu Graudentensi obiit Zukoviae 27. Martii 1668.

Razowska Regina 17. Februarii } commemorantur[2]).
Redecka Sophia 17. Iunii }

Reqvartcowna Anna induta 1589, obiit conversa 21. Martii 1627.

---

[1]) Perlbach p. 16.
[2]) Perlbach p. 13, 39.

Rinarzewska Dorothea 2. Ianuarii
Rozinska Euphrosina 15. Februarii
Rysinska Catharina 1. Iulii
Rzuczewska Agnes 1. Ianuarii } commemorantur[1]).

*Ryczywolska Eva induta 11. Ianuarii 1665, pro- p. 362
fessa 5. Augusti 1670, consecrata 29. Septembris 1672, ciacatrix 1701, obiit 31. Iulii 1718, ordinis 53.

Ryngowna (Ringkin conversa ex Lutheranismo) Marianna induta 23. Novembris 1706, professa coram poenitentiario 21. Novembris 1707, consecrata ab Illmo Theodoro Wolf, episcopo Livoniae, 12. Augusti 1708. Obiit 10. Februarii 1735.

Sarnowska Hedwigis 25. Decembris commemoratur[2]).

Szmiedonowna Theresia Philippina induta 15. Augusti 1678, professa 20. Augusti 1679, consecrata a Mięszkowski suffraganeo 7. Februarii 1688. Obiit 18. Augusti 1746, ordinis 68. — Fuit haec filia Ioannis Ernesti a Schmieden, proconsulis Gedanensis et burgrabii regii, ac Adelgundis natae Hofmanin, nata 1662. Quae in posterum futura esset, ostendit a teneris annis. Nam a parentibus, parva adhuc, saepe ad Lutherana deducta fana, cum ibidem ex ore praedicantium nil nisi spurcas in Beatissimam Mariam Virgininem ac sanctissimum Dei audiret blasphemias, pro bonis nummis domi clam collectas laminas quaestuoso illorum immitebat saeculo, adeo ut erroris et haereseos magister non semel ex cathedra pestilentiae detonuerit contra tam erga se malevolos. Philippina vero probam monetam Christi elargiebatur pauperibus. Anno 1675 aetatis suae 13. a parentibus scholam recommendata Zukoviensem, ut acupicturam et Polonicam addisceret linguam, plura didicit, quam parentes unquam sperare potuerint; nam per id tempus ita amore religionis et fidei sacrosanctae Romanae catholicae capta est, ut 1676 Gedanum repetita a parentibus ad portam intra claustrum pedibus Venerabilis Kostczanka priorissae advoluta,

---

1) Perlbach p. 3, 13, 42, 3.
2) Perlbach p. 79.

humiliter ad s. ordinem admitti expetierit. Sed parens resistebat, unde facili in vota Pholippinae Vnblis Kostczanka probrose obiecit: Vos quaeritis lanam non non ovem, fortunam non animam. Sed consilio Vnblis Nicolai Sosnowicz poenitentiarii respondit priorissa: Tibi sit pecunia tua, nobis anima in pretio. Annum igitur probationis eodem anno incepit Philippina consilio Christi animata, patrem reliquit ac matrem Deo futura digna. Anno 1680. die 13. Aprilis monasterium
p. 363 Zukoviense fecit contractum cum * parente virginis ratione dotis filiam concernentis, in quo Philippina iam tunc professa renuntiavit omni fortunae paternae et maternae illique universae, quae aliquando in eam cadere posset, nihil sibi iuris retinens ad ullam haereditatem vel successionem, ad quae parens se submisit, filiae ad vitae tempora quotannis se soluturum 180 florenos, insuper post fata Philippinae in bonis suis inscripsit monasterio 3000 florenos, quae summa 14. Octobris 1746 soluta est ab haeredibus. Post professionem parens invitavit filiam, ut se Gedani inviseret, de consensu episcopi accessit haec parentem cum 2 sociabus monialibus atque per 2 hebdomades ibidem morata est. Videns parens devotionem, humilitatem et religiosam filiae modestiam, flevit. Ex largitionibus patris et consanguineorum emit lampadem argenteam ante altare Beatissimae Mariae Virginis et 7 candelabra in memoriam 7 dolorum et gaudiorum, e quibus septies per annum illluminabat altare Deiparae. Quotidie per omnem vitam in claustro praeter officium canonicum recitabat 7 psalmos poenitentiales et officium defunctorum. Insuper quot hominum mortuos aliqua die audivit, toties idem officium reiterabat. Contigit, quod illud pro animabus pensum aliquando omiserit, tunc nocte sequenti visibilis ei apparuit Vnblis Elisabeth Gratczanka sic illam compellans: Vigiliae pro mortuis ubi? Mox e lecto se proripuit et festinans ad chorum ibidem aliis dormientibus, quod neglexerat, compensavit. Sollicita pro conversione consanguineorum, saepe cum illis colloquium de rebus fidei miscebat, sed dum non proficeret, devotionem instituebat ad s. Norbertum

et s. Xaverium pro illorum conversione. Anno mortem praecedente, pauperem cellulae suae suppellectilem in gremium collectam ad priorissam detulit clavimque cellae eidem reddidit, paupertatis intima amatrix et ad infirmariam concessit, ubi 1746, aetatis 84, ordinis 70, die 18. Augusti sancte obiit. Ex annuis provisionibus Philippinae monasterium accepit 13000 florenos. In decorem ecclesiae eadem expendit 5000 florenos. Soror ipsius germana Adelgundis 2. Iunii 1699 nuptui tradita est Ioanni Godefriedo a Dieseldorp, proconsuli Gedanensi, cui cum 24 annos steriliter cohabitasset, mortua est 2. Septembris 1723,*quam maritus secutus est 29. p. 364
Iulii 1745 aetatis 77. Die 15. Februarii 1748 sepultus est Gedani Nathanael a Schmieden consul, ultimus huius familiae, relicta unica filia nupta comiti de Schwerin.

Sławogorska Anna induta 8. Februarii 1612. Obiit in villa Kamienica, capituli Mirachoviensis, 4. Decembris 1627, sepulta Zukoviae.

Smogołowna Eva induta 24. Novembris 1591. Obiit 14. Maii 1650, ordinis 59.

Sobinska Sophia induta 5. Februarii 1590. Obiit 15. Iunii 1649, ordinis 59.

Spławka Anna induta 21. Maii 1606. Obiit 16. Martii 1659, ordinis 53.

Stankiewiczowna Theresia induta a Rmo Ioanne Czarlinski, canonico Vladislaviensi, 21. Novembris 1691, consecrata ab Illmo Stanislao Szembek, episcopo Vladislaviensi, 15. Octobris 1701, obiit 10. Octobris 1739 sacristiana.

Swinecka Barbara induta 30. Augusti 1648, obiit 4. Maii 1704.

Swiniarska Magdalena de Strzelno oriunda, induta 15. Octobris 1596. Obiit 18. Augusti 1623.

Seska Margaretha 16. Ianuarii
Skarmierowska Hedvigis 2. Ianuarii } commemorantur[1]).
Skorkowska Anna 30. Aprilis

Sobinska Elisabeth priorissa obiit 14. Februari 1626.

---

[1]) Perlbach p. 6, 3, 28.

Sławkowska Dorothea 4. Ianuarii
Słupiecka Margaretha 13. Ianuarii
Smęgorzewska Sabina 2. Februarii 1638
Sopolinska Anna 11. Ianuarii
Sokołowska Marianna 21. Iulii
Subinska Barbara 1. Ianuarii
Suchorzewska Elisabeth 15. Ianuarii
Sulkowska Hedwigis 9. Ianuarii
Sułczynska Elisabeth 19. Novembris
Sukowska Catharina 19. Ianuarii
} commemorantur[1]). Hae omnes ante 1590 mortuae.

p. 365 *Sukowska Agnes electa priorissa 7. Februarii 1585. Fuit alias professa Strzelnensis, missa Zukoviam 2. Februarii 1582. Obiit 26. Novembris 1591.

Szogocka Margaretha 7. Octobris commemoratur[2]).

Tarakowska Anna induta 15. Februarii 1615. Obiit 6. Novembris 1647.

Tarakowska[3]) Anna 17. Marti 1635 obiit.

Tarnowska Hedvigis 20. Aprilis
Tarnowska Hedvigis 18. Maii
Tomicka Barbara 17. Aprilis
Tomicka Theophila 19. Septembris
Torunska Hedvigis 20. Ianuarii
Trąbczynska Sophia 21. Ianuarii
Trąbska Elisabeth 21. Iulii
} commemorantur[4]).

Ustarbowska Elisabeth induta 28. Aprilis 1680, professa 28. Aprilis 1681, consecrata a Rmo Męszkowski suffraganeo 7. Februarii 1688. Obiit 2. Iulii 1716.

Wąglikowska Flisabeth induta 1619. Obiit 14. Februarii 1638.

Weyherowna Dorothea 10. Februarii commemoratur[5]).

Węsierska Anna induta 30. Augusti 1657, professa 20. Augusti 1658, consecrata a Rmo Domaniewski suffraganeo 27. Decembris 1663, obiit 2. Martii 1692.

---

[1]) Perlbach p. 3, 6, 9, 5, 44, 3, 6, 9, 72 (Sułczynska obiit 22. Novembris), 7.

[2]) Perlbach p. 62.

[3]) Perlbach p. 17: Jaronowska.

[4]) Perlbach p. 26, 33, 25, 58, 7, 7, 44.

[5]) Perlbach p. 11.

Wiecka Catharina 1. Ianuarii } commemorantur[1]).
Wilkowska Anna 8. Ianuarii

Witonska Dorothea induta 2. Novembris 1614. Obiit 13. Septembris 1679, ordinis 65.

Witosławska Barbara 4. Februarii commemoratur[2]).

Woianowska Eva induta 21. Augusti 1639. Liber professionum et in menologio[3]) 2. Octobris Eva Woianowska ordinis s. Benedicti obiit Zukoviae.

Wolska Catharina induta pro conversa 15. Februarii 1586. Obiit 5. Ianuarii 1616.

Wronowska Hedvigis 27. Septembris } commemorantur[4]).
Wysocka Sophia 24. Martii
Zagorowska Elisabeth 20. Ianuarii

*Zakrzewska Barbara 27. Martii commemoratur[5]). p. 366

Zakrzewska von Felden Anna induta 30. Octobris 1622, electa priorissa 1661, obiit 28. Aprilis 1671.

Zapędowska Iustina induta 1. Maii 1611. Obiit 19. Ianuarii 1638 (alibi 1635).

Zapędowska Dorothea induta 18. Novembris 1618, professa 21. Septembris 1620, consecrata 28. Iunii 1626. Obiit 4. Iunii 1654.

Zawartowna Anna induta 4. Iunii 1620. Obiit 1. Novembris 1640.

Zawartowna Barbara 11. Octobris commemoratur[6]).

Zgierzynska Elisabeth induta 26. Iulii 1668, professa 5. Augustii 1670, consecrata 29. Septembris 1672, obiit 5. Ianuarii 1686.

Zuchocka Barbara 12. Ianuarii commemoratur[7]).

Zuromska Theophila induta 25. Septembris 1674, professa coram Illmo Vieyski episcopo 29. Iulii 1675, consecrata ab Illmo Małachowski, nominato Cracoviensi, 14. Augusti 1678. Obiit 14. Septembris 1706.

---

[1]) Perlbach p. 3, 4.
[2]) Perlbach p. 10.
[3]) 2. Augusti: Perlbach p. 47.
[4]) Perlbach p. 59, 19, 7.
[5]) Perlbach p. 19.
[6]) Perlbach p. 63.
[7]) Perlbach p. 5.

Zydowska Magdalena 10. Iulii commemoratur in menologio[1]).

Moniales 1748 superstites:

Bronkowna Constantia parentibus Martino et Catharina nata, induta per Rmum Dominicum Sieninski, episcopum Maroniensem, officialem Gedanensem, 19. Augusti 1725, professa coram Rndo Kitowski, surrogato Gedanensi, 15. Novembris 1726, consecrata ab Illmo Christophoro Szembek, episcopo Vladislaviensi, 15. Iunii 1732.

Bronkowna Sophia, soror Constantiae, induta per Rndum Kitowski surrogatum 12. Octobris 1732, professa coram Rndo Michaele Rzepczynski poenitentiario 1. Februarii 1733, consecrata ab Illmo Valentino Czapski episcopo 14. Octobris 1742.

Czapiewska Theresia induta 29. Septembris 1721, professa coram Rmo Ioanne Iugowski, archidiacono Pomeraniae, 2. Octobris 1723, consecrata 15. Iunii 1732.

Czapiewska Elisabeth, soror Theresiae, simul cum ipsa induta professa et consecrata. Cantorissa.

p. 367 *Czapiewska Catharina induta 12. Octobris 1732, professa 1. Februari 1733, consecrata 14. Octobris 1742. Celleraria.

Czapiewska Marianna induta per Rmum Adalbertum Leski, abbatem Pelplinensem, 18. Septembris 1740, professa coram Rndo poenitentiario avunculo suo 10. Decembris 1741. Subcantorissa.

Czapska Elisabeth induta 24. Octobris 1728, professa coram Rmo Thoma Czapski, abbate Pelplinensi, 4. Decembris 1729, consecrata ab Illmo Loci ordinario 15. Iunii 1732. Secretaria.

Czapska Ursula induta 21. Novembris 1734, professa 29. Septembris 1735, consecrata 14. Octobris 1742.

Czapska Eva, Francisci castellani Gedanensis filia, induta per Rmum abbatem Pelplinensem 18. Septembris 1740, professa 10. Decembris 1741, consecrata per Illmum Valentinum Czapski, episcopum Vladislaviensem, 14. Octobris 1742.

---

[1]) Perlbach p. 43.

Donimierska Contantia, item Theresia, sorores, simul indutae 14. Iulii 1709, professae 23. Augusti 1711, consecratae a Rmo Adalberto Bardzinski, suffraganeo Vladislaviensi, 13. Octobris 1720, prima cercatrix, 2 da magistra saecularium.

Gostomska Eva induta 29. Septembris 1721, professa 2. Octobris 1723, consecrata 15. Iunii 1732.

Gurska Constantia induta per Rmum Leski, abbatem Pelplinensem, 20. Septembris 1744, professa coram Loci ordinario 6. Decembris 1745.

Hebronowna Margaretha induta 19. Augusti 1725, professa 15. Novembris 1726. Male contenta ex electione priorissae 2. Octobris 1731 missa est Strzelnam.

Kaminska Barbara induta 21. Novembris 1734, professa 29. Septembris 1735, consecrata 14. Octobris 1742.

Kozyczkowska Theresia induta 12. Octobris 1732, professa 1. Februarii 1733, consecrata 14. Octobris 1742.

Lewinska Catharina induta 21. Novembris 1734, professa 29. Septembris 1735, consecrata 14. Octobris 1742.

Łysniewska Constantia induta 18. Septembris 1740, professa 10. Decembris 1741.

Pałubicka Concordia 1. Iulii 1727 annum probationis inchoavit, induta 24. Iulii 1728, professa coram Rmo Thoma Czapski, episcopo Dianensi, abbate Pelplinensi, 4. Decembris 1729, consecrata 15. Iunii 1732.

Pawłowska Ludovica et Ioanna, sorores, simul investitae 21. Novembris 1734, professae 29. Septembris 1735, consecratae 14. Octobris 1742.

Piotrowiczowna Anna induta 18. Septembris 1740, professa 10. Decembris 1741.

Przewoska Ioanna induta 18. Septembris 1740, professa 10. Decembris 1741.

*Pociernicka Anna induta 23. Octobris 1712, pro- p. 368
fessa 22. Octobris 1713, consecrata 13. Octobris 1720.

Pociernicka Theresia induta 24. Octobris 1728, professa 4. Decembris 1729, consecrata 15. Iunii 1732.

Rodziszewska Anna conversa induta 19. Augusti 1725, professa 15. Novembris 1726.

Rosochacka Dorothea annum probationis inchoavit 1744, sed male valens reassumptis vestibus saecularibus ad medicos concessit, restituta dein induta est 20. Septembris 1744, professa 6. Decembris 1745.

Sartawska Alexandra (alias Christina) induta 11. Octobris 1700, professa 13. Februarii 1701, consecrata ab Illmo Theodoro Wolf, episcopo Livoniae, 12. Augusti 1708, subpriorissa a 2. Octobris 1744. Virgo pia, quae ad crates vix unquam se ostendit.

Trębecka Ioanna, filia Iacobi, assessoris Dirsaviensis et notarii thesauri terrae Prussiae, induta 20. Septembris 1744, professa 6. Decembris 1645. Dotem attulit 3000 florenos.

Wolska Constantia priorissa moderna, induta 23. Octobris 1712, professa 22. Octobris 1713, consecrata 13. Octobris 1720. Postquam per omnes ferme ivisset gradus et novissime dispensatricem lacticiniorum egisset, tandem a Marianna Czapska priorissa in subpriorissam adoptata est; post cuius mortem 7. Iulii 1731 in priorissam electa est, quamvis non absque dissidio. Praeest nuncusque laudabiliter.

Wybczynska Christina conversa induta 11. Octobris 1700, professa 13. Februarii 1701.

Wysocka Marianna induta 12. Octobris 1732, professa 1. Februarii 1733, consecrata 14. Octobris 1742.

Zelewska Theresia induta 21. Novembris 1734, professa 29. Septembris 1735, consecrata 14. Octobris 1742.

Zelewska Marianna induta 20. Septembris 1744, professa 6. Decembris 1745.

p. 369 *Monasterium Gedanense ordinis s. Birgittae.

De prima fundatione: Dnus Conradus von Iungingen, ordinis Teutonici, magister generalis terrarum Prussiae, qui anno 1393. die s. Andreae apostoli in magistrum generalem electus protunc thesaurarius in Marienburg, vir doctus, pius, castus, pacificus ac plu-

rimis aliis virtutibus insignitus, anno 1396. monasterium duplex in veteri civitate Gedanensi aedificari curavit, unum pro fratribus, alterum pro sororibus ordinis sanctissimi Salvatoris et s. Birgittae. Cui monasterio praeter alia ecclesiam s. Catharinae cum omnibus bonis et proventibus, inter quae etiam fuit pagus Schiedlitz, adscripsit et tradidit. Anno 1397. ex mandato apostolico Bonifacii IX. ipso die conceptionis s. Mariae per Illmum episcopum Chelmensem fratrem Stephanum sorores ad observantiam regularem induci fecit; fratres vero introduci tot in numero, quot possent sufficere ad tenendum conventum et officium divinum decantandum, sub perpetua et inviolabili observantia regulae s. Augustini et constitutionum s. Birgittae anno 1400. die Annuntiationis Dominicae per eundem episcopum commisso Illmi Nicolai, Vladislaviensis episcopi, procuravit. Postquam vero ordinem Teutonicum 14 annos summa cum laude administravit, feria IV. post festum Paschae cum maximo totius populi luctu piissime obiit ac Mariaeburgi terrae mandatus est. Ita menologium[1]) dicti conventus.

Die 15. Februarii Dni Nicolai Kropelnau, qui monasterio nostro praedium Witomino partim vendidit, partim donavit[2]).

Die 12. Maii Dni Michaelis Ertzau, qui monasterio huic donavit praedium Ostrosko. Menologium idem[3]).

Anno 1587. die 16. Februarii monasterium una cum ecclesia ex negligenti ignis*domestici custodia p. 370
incensum et combustum est. Mansit abhinc ecclesia desolata usque ad annum 1602., quo tandem concurrentibus benefactoribus, praecipue Rmo Nicolao Milonio, officiali Gedanensi, (qui ad hunc effectum mille florenos largiter contribuit) iterum readificata est. Magistratus Gedanensis praetendebat olim iuspatronatus ad

---

[1]) Frydrychowicz, Das Toteubuch des St. Brigittenklosters zu Danzig: Zeitschrift d. Westpt. Gesch.-Ver. Danzig 1913. Heft 54. S. 200.

[2]) Frydrychowicz l. c. p. 196.

[3]) Frydrychowicz l. c. p. 202.

monasterium et bona eiusdem, sed amovit patronos hos zelosissimus antistes Illmus Hieronymus Rozrazewski, sibi et successoribus suis ius idem vindicans. Habet nihilominus monasterium nuncusque provisores duos ex consulibus, sed horum potestas non ulterius vigore constitutionis regni se extendit, quam circa pagum Schiedlitz. Multa ad hanc refert Lengnich in historia Prussiae ab anno 1586. usque 1622[1].

Abbatissae: 1. 1611 Catharina Engelsdorfin Brunsbergensis: Diese wurde ehe sie noch den Niviciat außgestanden, zur Priorin gewehlet, und bald hernach von den Bischoflichen Commissarien zur Abtißin ernennet, und die Vorige genöthiget, dieses Amts sich zu begeben. Lengnich[2]. 1622. eadem adhuc: Lengnich[3].

2. 1695: Alexandra Bystramowna. Confraternitas Cartusiana.

3. 1712: Anna Mallukin Varmiensis.

4. 1722: Anna Łaszewska.

5. 1731: 1749: Maria Elisabeth ab Hülsen, genere illustri in terris Prussiae ex Lutheranis parentibus orta. Virgo prudens et pia.

Priores: 1. 1695: 1716: Autonius Wagner Varmiensis.

2. 1731: Iacobus Hahn Varmiensis obiit in praedio Witomino. Post huius mortem prioratus ad triennium ex dissidio vacabat.

3. 1737: Bartholomeus Alberti Varmiensis.

4. 1740: Philippus Eichholtz Varmiensis.

p. 371 *5. 1745: Nicolaus Kreütz Gedanensis.

6. 1747: Petrus Gutt Varmiensis.

Conventus uterque ad annum 1731:

Maria Elisabeth ab Hülsen abbatissa.
P. Iacobus Hahn prior.
P. Augustinus Marqvart senior.
P. Reginaldus Eisenbletter concionator.
P. Philippus Eichholtz.
P. Bartholomeus Alberti.

---

[1]) Lengnich Tl. IV p. 226 sqq.
[2]) Lengnich Tl. V p. 46 sq.
[3]) Lengnich Tl. V p. 157.

P. Michael Kozlowski.
P. Ioannes Rostki.
P. Godefridus Malluk.
P. Mattheus Malluk.
P. Antonius Czaplowski.
P. Georgius Peters.
F. Iosephus Lentz } Laici.
F. Henricus Buchholtz } Laici.

Anna Mennin priorissa.
Magdalena Lemkin.
Dorothea Grewin.
Elisabeth Bartels.
Elisabeth Gossin.
Dorothea Rüschin.
Alexandra Łaszewska.
Rosalia Miłaszewicowna.
Christina Preüssin.
Theresia Mallukin.
Barbara Schröderin.
Helena Wegnerin.
Barbara Ungemachin.
Regina Helmin.
Sophia Miłaszewicowna.
Florentina Kahlin.
Birgitta Kirschendorfin.
Adelgundis Haraschin.
Cordula Lemanin.
Concordia Helmin.
Constantia Ciechowicowna.
Ioanna Gostomska.
Ursula Zakrzewska.
Anna Maria Hahnin.
Euphrosina de Meer.
Maria Elisabeth Eichhorstin.
Gertrudis Neümanin.
Anna Zwalnerin.
Susanna Niedersassin.

Patres adunum omnes et moniales pleraeque natione Varmienses sunt.

p. 372 *Monasterium Gedanense s. ordinis Praedicatorum.

Privilegium primae fundationis[1]) Ego Suantopelcus, dux Pomeraniae, tam praesentibus quam futuris praesens hoc scriptum inspecturis insinuandum dignum duxi, quod pauperum Christi verorumque fratrum ordinis Praedicatorum sanctae devotioni et toti mundo necessariae eorum religioni paterna sollicitudine providere cupiens, ad consilium venerabilis patris nostri, domini Michaelis, episcopi Cuiaviensis, et multorum proborum virorum ecclesiam beati Nicolai, quam capellanus meus dominus Wilhelmus pro commutatione aeque bona vel meliori, tam devote quam libere atque liberaliter resignavit, ab omnibus conditionibus liberam et liberatam, cum offertorio et sepultura gratanti animo in remissionem meorum peccatorum conferre curavi in perpetuum possidendam. Ut itaque tam legitimum et rationabile factum ratum perduret et inconvulsum, paginae praesenti curavi firmamentum adhibere atque sigilli mei testimoniique munimine roborare. Quisquis igitur ausu temerario vel invidiae stimulis agitatus huic nostrae donationi seu confirmationi aliquatenus contraire attentaverit, Dei Omnipotentis indignatione et anathematis gladio sanctissimi domini papae, sub cuius protectione me et fratres supradictos et locum, quem eis contuli, pono, se noverit esse plectendum. Testes autem sunt: Dnus Gotfriedus canonicns de castro et magister Erhardus, magister Ioannes physicus, magister puerorum Corvinus, dominus Ioannes Golius, magister Ioannes notarius ducis, comes Wenceslaus, comes Gneomirus, comes Wenceslaus subdapifer, Stephanus tribunus, Iacobus thesaurarius. Burgenses autem: Hermanus Sapiens scultetus, Andreas, Albertus et alii quam plures; quia coram omni populo in ecclesia
p. 373 beati Nicolai in Gdansk, ipsam ecclesiam beati Nicolai in *Gdansk publice contuli eis. Acta sunt haec ab incarnatione Domini anno 1227. 11. Kalendas Februarii in die beati Vincentii levitae et martyris.

Confirmatio eiusdem[2]): Ego Michael, Dei miseratione humilis Cuiaviae episcopus, tam praesentibus quam futuris praesens scriptum inspecturis insinuandum dignum duxi, quod pauperum Christi, videlicet fratrum ordinis Praedicatorum sanctae devotioni et toti mundo pernecessariae eorum religioni paterna sollicitudine in nostro episcopatu providere cupiens, ducem Pomeraniae Suentopelcum sollicitis precibus pulsare curavi, ut eos in ecclesiam s. Nicolai in Gdansk vellet collocare, quoniam capellanus praedictae ecclesiae, Wilhelmus, pro

---

[1]) Pommerellisches Urkundenbuch p. 30.
[2]) Pommerellisches Urkundenbuch p. 32.

commutatione aeque bona vel meliori tam devote quam libere resignavit. Qui benigne precibus nostris aurem accommodans praedictam ecclesiam praedictis fratribus ab omnibus conditionibus liberam et secundum ordinem eorum expeditam cum omnibus oblationibus et sepultura gratanti animo conferre curavit in perpetuum possidendam. Ut igitur tam legitimum factum ratum perduret et inconvulsum, praesenti paginae curavi firmamentum adhibere, atque sigillorum mei Vladislaviensis episcopi testiumque munimine roborare. Quisquis igitur ausu temerario aut invidiae stimulis agitatus huic donationi seu nostrae confirmationi aliquatenus contraire attentaverit, Dei Omnipotentis indignatione et anathematis gladio se noverit esse plectendum. Testes autem sunt: Bernoldus Plocii praepositus, Vincentius decanus, Petrus archidiaconus, Ioannes scholasticus, Ioannes custos, Grimaldus cantor Vladislaviensis, Wenceslaus s. Michaelis praepositus, Albertus decanus, Martinus scholasticus, Albertus custos Crusvicensis et tota synodus de Buchkow. Actum anno gratiae 1227. in octavis apostolorum Philippi et Iacobi.

Privilegium super turrim: Wir Bruder Conrad
Zolner von Rotenstein Hohemeiſter des Ordens der Brüder
des Spitals s. Mariae*deſ Deütſchen Haußes von Ieru- p. 374
salem, begehren wißend zu ſeyn allen denen, die dießen Brief ſehen, höhren oder leſen, das wir umb fleißiger Bitte und Begehrunge willen des geiſtlichen Mannes deß Prioris und deſ gantzen Convents der Prediger Brüder in Unſerer Stadt Dantzig, die ihre alte Handfeſte verlohren hatten, die ihnen unſer Vorfahr Bruder Henrich Dusmer ſeeligen Gedechtnißes gegeben hatte, und auch durch etliche anderer Sache und Gebreche willen, dieſelbe verlohrne Handfeſte mit Rathe und Willen unſer Mitgebietiger in dieſe Schrifft haben verwillet, und haben die obgenanten Prediger Brüder und die Rathmanne, Bürger nnd Einwohner derſelben Stadt Dantzig, mit ihrer beyder gutten Willen entſchieden und berichtet in ſolcher Weyſe, als hier ſteht geſchrieben: Die vorgenanten Prediger-Brüder ſollen haben gegen den Oſten ein Wand 2 Seile und 4 Elen in die Länge; gegen den Süden ſollen ſie haben eine Wand die ſol behalten 2 Seite ohne 2 Elen in die länge; die Wand gegen Weſten ſol ſeyn 2 Seile lang und eine Ruthe mynner, (paries septentrionalis hic desideratur). Was außer dieſen 4 Wänden iſt gelegen, das der vorbeniemete Prediger Brüder geweſen iſt, des haben ſie ſich ewiglich verziehen, und daßelbe ſoll der

Stadt Dantzig gäntzlich zugehören: und vor die Leitung des Waßers, die ihnen in dem alten Briefe erlaubet war, sollen dieselben Prediger Brüder mauren einen Thurm in der Stadt Mauren, da sie ihre privet oder Heimlichkeit inne haben mögen, und der Thurm sol so seyn: Die 3 Mauren außer der Stadt deren jegliche soll
p. 375 seyn 10* Ziegel dicke, und die Mauer zu der Stadtwerts soll seyn 7 Ziegel dicke, und den Thurm sollen sie bauen zweyer Wohnunge hoch, ober der niedersten Wohnung soll seyn ein Gewölbe 2 Zigel dicke und der obersten Wohnung soll die Stadt gebrauchen, und soll haben von außen in einem Wendelstein (eine Treppe) freü in das Gemach zu gehen sondern Hinderniß; und des untersten Gemachs sollen die ehrgenannten Prediger Brüder gebrauchen zu ihrem privet. Und in demselben Thurm sollen sie haben eine Thüre bey der Erden, ihre Heimlichkeit rein zu machen, wenn das noth ist, und die Thüre sol man vermauren 2 Zigel dicke. Der Thurm sol seyn von binnen breit und lang 20 Fuße, ob man das an dem Raume mag haben, und von dem Thurm sollen gehen 2 Schwiebogen biß an des Klosters Maur, also hoch über der Erde, das man darunter reiten und fahren möge mit einem Wagen eines fuder Heues, als 4 Hengste ziehen mögen, wenn man daß bedarf, sonder Hinderniße. Die erstgenannte Prediger Brüder sollen den Thurm bauen nach der Gebung dieses Brifes fort binnen den nechstkommenden 10 Jahren sonder allerley Verzug. Wäre es auch das der obgenanten Prediger Brüder Gemach ihnen baufällig würde, das mögen sie bauen und beßeren, wenn ihnen das bequem ist, sonder der Stadt Schaden. Auch sollen die vorgenanten Prediger Brüder haben binnen der Stadt ein Thor und eine Pforte in ihr Kloster, iegliches sol seyn 4 Elen weit. Auch sollen die Gaßen, da die Leuthe wohnen nechst dem Kloster allenthalben 2 Ruthen breit seyn. Zum ewigen Gedechtniße und Stet-
p. 376 tigkeit diser dinge haben wir unser Insiegel* an diesen Brief laßen hangen. Gegeben auf Unserem Hause Dantzig, in der Jahrzahl Unsers Herren 1384 am nechsten Dinstage vor Fastnacht. Gezeügen sint unsere Lieben Brüder Cuno von Liebenstein Groß-Compter, Herr Merten unser

Capellan. Bruder Dietrich von Lampheim Haus Comptor und an des Comptors stat zu Dantzke, Bruder Gerlach Münch an des Haus Comptors stat, Carl von Lichtenstein, Werner Tettinger unsere Compane und viele andere ehrsame Leüte würdiger Getraung.

Aliud: Wir Bruder Conrad Zolner von Rotenstein Hohemeister des Ordens der Brüder des Spitals s. Marien Deütschen Hauses von Ierusalem bekennen offentlich in diesem gegenwärtigen Briefe allen, die ihn sehen, hören oder lesen, das wir erstlich zwar von den Prediger Brüdern binnen der Mauer unser Stadt Dantzig zu S. Nicolas geseßen, ihrer alten Handfeste, die ihnen seeligen Gedächtnus Heinrich Dusmer unser Vorfahr gegeben hat, vermeinet haben, als der Briefe lautet, den wir ihnen gegeben haben. Doch da sie nach deßelben Briefes Anweisung bauen wolten, da merckten wir, das ein solcher Thurm der Stadt nicht nutze wäre an dem Ende, und hießen dieselbe Prediger Brüder einen Thurm zu ihres heimlich. Gemachs Nothdurft bauen 6 fus dick in den Grund, und 4 1/2 fus dick daroben, als Sie nun ihnen gebauet haben. Das zu einem Gezeügniß haben Wir unser Insiegel an diesen Brief laßen henken. Gegeben auf unserem Hause Dantzke, In dem Jahre Unsers Herren 1389 am Donnerstage nach dem Sontage Cantate.

*Confirmatio regia: Stephanus Dei gratia Rex p. 377
Poloniae etc. etc. Significamus nostris hisce litteris universis et singulis, quorum interest, exhibitas et productas fuisse apud Nos fratrum professionis s. Dominici ordinis Praedicatorum Gedanensis conventus nomine litteras pergameneas infrascriptas, continentes in se dimensionem areae eiusdem conventus in civitate Gedanensi per 4 ordinis sui fratres priores, uti commissarios ex generali Vratislaviensi ordinis sui capitulo eam ad rem designatos, una cum civibus Gedanensibus factam, uti in litteris eiusdem copiosius habetur descriptam. Quorum quidem litterarum sigilla cum intra bellicos tumultus confracta penitus et avulsa, supplicarunt Nobis fratres praedicti, ut easdem innovatas et authoritate nostra approbatas sub nostro sigillo sibi concederemus. Tenor vero earum litterarum fuerat talis:

Noverint universi praesentium litterarum (exemplar) inspecturi, quod nos fratres frater Henricus prior Thorunensis, frater Henricus, prior Culmensis, frater Nicolaus, prior Elbigensis, frater Petrus, prior Gedanensis, frater Nicolaus, prior Dirsaviensis, ordinis fratrum Praedicatorum ex commissione nobis speciali facta in capitulo nostro Vratislaviae celebrato per reverendum patrem fratrem Stanislaum, vicarium magistri ordinis nostri generalem super Poloniae provinciam, nec non et definitorum ac totius capituli memorati de discussione areae nostrae inter honorabiles cives Gedanenses et fratres ordinis nostri ibidem; quam commissionem, prout efficacius potuimus, sumus executi ita tamen, quod statuto die ac tempore idoneo una cum civibus memoratis convenissemus, assumpto super haec ex consensu partis utriusque honorabili domino Gerhardo Szebirk commendatore una cum suo vice commendatore et uno de senioribus fratribus eiusdem adiuncto, coram quibus arbitratum est concorditer et quiete sic: quod de benevolentia honorabilium civium praemissorum dispositio areae nostrae se habeat in hunc modum: videlicet quod longitudo nostrae areae versus orientem ad 2 chordas, quod in vulgari Seil dicitur, et 24 ulnas
p. 378 se extendit, item longitudo versus meridiem*similiter 2 chordas minus 2 ulnis, item versus occidentem etiam 2 chordas minus 9 ulnis, ad aquilonem similiter 2 chordas minus 9 ulnis. Caetera vero, quae amicabiliter sunt discussa, puta de dispositionibus platearum et de cursu rivuli ad conventum et aliorum conventui necessariorum, tempore suo ac magis oportuno privilegio maiori inferentur. Ut autem ordinatio praemissorum ex utraque parte sit officialiter vigorosa, sigilla officiorum nostrorum una cum sigillo reverendi domini commendatoris Gedanensis memorati sunt appensa. Datum et acta sunt haec anno Dni 1344. in crastino Simonis et Iudae apostolorum. Nos igitur rex Stephanus, cum ex ipsa vetustate scripturae et aliis quibusdem signis litteras illas nihil habere suspicionis animadverteremus, annuentes supplicationi fratrum Praedicatorum innovandas et approbandas esse duximus innovamusque et approbamus

atque eisdem fratribus praenominatis praesentibus hisce insertas sub nostro sigillo habendas concedimus, decernentes easdem vim et robur perpetuum (quatenus tamen usu comprobatae sint) habere debere. In cuius rei fidem et evidentius testimonium hasce manu nostra subscripsimus et sigillo communiri mandavimus. Datum Varsaviae in conventu regni nostri generali die 18. mensis Decembris anno 1579. Stephanus Rex I. S. Solicowski S. W. I. S. R. M.

Ex vita s. Hyacinthi authore Bzovio[1] cap. 12: Dixit s. Hyacinthus ad fratrum suum s. Ceslaum: Tu Boemorum etc., ego Prutenorum etc. et aliorum salutem curabimus. Ipse autem Prussiae, Pomeraniae etc. provincias peragrans, Dantisci etc. aliisque in locis praeclara accepit religionis Praedicatorum coenobia. Extant antiquitatis obductae notae, quando conventus Gedanensis 200 sodales cultui divino deditos hominumque salutem curantes alebat. Cap. 15[2]: S. Hyacinthus Masoviae finibus excedens, Prussiam ingreditur. Michaelem, episcopum Cuiaviensem, una cum duce Pomeraniae Suentopelco*tunc ibi reperit in eo totos esse, ut Prussia p. 379
universa iam olim sanguine Adalberti martyris irrigata, sed adhuc non usquequaque a gentilium vanitate expurgata, ad veri unius Dei culturam traduceretur. Ab iis benigne suscipitur Hyacinthus, dant ergo illi potestatem intimos recessus Prussiae pervagandi. Potestate accepta velut sol lucidissimus partes illas cymmeriis tenebris ignorantiae obrutas irradiat et in se oculos atque ora omnium convertebat. Amore eorum sibi conciliato, sapientia pone divina et eloquentiae profluvio, caecas illorum mentes ad lucem fidei contuendam adducebat et corda ad eorundem dogmatum amorem inflammabat, ut paucis annis id effecerit, ut insignes ad veram fidei doctrinam conversiones inibi, quin apud vicinos Pomeranos etc. fierent, idola deiicerentur et

---

[1]) Bzovius. Thaumaturgus Polonus seu de vita et miraculis s. Hyacinthi confessoris ordinis FF. Praedicatorum. Venetiis 1606. p. 27.

[2]) l. c. p. 32.

comburerentur, arae abominandae demolirentur et splendore evangelii plurimi illustrati, ad sanctae matris ecclesiae gremium redeuntes, Deo uni et trino templa magnifico sumptu aedificarent. Fateor quod prima religionis fundamenta apud illos iecit Adalbertus, episcopus et martyr, collapsa tamen eadem restauravit Hyacinthus. Ex hoc verbi semine Hyacinthi delectatus Suentopelcus dux et Michael episcopus monasterium religioni Praedicatorum Dantisci struxerunt. E tribus illis primariis sociis beatum Benedictum Gedanensibus et universae Prussiae praefecit. Vere possit Hyacinthus Prussiae, Pomeraniae etc. apostolus nuncupari. Cap. 17.[1]): Ferunt s. Hyacinthum ex Moscovia Prutenos adiisse, et fratres divinis studiis Dantisci iam intentos roborasse.

Ex propagine D. Hyacinthi authore Bzovio eodem cap. 1[2]): Conventus in ducatu Prussiae: Gedanensem s. Nicolai Suantopelcus dux Pomeraniae de consilio et consensu Michaelis Vladislaviensis episcopi
p. 380 anno Dni 1227. die 20. Ianuarii fundavit.*Cap. 5[3]): Beatus Benedictus, prima s. Hyacinthi in spirituali propagatione foetura, secretorum Hyacinthi conscius, charismatum meliorum aemulator, divinarum apparitionum et revelationum oculatus testis, miraculose per rapidissimum largissimo amne fluentem Vandalum (Vistulam) super aquas tumentes strato pallio a s. Hyacintho vectus, monasterio Gedanensi praelatus fuit. Beati Benedicti sacras reliquias Gedani forte fortuna non ita pridem repertas fuisse a furenti milite haeretico (1578) maiores nostri sua nostraque memoria referunt. Eo enim tempore, quo Gedanum Stephani I. regis Poloniae sceptris subesse recusabat et quo obsidebatur, praesidiarius miles a Gedanensibus pro stativis destinatus ad conventum s. Nicolai fratrum Praedicatorum, uti misere divexatos fratres inde pepulisset inque sa-

---

[1]) l. c. p. 39.

[2]) Bzovius, Propago D. Hyacinthi, thaumaturgi Poloni seu de rebus praeclare gestis in provincia Poloniae ord. Praedic. Venetiis 1606. p. 7.

[3]) l. c. p. 36.

cram suppellectilem monasterii manus impias iniecisset, in choro ecclesiae reconditum fore thesaurum tunsione parietum explorans, in maceriem muro obductam casu per indicium notum incidit. Aperitur maceria reperiuntur cancellis fereis vitroque protecta ossa hominis beati. Divi Benedicti corpus esse signo honorificentissimae sepulturae coniectantes, illam pretiosam corporis glebam in profluentem Motlavam homines phanatici proiecerunt etc. Victorinus Condinus, prior Gedanensis. Cap. 7[1]): Frater Hieronymus Ciranus sanctae theologiae magister a sacris confessionibus Sigismundi Augusti, regis Poloniae, provincialis in capitulo Loviciensi 1565 electus, dum pro restauratione religionis apud Gedanenses cives haereticos laborat, ab iisdem veneno extinctus, ibidem quievit 1567. Et pag. 73: Opponebat se et acer ille frater Hieronymus Ciranus, ea de causa a Gedanensibus impiis veneno enectus. Pag. 75: Praetereo veteres illos etc. Michaelem magistrum reformatorem conventus Gedanensis.*Pag. 61, 80, 81: Frater p. 381
Melchior Mosticensis (a Mosciska), sanctae theologiae magister, conventum Gedanensem iam fere in prostibulum ab impiis civibus haeresi infectis versum, religioni vindicavit. Fuit tertio Provincialis et obiit 1591. Pag. 98: Gedanensis s. Nicolai conventus nemini in Sarmatia propter multitudinem olim fratrum (plus quam centum alebat ex censu perpetuo, viritim ex omnibus et singulis tam publicis quam privatis domibus Gedanensium soluto) aedificorumque magnificentiam secunda. Civitas Gedanensium sub annum 1227. a piscatoribus tantum habitata, a Suentopelco duce Pomeraniae adscripta est fratribus Praedicatoribus. Decursu temporis frequens esse accolis cepit, tum propter fratrum religiosam conversationem cultumque divinum auctum, tum propter commercia mercimoniorum ex transmarinis regnis vecta ad eam hinc evecta. Non gravatim fratres Praedicatores concessere locum sibi adscriptum advenis, modo ex domibus publicis privatisque in solo coenobii excitatis, censum unusquisque per suas familias con-

[1]) l. c. p. 61.

ventui penderent. Pari pietate qua iure emphiteutico concessa est Gedanensibus area, ex eadem a singulis feriis VI. unius vocabant scoti, solvebatur census, donec infelici anno 1526. haeresi Lutherana cives imbuerentur. Pepulerunt tunc a conventu fratres suos beneficos, per summam iniuriam bachantes haeretici cives. Nihil nisi vitam secum efferentibus miseris fratribus, in omnia phanatici desaevierunt. Suppellectilem copiosam sacrarii, argentea et aurea vasa, clenodia summi pretii, sacra paramenta ex senatus impii consulto, quin et privilegia, munimenta monasterii a sacrilegis ablata in commune praetorii aerarium retulerunt, eoque censu annuo fratres non multo post a Sigismundo I. rege Poloniae conventui restitutos privaverunt. Fratribus sua repetentibus semper animis irritabantur haeretici cives, subinde occasiones aucupabantur iterum eos statione eiiciendi. Prolata est anno 1564., quo peste grassante
p. 382 *pater frater Daniel prior cum caeteris fratribus conventus interierunt. Illico senatus iterum in monasterium involat illudque occupat, donec ad supplicationes patrum Melchioris Mosticensis et Hieronymi Cirani per illustres regiae maiestatis Sigismundi Augusti commissarios Ioannem Kostka, castellanum Gedanensem, Georgium Ostrovicium, vicecamerarium Mariaeburgensem, Gasparum Geschkou, abbatem Olivensem, iussu edictoque regio aegre, sed non integre fratribus restitueretur anno Dni 1567. die 23. Augusti. Quo speciosior tertio se illis obtulit occasio furendi in coenobium, eo magis vesana remulentia ferinae sevitiae assumpta in conventum et fratres tumultuati sunt anno 1576., quo tempore contra datam regibus Poloniae fidem Stephano I. regi regnoque universo perfidi rebellarunt. Cum primum ad eos nuntius detulisset, quia Stephanus rex ditionis Gedanensis Zulavam ferro igneque popularetur, extemplo stipendiarium militem suum in conventum truserunt. Quae licentia est militis mercenarii haeresi pestifera in omne scelus instructi? malo suo edocti expertique sunt fratres et inquilini conventus. Nam die 26. Septembris furore perciti in monasterium irruentes fratres, qui supererant, alios percutiunt, alios in ergas-

tulum vinctos coniiciunt, nemine prohibente omnia usualia diripiunt. Nec contenti (sic scriptum reliquit posteritati Mosticensis) istis rebus, sed ecclesiam, locum Deo dicatum, cum rabie Schytica intrantes, spinam coronae Dominicae, insigne clenodium, prophanaverunt, imagines sacras deicerunt, altaria everterunt, caeteram suppellectilem sacrarii, quae priori furori supererat, clenodia, sacras vestes, privilegia conventus et omnem ecclesiae ornatum abstulerunt inque usus prophanos converterunt. Divinissimo etiam Eucharistiae Sacramento infandi non pepercerunt, illud e pixide argentea in terram proiicientes pedibus spurcissimis calcarunt. Bibliothecam vastarunt librosque partim dilaceraverunt, partim exusserunt, neque destiterunt, donec apertam divini numinis vindictam oculis suis obiectam manifeste viderent. Quidam ad Cru*cifixi p. 383
imaginem, quae perstat adhuc in medio ecclesiae, admota scala ascendit, in securi et ascia demoliturus eam super trabem, cui stipes crucis inhaerebat, sistens semel et secundo asciam vibrat lignumque crucis leviter scindit. Tertio elevat manum ictumque graviorem dare arbori nitebatur et ecce vi impetuque quodam inviso, licet firmiter sese teneret, omnibus inspectantibus in terram proturbatur inque momento horae cervicibus cruribusque fractis expirat, frustra eum caeteris iuvantibus fugientemque ad inferos animam in exanimi cadavere quaerentibus. Moleste eam rebellionem furoremque ferebat rex Stephanus, quamobrem cum civitate potitus esset rebellesque haereticos sua servitute compescuisset, religioni conventum restituere gravi edicto praecepit. Restitutum est monasterium fratribus altero post anno, quo pulsi erant, cura patris fratris Melchioris Mosticensis. Postliminio regressi fratres ad conventum omnia infesta repererunt: ecclesiam devastatam, imagines sectas et semiustas, altaria eversa, fores omnes effractras, suppellectilem universam sacrarii et domus direptam; cives adhuc minas caedesque spirantes, quo se alerent, quo tegerentur, non inveniebant. Indoluit eorum vices illustrissimus antistes tunc Vladislaviensis Stanislaus ille Carncovius, vidit et ovi-

culas suas Gedanenses haeresi pestifera contaminatas et de eis ad caulas ecclesiae reducendis cogitavit. In partem igitur curarum suarum fratres s. Dominici (qui soli Gedani ex clero remanserunt restituti) vocavit, ut officium parochorum, qui ab ovibus illa tempestate expulsi fuerant, susciperent, instanter postulavit et voluit. Ne cum periculo vitae ostiatim de quotidiano victu emendicando essent solliciti, ex redditibus episcopatus sui tunc Vladislaviensis censum (praebendam vulgo vocant) 500 circiter florenorum inscripsit et cum zelo successores suos omnes adhortatus est, ut tam sancto instituto facerent satis, nisi omnino perire fidem catholicam apud Gedanenses malint Iudaeque marsupium quam animas sanguine Iesu Christi redemptas magis deligerent. Labores, quos fecerunt fratres provinciae Poloniae in eadem civitate, non fuerunt obscuri exteris quoque nationibus. Ita de illis Gabutius Novar-
p. 384 riensis in vita Pii V. pontificis lib. 5. cap. 11[1]):*Interea ait ubique ferme gentium Pii V. pontificis opera sanctae religionis cultus renovabatur egregie, imprimis vero Dantisci. Erat in ea civitate catholicae veritatis lumen ita extinctum, ut omni ecclesiae ordine iam sublato, nullum fieret sacrae missae sacrificium, nullae sacrae conciones a catholicis unquam haberentur, omnia denique Lutherana peste aliisque pessimis depravatae religionis erroribus referta, miserandum in modum interibant. Verum huius pontificis ope Dominicanae familiae fratribus templum coenobiumque suum ibi restitutum est. Quae aedificia et amplitudine et opere praeclara etiamnum extabant militum hospitio ac praesidiis exposita. Qua restitutione facta plurimi concionatores egregii (Pater Severinus magister inter alios erat ecclesiastes) aliique praeterea eius ordinis sacerdotes eo missi sunt. Qui sacris faciundis tantoque illorum populorum concursu atque frequentia, quanta explicari vix potest, concionatoribus habendis, eas gentes ad fidem catholicam reduxerunt, pontificiis tum precum tum pecuniarum (quas Carncovio episcopo imposuerat) subsidiis adiuti.

---

[1]) Vita b. Pii V. Papae auctore Ioanne Antonio Gabutio: Ancta Sanctorum. Maii t. I Antwerpie 1680. l. 3 c. 5 p. 661.

Priores: 1. 1227: Beatus Benedictus, primus prior a s. Hyacintho institutus, uti supra.

2. 1344: Pater Petrus
3. 1564: Pater Daniel, qui peste mortuus est.
4. 1578: Pater Victorinus Condinus
} uti supra.

5. 1733: Pater Hyacinthus Gruszewicz, s. theologiae doctor, per sexennium prior. Obiit.

6. 1739: Pater Michael Foland s. theologiae praesentatus, per sexennium prior.

7. 1748: Pater Antonius Lang, s. theologiae doctor a sexennio prior.

1642. Pater Iustinus Miechoviensis prior, author, Discursuum praedicabilium super litanias Lauretanas.

*Monasterium Gedanense patrum Carmelitarum. p. 385

Quando primum Carmelitae Gedani sedem suam fixerint, nullibi expresse consignatum exstat; id vero certum est, monasterium Gedanense caetera omnia per Poloniam fundatione praecedere ipsisque antiquius esse. Hoc colligitur: 1: quia primum monasterium fundatum et exstructum fuit in civitate iuniori Jungen Stadt Dantzig, uti omnes Prutheni et Gedanenses historici testantur, et antiqua rudera fundamentorum demonstrant. Suburbium autem illud (ut Schützius[1]) testatur) fuit cum curia, fornicibus, officinis, ecclesiis et monasteriis (quorum ibi erant aliquot) fundatum a Winrico de Knieprode, magistro generali Crucigerorum Theutonicorum, nam cum dicti Crucigeri a Conrado Masoviae duce in auxilium contra Pruthenos vocati et possessionibus amplissimis in confiniis Prussiae ditati fuissent, etiam fundatoribus suis Polonis regnum eripere voluerunt et aliquot provincias de facto eripuerunt et inter caetera Gedanensem civitatem per fraudem et vim nundinarum anno 1310. plurimis cesis tam indigenis quam advenis

¹) Schütz (Historia rer. Pruss. 1599. fol. 87v) testatur civitatem iuniorem Gedanensem a Conrado Wallenrod fundatam esse.

occuparunt. Unde non fidentes antiquis civibus dictus magister Winricus cum consilio aedificavit ad civitatem Gedanum versus mare suburbium Jungen Stadt et illud pluribus privilegiis quam veteris et novae civitatis Gedanensis cives habuerunt, munivit solisque Germanis ad habitandum dedit, quibus et subsequentes magistri generales plus favebant et fidebant quam caeteris Gedanensibus. Unde factum fuit, quod illud suburbium brevi in civitatem magnam coaluerit; nam anno 1455. habuit domos plus quam 1400. Constat autem dictum magistrum Winricum de Kniprode praefuisse Crucigeris ab anno 1351. usque ad annum 1382.; ergo intra illud tempus primum monasterium Carmelitarum in der Jun-
p. 386 gen Stadt fundatum fuit[1]).*2. Id colligitur ex antiquis provinciae Poloniae actis, in quibus exstat, quod semper ab antiquo priores Gedanenses praecedebant omnes priores conventuum Poloniae tanquam monasterii prius fundati. 3. Id colligitur ex actis capituli Bidgostiae anno 1468. celebrati, ubi inter caetera haec habentur: Venerabilis prior conventus Gedanensis proposuit, quomodo propter funditus antiqui conventus destructionem terraeque Prussiae devastationem et aggravationem, dimittatur sibi praxis taxae ordinariae ad tempus. Ubi cum primum Gedanense monasterium Carmelitarum antiquum vocet, videtur, quod ad illum annum ad minus centum anni effluxerunt a prima eius fundatione.

Fuisse autem illud monasterium fortissimis muris et magnifice erectum, historiae Gedanenses testantur. Quae autem fuerit causa tum suburbii tum Carmelitarum monasterii demolitionis, idem Gaspar Schützius[2]) describit: Quomodo scilicet anno 1454. Gedanenses et ceterae melioris notae personae detestantes tyrannidem Crucigerorum, una die omnes praesidiarios et commendatores ipsorum occiderint et Casimiro III. regi Poloniae se subdiderint. Et quia cives novae et antiquae civitatis Gedanensis optime sciebant, quomodo suburbani Iungenstadenses erant prae ceteris Crucigeris dilecti,

---

[1]) cfr. Schematismus der Dioec. Culm. 1904 S. 110; Simson, Danzig. 1903 S. 40, 94.
[2]) Schütz p. 210 sq.

non illis fidebant, sed semper timebant, ne clandestine illos in suum suburbium immitterent et toti civitati negotium facesserent. Quare regi Casimiro, quod illis e suburbio Jungen Stadt imminebat, periculum exposuerunt et suis supplicationibus obtinuerunt, ut illud ipsis demoliri permiserit. Verba dicti historici Schützii lib. 5. caput de demolitione Jungen Stadt in germanico haec sunt[1]): Gedanenses dum non multo fiderent Iungenstadianis, summe laborarunt apud regem Casimirum, ut civitas Junge Stadt funditus tolleretur. Erantque in ea supra 1400 domus, sancti Georgii templum, sancti Bartholomaei templum, sanctae Mariae alborum monachorum monasterium et aliquot conventus monialium, curiae, fornices mercatorum, quae omnia aedificia funditus demolita et in cumulum lapidum reposita sunt. Sed in hoc iste autor fallitur,*quod p. 387
statim illo anno 1454. simul cum suburbio Junge Stadt nostri monasterii demolitionem referat, cum adhuc (destructo totaliter illo suburbio et ceteris ecclesiis ac monasteriis) plus quam 7 annis solum in campis relictum fuisset, sed cum periculo; nam cum ibi plurimi simul ex civitate ratione indulgentiarum adfuissent, a militibus Crucigerorum capti et spoliati fuerunt, ut postea nec ipsi fratres ordinis Carmelitarum auderent in illo manere. Sed de licentia suorum superiorum et reverendissimi loci ordinarii Ioannis V. Grusczynski, episcopi Vladislaviensis 33, per commutationem acceperunt a dominis consulibus Gedanensibus ecclesiam sancti Georgii cum hospitali leprosorum in veteri civitate, ubi novum monasterium et successive amplissimam ecclesiam aedificare ceperunt. Cum ergo (Andreas Haasius sanctae theologiae magister, conventus Gedanensis saepe prior, germanorum facundus ecclesiastes annis 38 et ultra continuis, mortuus Gedani 1670 die 16. Martii, ut vult speculum Carmelitarum[2])) existens prior illius conventus anno 1647. et 1648. cum

---

[1]) Schütz l. c. fol. 210 sq.

[2]) Daniel, Speculum Carmelitanum t. II. Antverpiae 1680. p. 1104.

dominis Gedanensibus in curia serenissimi regis de ablatione fundorum per maiores ipsorum tum antiqui tum moderni novi monasterii iure agerem, volentes innocentiam suam declarare obtulerunt mihi per suum dominum syndicum hunc extractum antiquae concordiae maiorum suorum cum nostris in hac materia et dixerunt se originale ipsius in curia inter caetera monumenta habere. Quod an in omnibus sit verum nescio, illud tamen huc apponere placuit. In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos proconsul et consules civitatis Dantzig, Vladislaviensis dioecesis, universis et singulis praesentes nostras litteras quomodolibet visuris et inspecturis significamus, quomodo venerabiles religiosique patres domini prior, fratres et conventus de monte Carmelo eorum monasterium nostrae civitatis praedictae Gedanensis in campo situm, cum propter duram guerrarum commotionem, quae in Prussiae terris immaniter invalescit, tum propter hostiles et graves inimicorum insolentias et incursus in eo divina officia quietis animis sanaque conscientia minime exercere usuique perpetuo famulari non pos-
[p. 388] sunt commode, his aliisque legitimis*causis animos ipsorum moventibus coacti et compulsi sunt illud relinquere et ad memoratam nostram civitatem fugae subsidium recipere, ipsum monasterium vacuum dimiserunt. Verum cum dictum monasterium muris fortissimis erectum et constitutum in maximum dictae nostrae civitatis nocumentum et damnum cedere posset, cum memoratorum dominorum prioris, fratrum totiusque conventus unanimi consensu expressaque voluntate ordinarii et authoritate ipsorum superioris licentia legitime intervenientibus demoliri et solo coaequari fecimus. Ne autem memorati domini prior, fratres et conventus eorumque sequaces propter huiusmodi demolitionem nimium videantur in opprobrium regularis observantiae pati dispendium, sed ut divinus cultus per eos continuum recipiat incrementum, ecclesiam sancti Georgii ex opposito hospitalis sanctae Elisabethae inter muros et moenia nostra sitam, tanquam in loco ipsis apto et idoneo, cum campanili, campana aliisque aedificiis ad

eandem ecclesiam pertinentibus olim et quemadmodum praebendarii et leprosi inibidem degentes tenebant, inhabitabant et possidebant, pro usu et habitatione perpetua dictorum prioris, fratrum et conventus duximus dandam et concedendam ac tenore praesentium damus, concedimus et assignamus talibus metis et limitibus seu graniciebus: incipiendo ab acie plateae sancti Georgii discedendo per plateam sanctae Elisabethae usque ad parvam curiam sancti Georgii exclusive, quae pars intra 19 perticarum vulgariter Ruthen vocatarum spatium continet. Et deinde ab acie eiusdem parvae curiae sancti Georgii per directum usque ad plateam, quae verlohrne Gaße appellatur, ascendendo, ubi spatium 18 perticarum mensuralium praedictarum uniusque ulnae. Ab illa acie universa ascendendo per dictam plateam verlohrne Gaße appellatam usque ad memoratam plateam transversalem sancti Georgii, ubi et modo quo supra 19 perticarum mensuralium spatium observatur. Demum ab eadem acie plateae sancti Georgii usque ad aciem eiusdem plateae, ubi designatio granitierum memoratarum inchoabatur, descen*dendo, ubi spatium 16 perticarum mensuralium p. 389
una et media ulna habetur. Insuper domos, aedes et mansiunculas prope dictam ecclesiam sancti Georgii circumcirca contiguas et adiacentes ac inter limites praedictos existentes et comprehensas, quas dicti domini prior, fratres, conventus et eorum sequaces ac successores tam ex donatione eleemosynaria, largitione testamentaria, quam pro eorum pretio, emptione aut quacunque alia acquisitione assequi valeant, perpetuis temporibus dictis dominis, priori, fratribus et conventui liberam licentiam et facultatem tenore praesentium concedimus possidendas. Et pro substantia firmiori, ut huiusmodi concessio, donatio et assignatio uberioris roboris firmiter subsistere possint et ut in eorum loco de novo monasterium cum eorum observantia erigendi, fundandi, constituendi et aedificandi seu erigere, fundare, constituere valeant, plenam liberam et omnimodam concedimus facultatem. Datum in praetorio civitatis nostrae praedictae anno 1464. feria IV. Paschae (4. Aprilis)

nostro sub secreto in robur et testimonium praemissorum praesentibus subappenso.

Auscultata et diligenter collationata est haec praesens copia litterarum per me Nicolaum Rickelinum, dioecesis Vladislaviensis publicum sancta apostolica authoritate notarium, et in praedicta dioecesi Vladislaviensi per Rmum Dominum Ioannem (Lutecum de Brezia) Dei gratia episcopum Vladislaviensem modernum admissa. Et concordat cum vero suo originali de verbo ad verbum. De quo fidem indubitatam mea manu hac propria facio.

Meminit et Schützius huius commutationis verbis huiuscemodi[1]: Anno 1455. die 14. Ianuarii Gedanenses unanimiter Iungenstadium aggressi sunt, domos et templa destruere ceperunt, albis monachis ibidem monasterium habentibus (intellige Carmelitas, hoc enim nomine Gedani vocantur) alium locum ad aedificandum in veteri civitate Gedanensi concesserunt. Flagellantibus similiter commodum assignantes locum.

Quod, ut in antiquis nostris capitulorum provincialium actis consignatum est, obtinuerunt titulo one-
p. 390 roso, nimirum cum onere solvendi annuatim 10 marcas* Pruthenicas sacerdoti, qui prius ecclesiae sancti Georgii curam habuerat et sustentandi aliquot praebendarios eiusdem xenodochii usque ad tempora vitae; nam in capitulo anno Domini 1468. habentur haec verba: Item venerabilis prior conventus Gedanensis proposuit, quomodo propter funditus antiqui conventus destructionem terraeque Prussiae devastationem ac magnam agravationem, quam patitur propter praebendarios, qui dicto conventui assignati sunt, in quantum eundem sicut fratres desiderant, possidere vellent nec non propter solutionem 10 marcarum Pruthenicarum cuidam sacerdoti ad tempora vitae suae, petiit dictus prior, quatenus dictorum intuitu et quia conventus census non habet neque terminarios, dimittatur sibi pars taxae ordinariae ad tempus.

An autem tam prius quam posterius nostrum mo-

---

[1]) Schütz l. c. fol. 210v.

nasterium Gedanense aliquos stabiles redditus et certam fundationem habuerit, nihil certi est, nisi quod circa tempus fundationis monasterii vel paulo post domina Anna Moldakowa, vidua civitatis Gedanensis, hortum suum 3 iugerum, quem in suburbio Hoppenbruch per viam tantum intermediam a Schotlandia distante ipsa et maiores eius titulo feudi habuit, de consensu reverendissimi domini episcopi Vladislaviensis novo nostro monasterio in perpetuum contulit, in quo patres Carmelitae hortos et officinas multo tempore habebant, sed proh dolor! Civitate illa ad Lutheranismum prolapsa, pater Thomas Ocieski prior anno 1553. sicut nonnulla antiqua bona, ita et illum hortum a conventu nostro Gedanensi alienavit et ipsum pro 200 marcis Pruthenicis (nunc 20 aureos ducatos, protunc autem 60 ducatos facientibus) cuidem alteri feminae viduae vendidit sine scitu provincialis et superiorum suorum et illam venditionem a Ioanne Droiewski, protunc episcopo Vladislaviensi, nomine quidem catholico, re vera autem Lutherano, uterque confirmari procuraverunt. Qui hortus postea in multas partes divisus in plurimas domos et officinas diversas, quae plateae transversalis a via publica Schotlandia ad prata tendentis*unam integram p. 391
partem faciunt, conversus est. Et recenter in medio ipsius hospitale beati Ioannis Dei, ceteris religiosis frustra reclamantibus, de consensu moderni Illmi et Rmi Domini Episcopi Nicolai Alberti Gniewosz (qui praefuit ab anno 1642. usque 1654) a Ioanne Tesmer (vide Niesiecki[1])) fundatum est. Nec posset modo totus coemi hortus etiam 20000 aureorum. Intentavit quidem 30 annis postea Rndus pater Matthias Apolinski, prior Gedanensis, litem illorum locorum possessoribus coram Illmo et Rmo Domino Hieronymo Rozrazewski, episcopo Vladislaviensi, et tandem aliquot annis prosecutus est, sed quia illae domus modo iudicio episcopali subsunt et magnum commodum officialibus eius faciunt, non passi sunt bolum sibi eripi et contra nos decretum tulerunt fundatum in confirmatione episcopi

[1]) Niesiecki-Bobrowicz IX, 75.

Droiewski. A quo decreto, quia dictus pater prior non appellavit, magis negotium intricavit quam dissolvit. Tamen anno 1612. Illmus et Rmus Dominus Laurentius Gembicki, etiam postea episcopus Vladislaviensis, ad instantiam patris Stanislai Biegański, illo anno prioris Carmelitarum Gedanensium, iterum eandem causam reassumi fecit, institutis pro commissariis et et iudicibus eius Rndis Dnis abbatibus Olivensi et Pelplinensi, admodum Rndo officiali Gedanensi et Rndo patre priore Dominicanorum. Sed hi facta circa hoc una atque altara sessione vel ob absentiam alicuius ex ipsis vel ob aliam quamcumque causam decisionem differebant, quousque pestis superveniens negotium dissolvit. Contra illos tamen, quod rem non serio agerent, dictus pater prior protestationem fecit. Verum illo amoto, nullus nostrum causam hanc promovere ausus est ob respectum Illmorum et Rmorum Dnorum episcoporum Vladislaviensium, qui de hoc non libenter audiunt et inde facile possunt occasionem sumere nos persequendi.

Hoc tamen non obstante nostri adiuti eleemosynis contiguas domos illi hospitali coemerunt et priore diruta amplissimam ecclesiam sub titulo sanctae Mariae ad Nives cum monasterio aedificare coeperunt et eiusdem ecclesiae minorem chorum amplissimum et sacri-
p. 392 stiam et murum maioris*chori versus mare cum columnis internis perfecerunt, alios autem muros elevaverunt ad altitudinem hastae unius et partem magnam monasterii aedificaverunt. Verum superveniente haeresi Lutherana et charitate in religiosos versa in odium, eorundem ulterior structura omissa est. Sed iam de aedificatis multa ob defectum reparationis collapsa fuerunt et pauci religiosi ob defectum sustentationis ibi manserunt. Nunc autem melioratis rebus paulatim omnia restaurantur et meliorem faciem induunt. Haec pater Andreas Haasius.

Curicke in Gedanographia lib. 4. cap. 16.[1]): Die

---

[1]) Curicke, Der Stadt Danzig histor. Beschreibung. Dantzig 1688. B. IV Kap. 7 S. 333.

6=te Kirche in der Alten Stadt ist der Weiß München Kirche, welche nach dem Abfall des Landes Preußen und der Stadt Dantzig an diesen Orth, wo sie nun stehet, ist hingebauet worden: die weil die Weiße Münche zuvor ihre Kirche in der Jungen Stadt hatten, und aber selbige Junge Stadt gantz geschleifet wurd, muste dieses Weiße Mönchen=Kloster auch daran, gleichwohl aber wurde den Weißen Mönchen ein andrer Orth zu ihrem Kloster und Kirchen in der Alten Stadt angeordnet, woselbst sie noch ihre Kirche haben. Et paulo ante[1]): Die 4=te Kirche in der alten Stadt ist ein Hospital=Kirche und wird s. Elisabeth Kirche genant, in welcher die Reformirten predigen. Et ad marginem: NB. Monachi hospitale cum templo suum esse praetendunt. Olim aream habuit sat spatiosam, quae ei adempta, cum vallum per eam duceretur. Magistratus tum cum monachis egit vicinis: Daß sie ihm den Münch=Hof solten abtreten für eine Ruthen Fichten Holtz und etwas Geldes. Factum id propter mutationem civitatis. Post monachi pactum voluerunt retractare, transacta tamen res, monachis ligna promissa et pecuniam recipientibus. Transactionem summus pontifex debuit confirmare, dilatum *id hactenus, sic pendet et negotium. Idem[2]): Anno p. 393
1668. die 15. Martii eben an dem Tage der Kühre kam in dem Brauhause dieses Kloster ein Feuer aus, wodurch diese Kirche meistentheils abbrandt, ohne das nur das Hintertheil davon nebst den 3 Spitzen und dem Thurm bestehen blieb. Es ist aber bald wieder erbauet worden.

Lengnich tom. 8. pag. 164[3]): Anno 1678. die 3. Maii wie die Carmeliter aus ihrem Kloster mit der procession durch verschiedene Straßen der Alten Stadt nach der Oliva gingen: brachte diese Neuigkeit viele Zuschauer herbey. Weil aber die Lutheraner nicht alle Ehrerbietigkeit bezeigten, wurden einigen die Köpfe mit Gewalt entblößet von denen in procession gehenden. Hierauf entstund eine Verbitterung. Und da die procession zurück kehrte,

---

¹) l. c. p. 331.
²) Curicke p. 333.
³) Lengnich Tl. VIII S. 164.

erwartete ihrer der Pöbel vor der Stadt, warf mit Steinen und Koth. Die procession eilte ins Kloster zurück, welches der gefolgete Haufe gleichsam belagerte. Man setzte die Gewalt fort, brach das Thor auf, und plünderte zuerst die Häuser auf dem Hofe, hernach die Kirche und das Kloster. In 2 Stunden war alles zerstöhret, wobey die Geistlichen nur ihr Leben retteten, von denen doch einige geschlagen auch verwundet worden. Die Sache komt auf den Reichstage, der Schlus folgte, durch Commissarien solche abzuthun, kommt endlich zum Vergleich 23. Decembris 1679. Zur Ergänzung des Schadens empfangen die Carmeliter von der Stadt 20000 Gulden: die den Bau also fortsetzten, das die Kirche am ersten Ostertage 1681 vom Pelplinischen Abte Ludovico Łos eingeweihet wurde. Die Bestraffung der Verbrecher war diese: 1680 die 12. Aprilis lief die Stadt einen Müller Pursch köpfen und von deßen Mitschuldigen 2 auf Lebenslang, 1 auf 1 Jahr zum Ge-
p. 394 fängnis, 4 auf 5, 1 auf 1 Jahr zum*Zuchthause verurtheilen und 1 verweisen.

Anno 1747. die 14. Decembris deiecit ventus ex frontispicio ecclesiae turrim unam, alteram vero sic incurvavit, quod necesse fuerit eam deponere. Utramque ex collecta eleemosyna anno mox sequente Rndus pater Cherubinus Nakielski prior in forma elegantiore restituit.

Bartolomeus Ranisch in descriptione templorum Gedanensium pag. 60. refert[1]): Das die Kirche und Kloster der PP. Carmeliter im Jahre 1186 am Tage der Geburt der heiligen Jungfrau Marien von Subislaw Fürsten zu Dantzig und Pommerellen zu Ehren des heiligen Propheten Eliae als Hauptes des Carmeliter Ordens gestiftet worden etc. Opinionem hanc falsitatis arguit author der Preußischen Sammlung tom. 1 pag. 766[2]).

---

[1]) Ranisch, Beschreibung aller Kirchen-Gebäude der Stadt Dantzig. Dantzig 1695. S. 60.

[2]) Preussische Sammlung allerley Urkunden. Danzig 1747. I, 766.

Priores: 1. 1553: Pater Thomas Ocieski
2. 1583: Pater Matthias Apolinski
3. 1612: Pater Stanislaus Biegański
4. 1647: Pater Andreas Haasius sanctae theologiae magister. } uti supra.
5. 1747: Pater Cherubinus Nakielski.
6. 1649: Pater Ioannes a sancto Clemente Kunigk, iam tertio prior Gedanensis.

*Collegium Gedanense Societatis Iesu in Schotlandia. p. 396

Patres[1]) Societatis Iesu prope Gedanum in vico episcopali Schotland habent collegium ab Hieronymo Rozrazewski, episcopo Vladislaviensi, fundatum, qui praeclaram afflictae catholicorum in illa civitate pietati navant operam, in propria ecclesia sacris operando, concionando, noxas poenitentium expiando, conditionem, qua vocati sunt, in partem solicitudinis animarum in sua Schotlandensi locatione sedulo et naviter implentes. Ea enim lege in bonis episcopalibus de consensu venerabilis capituli Vladislaviensis et confirmatione sanctae sedis apostolicae (uti habet Damalevicius[2])) inibi degunt, ut ad dictam ecclesiam pro administratione sacramentorum accurrant. Ex iisdem bini sacerdotes cum coadiutore habitant in aedibus parochialibus ad ecclesiam Beatae Mariae Virginis spectantibus de consensu loci ordinarii et parochorum, ubi in capella regia aeque ac in praedicta ecclesia sua exercitio pietatis et saluti animarum intendunt, quorum zelum favore et honore debito Rmi Dni Officiales et parochi Gedanenses laudabiliter prosequuntur. Urbem Dantiscanam promovente Illmo et zelosissimo praesule Rozrazewski ingressi sunt anno 1585. (teste Lengnich[3])) primusque, qui ex sacerrima societate illuc pervenit, fuit Rndus pater Casparus

---

[1]) Damalevicz, Vitae Vladislav. episc. 1642. p. 48; Redner, Skizzen aus der Kirchengeschichte Danzigs. Danzig 1875. S. 63.
[2]) l. c.
[3]) Lengnich Tl. IV S. 230.

Sanicki, quem Rmus Nicolaus Milonius, officialis et parochus in aedibus suis excepit. Anno 1589. concesserant ipsis patres Dominicani capellam sanctae Ursulae, in qua germanice concionabantur aliisque pietatis exercitiis vacabant, sed anno mox sequente capellam hanc dicti patres Dominicani ab illis receperunt. Intentio altenominati piissimi antistis erat, pro eisdem patribus societatis Iesu intra civitatem Gedanensem, si non collegium saltem residentiam
p. 396 commodam fund*are ac erigere et in eventu, quo ecclesia parochialis Beatae Mariae Virginis catholicis restituta fuerit, hanc ipsorum inspectioni et curae committere, sed haereticorum protervia et subsecuta mors gloriosi istius pontificis desideratum effectum irritum reddidit, non tamen impedivit, quin ex pio legato eiusdem praesulis (qui anno sancto iubilaeo MDC Romae piissime moriens per testamentum bibliothecam suam, tapetes omnes, argenteam suppellectilem et ultra 30000 florenos bonae monetae pro erigendo collegio Societatis Iesu inscripserat[1])) insigne ec elegans collegium ante civitatem in Schotlandia assurgeret nomenque collegii Rozrazeviani assumeret.

Rectores: 1. 1619: Pater Andreas Gutteter, polonis Dobrodzieyski, primus rector, vixit 1639. Niesiecki[2]).

2. Pater Crispinus Bolcius.

3. Pater Nicolaus Oborski, qui obiit Cracoviae 1646 aetatis 70. Niesiecki[3]).

4. Pater Henricus Pichert, qui obiit Sandomiriae 1635. Niesiecki[4]).

5. Pater Paulus Envaldus.

6. Pater Martinus Hincza, qui obiit Posnaniae 1677 die 23. Februarii. Niesiecki[5]).

7. Pater Ioannes Leznicki.

---

[1]) Testamentum Rmi Dni Hieronymi comitis a Rozdrazow, episc. Vladislav.: Monum. hist. dioec. Wladislav. II. Wladislaviae 1882. p. 18 sq.

[2]) Niesiecki-Bobrowicz IV, 336.

[3]) Niesiecki-Bobrowicz VII, 5.

[4]) Niesiecki-Bobrowicz VII, 284.

[5]) Niesiecki-Bobrowicz IV, 357.

8. Pater Stanislaus Sczyłnicki, qui bis istud collegium rexit et tandem obiit Posnaniae 1667 die 7. Martii.
9. Pater Paulus Kuhn.
10. Pater Daniel Kraus.
11. Pater Gaspar Rösler.
12. Pater Georgius Hagenau, obiit 1669.
13. Pater Bernardus Reimer.
14. Pater Andreas Słupski, obiit Sandomiriae 1679. Niesiecki[1]).
15. Pater Ioannes Hennig, domitor haeresum, obiit 1682. Niesiecki[2]).
16. Pater Stephanus Skarzewski, obiit 1675.
*17. Pater Georgius Freug. p. 397
18. Pater Ioannes Handzler.
19. Pater Stanislaus Karnicki, obiit Cracoviae 1691 aetatis 81. Niesiecki[3]).
20. Pater Franciskus Hacki.
21. Pater Martinus Rakowski.
22. Pater Nicolaus Działynski, obiit Gedani 1710. Niesiecki[4]).
23. Pater Petrus Zywiecki.
24. Pater Stanislaus Głowczynski, obiit Sandomiriae 1722. Niesiecki[5]).
25. Pater Andreas Smarzewski.
26. Pater Andreas Lewicz, obiit in rectoratu Gedani 8. Iunii 1713.
27. Pater Georgius Gengel.
28. Pater Ioannes Cywinski, obiit Posnaniae 8. Iulii 1748.
29. Pater Carolus Sawicki, finivit rectoratum 13. Decembris 1725, obiit Leopoli 1733. Niesiecki[6]).
30. 1725. Pater Reinholdus Gert, obiit Gedani 1730.
31. Pater Iosephus Andrzeiowicz.
32. Pater Antonius Dobrski 1733.

---

[1]) Niesiecki-Bobrowicz VIII, 413.
[2]) Niesiecki-Bobrowicz IV, 347.
[3]) Niesiecki-Bobrowicz V, 37.
[4]) Niesiecki-Bobrowicz III, 457.
[5]) Niesiecki-Bobrowicz IV, 150.
[6]) Niesiecki-Bobrowicz VIII, 286.

33. Pater Matthias Przanowski.

34. Pater Bartholomaeus Luder, obiit Gedani 19. Aprilis 1747.

35. 1743: Pater Stephanus Swinarski a 17. Aprilis usque ad 1746 diem 4. Maii, obiit Ostrogii rector 8. Iulii 1748.

36. 1746: Pater Antonius Dobrski rector secundo a 4. Maii usque ad 1749.

37. 1749: Pater Ioannes Mielkiewicz. p. 487[1]).

38.[2]) 1752. Pater...[3]) Wagener.

39. 1754. Pater Gaspar Borowski.

1747: dirutum est templum vetus, quod ex muro Pruthenico et ruinae proximum, novumque ex solido muro aedificari ceptum.

p. 398 *Monasterium Stolcenbergense Patrum Reformatorum.

De prima fundatione: Ex libro Additamentum ad chronicam Fratrum Minorum sancti Francisci authore Alexio Koralewicz. 1722. pag. 74.[4]): Anno 1664. die 31. Ianuarii deputati sunt perillres Commissarii a venerabili capitulo Vladislaviensi Stolcenbergam prope Gedanum, qui in monte episcopali emensurati sunt et designarunt locum pro patribus nostris, expostulantes, ut eundem susciperemus. Patres nostri nondum poterant illo tempore se resolvere ad id, referentes se ad plenum consensum capituli venerabilis. Ad quod dum consensum praebuisset cum conditione, ut nos ibidem in perpetuum curam animarum gereremus, nostri id acceptare noluerunt, rogantes alium commodum sibi locum assignari ad inhabitandum et Deo serviendum absque huiuscemodi obligatione. Nihilominus cum postmodum

[1]) cfr. p. 487 ad calcem.

[2]) Nomina duorum sequentium rectorum a Schwengelio post a. 1749. addita.

[3]) Lacuna. Cognomen omissum.

[4]) A. Koralewicz, Additament do kronik Braci Mnieyszych s. Franciszka. Warszawa 1722. p. 74.

ferventius id a nobis expostularet celsissimus princeps Czartoryiski episcopus et venerabile capitulum Vladislaviense, patres nostri facultatem et consensum requisiverunt a sacra congregatione de propaganda fide, ut locum istum acceptare possent cum obligatione illa tanquam missionarii cum omni exceptione et privilegiis regularium mendicantium. Pro quo, cum instantiam fecisset celsissimus princeps episcopus et venerabile capitulum Vladislaviense, datum nobis est breve a sacra congregatione de propaganda fide, et ad id locus ille susceptus est anno 1666. et in fundo nobis dato, concesso atque inscripto a venerabili capitulo Vladislaviensi, concurrentibus et promoventibus variis benefactoribus, praecipue Ioanne Ignatio Bąkowski, palatino Mariaeburgensi, assurrexit monasterium et ecclesia, in qua habemus curam animarum non tamquam plebani annuos proven*tus et redditus habentes, sed tanquam p. 399
missionarii a sacra congregatione de propaganda fide approbati, praecaventes paupertati sanctae, sicuti in aliis conventibus inservientes saluti hominum cum dependentia debita a superioribus ordinis.
pag. 113: In prima congregatione provinciae maioris Poloniae sancti Antonii noviter stabilitae, habita in conventu Lutomiriensi 21. Iunii 1672, proposita fuit fabrica conventus Gedanensis, recommendata est promotioni et affectui domini palatini Pomeraniae Ignatii Bąkowski concessumque (in quantum aliter fieri nequeat), ut monasterium et eccclesia secundum modum Pruthenicum ex lignis insertis lateribus aedificetur.
pag. 114: In congregatione altera habita Labissini 15. Augusti 1673 lectae fuerunt litterae singularem denuntiantes affectum erga pauperes Reformatos palatini Pomeraniae Ignatii Bąkowski, quibus obsequia sua et protectionem intuitu fundationis Gedanensis declaravit.
pag. 134: Anno 1678. die 10. Iunii in conventu Stolcenbergensi sancti Antonii prima congregatio celebrata est, cito post istam horrendam et lugendam confusionem, quae accidit in ecclesia patrum Carmelitarum ibidem Gedani post processionem publicam expeditam ab istis patribus per civitatem Gedanensem Olivam,

dum vulgus conspirans post regressum processionis irrupit in ecclesiam praefatorum patrum, Sanctissimum Sacramentum, hostias consecratas et ciborium in terram proiecit, pedibusque conculcavit, imagines crucifixi Domini, sanctissimae Matris eius et aliorum sanctorum blasphemans laceravit, secuit, pedibus conculcavit, sacro oleo calceos unxit, organa et altaria confregit et nonnullos patres Carmelitas sauciavit. Post istum tam lugubrem casum congregati patres nostri pro congregatione provinciali celebranda, imprimis in solemnitate Sacratissimi corporis Christi Stolcenbergae solemnissimam cum Sanctissimo Sacramento fecerunt processionem cum maximo populi confluxu et assistentia procerum regni ac senatorum, Ignatii Bąkowski, pala-
p. 400 tini Mariaeburgensis, Gerhardi*comitis ad Dönhof palatini Pomeraniae etc.

pag. 135. Anno 1679. die 9. Septembris in eodem conventu Stolcenbergensi altera congregatio habita est.

pag. 182. Anno 1710. in eodem conventu undecim patres peste mortui sunt.

pag. 182. Anno 1707. pater Ivo Derenski guardianus Stolcenbergensis.

pag. 196. Anno 1686. die 3. Ianuarii obiit pater Coelestinus Zdrowski, qui aliquoties egit guardianum Stolcenbergensem. Haec ex libro praeallegato.

Niesiecki tom. I. pag. 31[1]): Ioannes Ignatius Bąkowski, palatinus Pomeraniae, w roku 1666. w Gdansku pod tytułem ś. Antoniego Padewskiego Ojcom Reformatom z gruntu kościół y klasztór wystawił. A na koniec będąc Woiewoda Malborski w Kiszporku pod tytułem ś. Ducha resydencyą tymże Ojcom Reformatom 1685 fundował, otrzymawszy na to consens od Rzeczypospolitey constitucyą Koronną obwarowany anno 1678.

Anno 1735. templum vetus Stolcenbergense, quod erat ex muro Pruthenico et ruinam minabatur, dirutum est et in eius locum novum ex solido muro, forma non ineleganti cura patris Antonii de Bruckenthal (fuit is ante ingressum religionis colonellus 1715 et in

[1]) Niesiecki-Bobrowicz II, 48.

aestimatione apud regem et regni proceres) eius temporis guardiani aedificari ceptum.

*Monasterium Gedanense Fratrum misericordiae.

p. 401

Niesiecki tom. 4. pag. 351.[1]): Tesmer herbu Sas pruski w pomorskim wojewodztwie, dom dawny, z których był Ian Tesmer, secretarius regius, żył in coelibatu, fundował w Gdansku szpital, który oddał zakonnikom Bonifratrum, co approbowała Constitutio 1676. Umarł w Malborku na zamku, pochowany na Szotlancie 1652 u tychże Ojców, których tam fundował, zostawił summę pewną na wychowanie tak ubogich zakonników iako y na chorych.

Curicke lib. 4. c. 19. ad marginem: Anno 1645. Tesmer nobilis und Stadthalter zu Marienburg bauete ein Spitahl vor frembde Kranke fürm Neuen Thor hinterm Schotlande in fundo episcopi, bestellete auch dazu religiosos, curatores aegrotorum, qui nunc mendicant per civitatem connivente magistratu. Anno 1650. hat man auch allda eine Kirche angefangen zu bauen.

Anno 1734. bey Gelegenheit der Belagerung der Stadt Dantzig wurde dieses Kloster zusamt Kirche und allen nebenstehenden Gebäuen von den Dantzigern in den Grund weggebrant, und müsten nach der Belagerung die geistlichen Brüder wohl 10 Jahr lang aus mangel der Wohnungen anderwerts zur Miethe sitzen.

*Collegium Missionariorum ad sanctum Adalbertum.

p. 402

Iam superius memini sub titulo ecclesiae sancti Adalberti hoc loco antiquitus sedisse religiosos Benedictinos, his vero successisse parochos rurales. Hac

---

[1]) Niesiecki-Bobrowicz IX, 75.

nostra aetate Illmus ac Rmus Dominus Constantinus Felicianus Szaniawski, episcopus Vladislaviensis, ecclesiam hanc cum omnibus proventibus concredidit sacerdotibus congregationis Missionis et excitato eleganti aedificio ibidem collegium erexit ac competentibus redditibus pro sustentatione sex sacerdotum providit. Hi quotannis ternas missiones in archidiaconatu Pomeraniae expediunt maximo fructu. Praeest hodie (1749) huic collegio Rndus Dominus Aremborst Varmiensis, quem praecessit Rndus Dominus Le Duc Praepositus.

p. 403 *Monasterium Dirsaviense ordinis Patrum Praedicatorum.

Miechovius lib. 3. cap. 65.[1]) et ex eo Bzovius in propagine pag. 8[2]): Conventus Dirsaviensis sanctissimae Virginis Msczugius (id est Mestuinus II.), dux Pomeraniae, 8. Kalendas Maii 1289 concedens fratribus in toto suo principatu ligna scindendi et lapides secandi, nec non in flumine Vistula piscandi et naulum non solvendi licentiam. Haec fuere initia huius conventus.
1344: frater Nicolaus, prior Dirsaviensis, supra in monasterio Gedanensi[3]).
1749: Rndus Pater Vincentius[4]) — Varmiensis, professus Gedanensis, a 9 iam annis continuis prior Dirsaviensis, qui aedificia vetustate collapsa insigniter restauravit et fundos alienatos vindicavit monasterio.

p. 404 *Monasterium Novense patrum Bernardinorum.

Patres Observantes seu Bernardini in suo antesignano beato Paulutio Fulginate (qui obiit 1390, aetatis

---

[1]) Matthias de Miechovia, Chronica Polonorum l. III c. 66: Polonicae historiae corpus Ioannis Pistorii. Basileae 1582. t. II p. 130.
[2]) Bzovius, Propago D. Hyacinthi, thaumaturgi Poloni. Venetiis 1606. p. 8.
[3]) p. fol. 377.
[4]) Lacuna.

80., religionis 67. anno) in mundum nati sunt anno 1368. et Provinciam Saxoniae reformare aggressi sunt anno 1463. Deinde anno 1453. primum locum et ecclesiam in regno Poloniae Cracoviae adepti sunt promovente sancto Ioanne Capistrano, cuius doctrina et sanctitate multi baccalaurei et artium magistri universitatis Cracoviensis allecti, se ipsius disciplinae commiserunt et ab eo sacro instituto sunt initiati. Quibus collocandis, cum non haberet domicilium opportunum, licet rex Casimirus anno praecedente huic sodalitio assignasset ecclesiam sanctae Crucis extra muros Cracoviae sitam, sed Capistrano magis placuit locus in suburbio Stradomiae prope arcem a cardinale Sbigneo, episcopo Cracoviae, sibi collatus, in quo pius antistes ecclesiam ligneam sub invocatione sancti Bernardini (unde etiam antonomastice Bernardini vocantur in Polonia) cursim et succisivis operis erexit, cellas adiunxit et in die nativitatis Beatissimae Mariae Virginis fratres in monasterium introduxit neque ante hunc annum ullum locum seu domum habuerunt in Polonia. Nova haec religiosa in regno Poloniae plantatio mox ita crevit, ut anno 1465. decem numeraret conventus, nempe Cracoviensem, Tarnoviensem, Leopoliensem, Lublinensem, Varsaviensem, Posnaniensem, Costensem, Schovensem, Cobilinensem et Calissiensem, hoc anno 1465. ceptum aedificari a Ioanne Grusczynio, archiepiscopo Gnesnensi, deinde complete finitum anno 1486. Qui omnes partim de novo sunt constructi, partim primitivis patribus *conventualibus praetextu reformationis ablati atque ex p. 405
his decem Monasteriis anno 1467. coaluit provincia Poloniae primusque patrum Observantium in regno Poloniae provincialis fuit pater Marianus de Ieziorko.

In Prussiam autem primum ingressi sunt patres Observantes anno 1470., sic inquit Wadingus[1]) ad annum 1466: Sub istud tempus accesserunt ad Casimirum regem ad Gedanum, celeberrimum Prussiae emporium, consistentem, aliquot fratres provinciae Saxoniae petentes, sibi liceret coenobia inter Pruthenos

---

[1]) Wadding, Annales Minorum. Romae 1735. t. XIII. p. 386.

acquirere, quibus dum ille facultatem negaret dicens: Alemannos Polonis semper invisos, non adeo conventuros cum Pruthenis Poloniae subiectis sibique suppetere ex familia religiosa Observantium plurimos patres, quibus Pruthenam gentem committere posset instruendam. At illi minus reverenter et animosius, quam deceret, regis verba retorquentes, commissi sunt custodiae Vratislaviensi extra Prussiae fines in Silesiam transmittendi; magna enim oborta episcopo erat suspicio, missos hos aliosque a finibus Saxoniae ad magistrum Prussiae, ut defectionem a Polonis ad cruciferos, cum quibus rex bellum gerebat, occulte suaderent. Egit deinde rex per suum legatum Iacobum Dembinium cum pontifice, ut facultatem concederet Poloniae Observantibus per Prussiam domicilia constituere, atque ita factum est circa annum 1470., adiutorio praesertim Vincentii, episcopi Culmensis et administratoris Pomesaniensis. Haec Wadingus.

Postea iidem Observantes facultatem a Sixto IV. duas domos in Prussia aedificandi impetrarunt, ut testatur Wadingus[1]) anno 1475. numero 36 inquiens: „impetrarunt hoc anno a pontifice licentiam 2 conventus in Russia et totidem in Prussia aedificandi“. Bulla concessionis incipit: Uberes fructus etc., quae haec formalia habet et sicut eadem petitio subiungebat: Vos vicario provinciae Saxoniae oboeditis, et propterea
p. 406 saltem*semel in quolibet triennio capitulum fratrum dicti ordinis eiusdem provinciae Saxoniae ac iter vestrum per Prussiam est quando per 80, aliquando vero 90, interdum per mille milliaria agendo, visitare tenemini, in quo quidem itinere nullus locus eiusdem ordinis de Observantia nuncupatus existit, in quo parumper respirare et vos recolligere valeatis. Quare pro parte vestra Nobis fuit humiliter supplicatum, ut vobis duo in Russia ac unum vel duo loca in Prussia erigendi licentiam concedere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur etc. Haec Eugenius IV. in bulla.

His praemissis, si quaeratur, quando et circa quod

[1]) Wadding l. c. t. XIV p. 135.

tempus conventus Novensis sit aedificatus? Respondeo iam anno 1260. ibidem monasterium fratrum ordinis Minorum conventualium exstitisse. Sic enim tuto asserere licet, nam pater Casimirus Biernacki in Speculo Minorum Cracoviae 1688 in 4-to edito pag. 218. sic ait[1]): Divisis a sancto Bonaventura anno 1260. post Haymonem, ut Wadingus ad citatum annum numero 14. refert, in capitulo generali Narbonae celebrato, religionis minoritanae Provinciis etiam provinciae Saxoniae in numero vigesimum assignavit locum, quae in Custodia Prussiae iuxta Rudolphum pag. 291. locum Brunsberch, locum Novae (Neüburg), locum Culmae et locum Thorunii obtinebat. Ad conventum Novae, postquam in prioritatem Minorum Conventualium non minus quam in universitatcm fidei orthodoxae sat superque arietaverit et effuse debachata fuerit Lutheranae rabies fidei, patres Observantini, in Polonia Bernardini nuncupati, per praeventionem filiali iure, velut Ioannes iunior antiquiore Petro, citius praecucurrerunt. Hucusque Biernacki loco citato. Unde patet iam anno 1260. Novae fuisse conventum Ordinis Minorum.

Porro Patres Bernardinos in illud monasterium ab haereticis prophanatum*et desolatum, a se autem anno p. 407
1600. reparatum induxit ipsisque in possessionem tradidit Georgius Konopadzki, castellanus Culmensis, uti habet Niesiecki tom. 2. pag. 593[2]). Qui proinde pro secundo fundatore merito censendus est. An ibidem in Ecclesia sepultus sit, Niesiecki non meminit, bene vero recordatur fratris eius Stanislai ibidem sepulti his verbis: Stanisław bezżenny: tego nagrobek w Nowym u OO. Bernardynow tak mowy: Stanislao Georgii a Konopat castellani Culmensis et Capitanei Svecensis filio, Viro multis ac egregiis virtutibus praedito, fratres superstites, amoris et dulcis memoriae ergo, hoc monumentum posuere, qui obiit 1608 aetatis 47.

Niesiecki tom. I. pag. 334[3]): Korpalewski Bieg

---

[1]) Biernacki, Speculum Minorum. Cracoviae 1688. p. 218.
[2]) Niesiecki-Bobrowicz V, 210.
[3]) Niesiccki-Bobrowicz III, 174.

Xiężyca do pełny przydaie, że przodkowie domu Czapskiego znacznie się do fundacyi OO. Bernardynow w Nowym przyłożyli. Gens haec illustris ibidem in capella Beatissimae Mariae Virginis plurima epitaphia habet.

Niesiecki tom. 4. pag. 761): Iacobus Siecinski prius miles, dein ordinem patrum Bernardinorum ingressus, monasterio Novensi praefuit guardianus per annos 16 illudque egregie restauravit.

In historia Prussiae Ioannis Leonis pag. 400[2]) habetur relatio apostasiae Bonaventurae Tidek quondam Guardiani Novensis circa annum 1524., quam pudet referre.

p. 408 *Monasterium Svecense Patrum Bernardinorum.

Ex litteris Rndi Ignatii Maurzycki vicarii Svecensis 1749. Quod Rnda Dominitio Vestra scribat ecclesiam primam Svecensem erectam esse a Grimislao duce Pomeraniae, credo hanc fuisse ecclesiam illam, in cuius locum assurrexit templum cum conventu patrum Bernardinorum ordinis sancti Francisci strictioris observantiae. De quorum fundatione et introductione haec lego: Prima fundatio conventus huius facta est 1624. Praeconsules civitatis sacra regia maiestatis Svecensis. Introductio patrum 1626 die 1. Maii. Ecclesia haec erat lignea sub titulo sancti Michaelis per Illrem et Rndum Thomam Prusakowicz, praepositum Svecensem, vel fundata vel administrata. Consecrata autem fuit per Illmum et Rmum Dominum Matthiam Bystram, episcopum Ostrosiensem, suffraganeum Culmensem, 1674 in absentia loci ordinarii Illmi et Rmi Domini Ioannis in Gembice Gembicki, episcopi Vladislaviensis et Pomeraniae, de eius tamen licentia. Et haec ecclesia lignea sub tempus belli Svetici fulminis ictu est combusta.

---

1) Niesiecki-Bobrowicz VIII, 329.
2) Ioannes Leo, Hist. Prussiae. Brunsbergae 1725. p. 400.

Ad annum 1696. ecclesia moderna ex muro est fundata per varios benefactores et 1720 perfecta cum omnibus attinentiis. Anno 1721. consecrata per Illmum et Rmum Dominum Christophorum Antonium Szembek, episcopum Vladislaviensem et Pomeraniae, die 3. Octobris, quo et dedicationis celebrat festum, sub titulo Immaculatae Conceptionis Beatae Mariae Virginis. Ibidem imago gratiosissima multis miraculis claret.

Niesiecki tom. 4. pag. 699[1]): ktoryś z Domu Zawadzkich na Klasztor w Swieciu OO. Bernardynow siła wysypał dobroczynnie, takbym rozumiał, że o Ianie Woiewodzie Parnawskim mowa. Qui obiit 1645. Damalewicz huius monasterii non meminit.

*Monasterium Topolnense ordinis sancti Pauli primi eremitae. p. 409

Niesiecki tom. 2. pag. 575[2]): Samuel Konarski herbu Osoria, Chorąży Pomorski fundował Kośćioł w Topolnie, kędy iego nadgrobek tak o nim mowi: Vir singulari fide, pietate et Religione in Deum, tum erga egenos liberalitate, hoc loco, quem ipse Deo sacrum una cum Coniuge Helena a Konopat, labore et industria esse voluit, tumulatus quiescit. Vixit annos 66, obiit 1608. Huius filius eiusdem nominis Samuel, prius castellanus Gedanensis, dein palatinus Pomeraniae ac ultimo palatinus Mariaeburgensis w Topolnie fundacyi Kośćiołowi tam od Oyca swego wystawionemu przyczynił, czego mu pozwoliła constitutio 1638. Kędy y Oycu swemu nadgrobek marmurowy położył. To Topolno w Dom Konarskich weszło y z inszemi do niego należącemi z Wulkowską Babką iego. Istius palatini filius Adam, praepositus Varmiensis, fundował Paulitow w Topolnie. Idem ibidem et novam ecclesiam ex latere cocto elegantis figurae et fabricae erexit 1682 die 1. Augusti, cuius delineatio habetur aeri incisa

---

1) Niesiecki-Bobrowicz X, 107.
2) Niesiecki-Bobrowicz V, 185.

cum hac inscriptione: Ichnographia templi Topolnensis fundati a Perillri et Rmo Domino Adamo Sigismundo de Konarzin Konarski praeposito Varmiensi, cantore Plocensi, sacrae regiae maiestatis secretario anno 1682. erecti et exstructi per Bartolomaeum Ranisch, murarium Gedanensem. Item: Die Kirche des Herrn Herrn Adam Sigismund Konarski in seinen Erbgüttern zu Topolno in Preussen erbauet 1682 die 1. Augusti.

Ex litteris Rndi Maurzycki vicarii Svecensis 1749[1]). Topolno duobus milliaribus Sveciis distans, sub Bidgostia
p. 410 posita, ad decanatum*Suecensem spectans. Ecclesia Topolnensis olim fuerat lignea, parochialis, nunc et conventualis patrum ordinis sancti Pauli primi eremitae, murata promotore et fundatore Rmo Domino Adamo Sigismundo Konarski Praeposito, canonico Cathedrae Varmiensis, cum fratre suo germano magnifico Andrea, succamerario Pomeraniae. Qui supplicarunt Illmo et Rmo de Niedzielsko Madalinski, episcopo Vladislaviensi et Pomeraniae, qui praemissis praemittendis et litteris cridae expeditis fratres ordinis antedicti fundaverunt. Bonis ipsis attributis pro sustentatione, nimirum praedio Cieleszynek cum 4 subditis et media parte villae Dąbrowka, locatis quoque 8000 florenis Pruthenicis supra Topolno, a quibus provisio deberet dari, sed a multis annis ferme non datur. Ad ecclesiam hanc spectat cura animarum in Topolno, Rutki, Grabowo, Grabowka et Cieleszyn maiore. Ita testor frater Casimirus, prior Topolnensis. Ecclesia haec non tantum in optimo flore est, sed et gaudet gratiosa imagine Beatae Mariae Virginis. Quod vero iste prior non expresserit annum fundationis et introductionis fratrum, adverto fundationem hanc nondum attingere centum annos, sicut superius[2]) dictum est de Drozdowski, qui fuit 1676 plebanus Gruczynensis et Topolnensis ac decanus Svecensis et forte adhuc diutius sacerdotes saeculares ecclesiam hanc rexerunt.

---

[1]) cfr. p. 194.
[2]) p. 202, 206.

Testimonium istud Topolnense ad archivum decanatus Svecensis datum est 14. Februarii 1712.

*Monasterium Weyheropolense Patrum Reformatorum. p. 411

Ex libro Additamentum ad chronicam Fratrum Minorum sancti Francisci authore Alexio Koralewicz. 1722.[1]) pag. 39: Anno 1647. admissa est fundatio in Cassubia, quam capitulo provinciali obtulit Iacobus Weyher, sacri romani imperii comes, palatinus Mariaeburgensis, Słuchoviensis, Bütoviensis, Christburgensis Capitaneus, Exercitus Pruthenici Generalis ex tali occasione: Za krolá Wládysławá IV. ćiągnąc z Woyskiem swoim przeciwko Wielkiemu Hetmánowi Moskiewskiemu, obległ Miasto iego Alba názwáne, ktorego minámi dobywáiąc, gdy miny mury wysádźiły, przywáloni źiemią wzywał ratunku S. Franćiszka, ślubuiąc Panu Bogu i Oycu S. dla Braci iego Klasztor i Kośćioł fundowác: dziwnie z takiego niebespieczenstwa śmierci zá przyczyną S. Franciszka zdrowy wyszedszy, co P. Bogu y S. Franciszkowi obiecał, chcąc rzeczą sámą wykonac, usilnie prosił O. Prowincyała o przyjęcie mieysca w Weyherowie Miasteczku swoim: na ktorym za acceptacyą Iego Kośćioł y Klasztor wystáwił z wielkim porządkiem y sprzętem tak do Klasztoru iako y do Kośćioła należącym. Przydał do Kośćioła tego y Kaplicę, w ktorey złozył znaczną Relikwią całe ciało S. Leontii Martyris. Wystawił grob y mausoleum pro se et Successoribus suis, w tym spoczywa z dwiema Małzonkami swemi y piącią potomstwa swego. *Osobliwey Prowidencyi p. 412
Boskiey fundacya tego Konwentu ztąd przyznaie się, ze w tym kraiu od wielu lat Herezyą, zarazonym Wiara Katolicka za przykładem Braći naszych, za ustawicznemi pracami ich y pieczołowaniem o zbawienie dusz ludzkich wielki inkrement bierze. W tym Konwencie iest Szkoła za powagą Sacrae Congregationis de propa-

---

[1]) A. Koralewicz, Additament do kronik Braci Mniejszych s. Franeiszka. Warszawa 1722. p. 39.

ganda fide postanowiona, y za pozwoleniem Capituli Vladislaviensis, pro instructione iuvenum Saecularium in fide Sacrosancta, pietate et doctrina przyięta: do ktorej rożni tak z Katolikow, iako też y Dyssydentow dawali y daią Synow swoich na nauki: z ktorych wielu Wiarę S. przyiąwszy Rodźicow swoich opuszczali, z Katolikow zaś wielu do Zakonu naszego iak y do innych wstępowáło: z tey Szkoły y tymi czasy wielkie Imiona Senatorskie zasiadaią Krzesła. Niekontentował się taką poboznością, y szczodrobliwoscią Miłośćiwy Fundator, ze reformatom Kośćioł y Klasztor tak hoynie nadał y ozdobył; dla większej promocyi nabożenstwá na zachęcenie oziębłych serc ludzkich, do uwazania y rozmyslania Męki Iezusowey, blisko tego Miasteczka na polach y gorach przy wdzięcznych lesnych drzewach, drogi bolesne, ná formę y kształt Ierozolimskich (ktore opisuie Andrichomius[1])) wymierzył, y na tych drogach y mieyscach Stationum Capellas albo Oratoria taiemnice Męki Panskiey rezprezentuiące, Panskim kosztem y nakładem wystawił, bogátymi marmurami, porfirami, szafirami etc. wdzięcznemi obrazami przyozdobił, y tę Kalwaryą zlecił y oddał w administracyą ubogim Reformatom. Na to święte mieysce wielkie bywaią konkursy ná S. Krzyż y na S. Troycą, á osobliwie ná S. Wniebowzięcia Panskiego przychodzą pieszo o sześć
p. 413 mil z Stolcemberka*dwie publiczne y solemne processye albo kompanie Polska y Niemiecka, ktore zwyczaynie prowadzą OO. naśi w wszelkim porządku: na ktorych widok z Miasta Gdanska wiele wychodzi ludzi, y pilno się przypatruią ceremoniom y prządkom Katolickiego Nabozenstwa.

Et pag. 137: In Capitulo Provinciali 1680 die 20. Novembris celebrato, ad instantiam Rndi Dni Grasinski, plebani Weyheropolensis ordinatum est, ut concionator ibidem diebus dominicis et festis concionem habeat in ecclesia Parochiali, ne paucitas populi gravetur duabus concionibus audiendis. In nostra

---

1) Christianus Adrichomius, Urbis Hierosolimae descriptio Coloniae 1585.

vero ecclesia interdicta est catechizatio tam polonice quam germanice. Pag. 151: Ioannes III. rex Poloniae ad humilem supplicationem patris provincialis et recommendationem gratiae regiae, ex bonis Weyheropolensibus ordinariam munificentiam seu largitionem conventui Weyheropolensi obtulit assignavitque et in mandatis dedit officialibus ibidem, quatenus omnia extradantur monasterio, prout olim ab haeredibus Weyheri reddi solebant, penes id gratiam suam regiam et protectionem appromittens. (*) Pag. 188: In capitulo provinciali 1713 die 13. Iunii celebrato: Schola Weyheropolensis, quam patres nostri ad requisitionem fundatoris Iacobi Weyher, sacri romani imperii comitis, palatini Mariaeburgensis, ex indulto sacrae congregationis de propaganda fide et permissu capituli Vladislaviensis susceperant et per tam multos annos tenuerant, propter iniquas praetensiones, quas semper nobis parochia opponebat, officiose resignata est, eiusque resignatio officiali Gedanensi, canonico Vladislaviensi, Rmo Andreae Corsz reddita. Ad hanc resignationem occasionem dederunt puncta oblata capitulo nostro provinciali a Rndo Valentino Ruthen, plebano Weyheropolensi, iuribus et statui nostro adversa.

((*) Ex fundatione percipit conventus Weyheropolensis a possessoribus bonorum Rucewo, Weyherowo quotannis 40 tonnas cerevisiae, pisces et certam eleemosynam in pecuniis, item 400 an 500 florenos pro
conservatione * capellarum seu sacellorum. Calvariae, p. 414
emeratque tunc recens ab haeredibus Weyherorum praefata bona Ioannes rex pro filio principe Alexandro. Hinc huiuscemodi mandatum ad administratores bonorum expetere patribus conveniebat et ex re erat).

In eodem capitulo 1713[1]): Processio Gedanensis, quae singulis annis ex Stolcemberga solemniter hactenus expediebatur ad Calvariam Weyheropolensem, inhibita est propter dissolutiones et insolentias nonnullorum hominum in ista processione; ex quarum occasione ante annum (quod in villa Redlowo confuderint prae-

[1]) Koralewicz p. 188.

dicantem in templo suo) vulgus Gedanensis conspiraverat contra revertentes, ita quod magistratus ad hos motus compescendos necesse habuerit ordinare tria vexilla militum. Unde catholici plurimum contristati verebantur, ne forte ipsis accideret par confusio, qualis accidit patribus Carmelitis anno 1678. revertentibus Oliva processionaliter Gedanum. Id praecaventes patres nostri, non reversi sunt processionaliter Stolcembergam, sed imaginem cum clenodiis, quibuscum ornata fuit, deposuerunt apud Magnificum Dominum Ustarbowski, populusque divisus est et unusquisque privatim domum suam repetiit, sicque tempestas illa quievit. Pag. 189: In congregatione altera eodem anno habita propositae fuere instantiae Iacobi Rybinski, tunc venatoris regni, syndici apostolici conventus Weyheropolensis, et Andreae Corsz canonici Vladislaviensis, officialis Gedanensis, ratione resignationis scholae et processionis inhibitae, pariter supplicatio civitatis Weyheropolensis. Quo ad processionem, quandoquidem se submiserunt et assecurarunt coram venerabili officio Gedanensi nonnulli cives et alii in fundis spiritualibus habitantes inquilini, in ista processione se praecauturos omnem occasionem ad turbationes et confusiones et hanc cautionem manibus propriis subscriptam actis venerabilis consistorii ingrossari fecerunt, concessa est. De recep-
p. 415 tione vero scholae excusarunt*se, quod iam officiose resignata sit, y ze fundament niesłusznych pretensii albo lapis offensionis był oddalony od Parochyi, acz potym zá przeniesieniem tego fundamentu od zwierzchnośći na insze mieysce y Szkoła iest przywrocona. Pag. 194[1]): In congregatione habita 1718 die 4. Iulii ad reiteratam plurium virorum dignorum instantiam de receptione scholae Weyheropolensis declaratum est, ut schola recipiatur talibus conditionibus: 1. ut ista schola restituatur conventui Weyheropolensi ab officio loci ordinarii et capituli Vladislaviensis, sicuti illi fuit resignata 2. ut ista schola nullam habeat dependentiam ab ecclesia parochiali, sed ut omnis iurisdictio et re-

---

[1]) Koralewicz p. 194.

gimen ipsius pertineat ad superiorem conventus. 3. ut conservatio et reparatio eiusdem scholae non imcumbat conventui, sed iis pro quorum emolumento fuerit concessa, et ne ad ulla obsequia ecclesiae parochialis sit adstricta, excepta processione Sacratissimi Corporis Christi, dierum Rogationum et sancti Marci. Ad haec puncta consensit venerabile consistorium Gedanense, unam illis addens conditionem, nempe: ut singulis diebus studiosus unus mittatur ad ecclesiam parochialem pro ministratione missae, diebus vero dominicis et festis sex concessi sunt pariter pro ministratione missae, et cum his conditionibus subscriptione et sigillo episcopi Vladislaviensis et Pomeraniae extraditum est instrumentum ex protocollo actorum venerabilis consistorii Gedanensis anno 1718. die 19. Septembris conventui Weyheropolensi. Ad quod et schola reassumpta est et secundum haec puncta et conditiones conservabitur ad gloriam et laudem Dei et commodum iuventutis.

Pag. 135[1]): Anno 1678. Innocentius XI. Papa concessit indulgentias in perpetuum Calvariae Weyheropolensi huiscemodi: 1. Qui die Inventionis et Extaltationis Sanctae Crucis visitaverit hanc Calvariam,*con- *p. 416
fessus fuerit et communicaverit et ibidem oraverit pro exstirpatione haeresum, pro incremento sacrosanctae fidei catholicae et pro aliis necessitatibus sanctae ecclesiae lucrabitur plenarias indulgentias. 2. Qui in die Coenae Domini visitaverit capellam Coenae Christi Domini, item qui circuiens viam captivationis Christi, visitaverit capellas repraesentantes mysteria passionis Domini, oraverit ut supra, lucrabitur plenarias indulgentias. 3. Qui prima feria VI. cuiusvis mensis visitaverit capellas Crucifixi et sepulchri Domini, ibidemque oraverit etc. quavis vice lucrabitur indulgentias trium annorum et totidem quadragenarum. 4. Singulis feriiis VI. Quadragesimae et singulariter die Parasceves, qui visitaverit capellas Crucifixi, sepulchri, coronationis et flagellationis Domini, lucratur indulgentias decem annorum et totidem quadragenarum. 5. Easdem indul-

---

[1]) Koralewicz p. 135.

gentias lucrantur illi, qui non possunt istas capellas coram visitare et diebus praedictis confessi fuerint, communicaverint et oraverint ut supra. Data est Bulla haec sub die 4. Martii 1678.

Circa annum 1740. Illmus Petrus Przebędowski, palatinus Mariaeburgensis, capitaneus Pucensis etc. haeres civitatis Weyheropolensis, Rucewo aliorumque bonorum, monasterium Weyheropolense de novo aedificavit et commoditati patrum optime providit per hanc novam fabricam. Idem ibidem in ecclesia cryptam pro se et successoribus exstruxit.

In conventu Weyheropolensi educantur novitii pro provincia maioris Poloniae, sunt aliquando decem et plures numero[1]).

p. 417 *Cartusia Paradisi Beatae Mariae Virginis.

Litterae primae fundationis et dotationis: In nomine Domini. Amen. Quoniam apostolico intonante eloquio omnes ante tribunal Christi astabimus, prout in corpore gessimus, sive bonum sive malum recepturi, oportet nos extremae messionis diem piis misericordiae operibus praevenire ac in terris seminare, quod in coelis multiplicato fructu metere valeamus. Qui parce seminat, parce et metet. Sed quia sacrosancta religio Cartusiensis ordinis, quam victoriosissimus rex contra tenebrarum principes ut castrorum acies ordinavit, tanto sincerius est amplexanda, quanto professores illius procul a terrenorum tumultu semoti, divinis obsequiis sunt mancipati; noverint igitur universi, ad quorum notitiam praesentia pervenerint, quod ego Ioannes, Domini Petri de Russenczin filius, divina cooperante gratia, praefati ordinis ductus devotione, matura deliberatione praehabita et consensu meorum verorum haeredum, in remedium animae meae ac meorum parentum, ad construendum praedicti ordinis mona-

---

[1]) Post pag. 416. est tabula repraesentans situm domorum monasterii Cartusiensis Paradisus B. M. V. vocitati.

sterium, omnia mea bona haereditaria, ubicunque ea habui, tenui atque possedi, de Rndi Domini magistri generalis Winrici de Knyprode ac praeceptorum licentia obtuli, dedi, donavi, praesentibus et dono, videlicet villam Culpyn cum silva septuaginta mansorum, in qua et situm est monasterium (a) et tribus stagnis cum medio et*molendino cum caeteris suis limitibus p. 418
et attinentiis. Item Villam Czapel cum molendino, silvis, pratis, piscinis, caeterisque iuribus et pertinentiis. Item villam Gdynge cum omnibus suis usibus et pertinentiis, perpetuo proprietatis titulo possidendam; renuncians ex nunc tam pro me quam pro meis haeredibus, quidquid iuris ad me hucusque pertinebat, omnem usum et proventum dictorum bonorum ad praedictum monasterium integraliter transferendo. In cuius rei testimonium sigillum meum et sigilla patris mei nec non patruum meorum Sefridi et Stephani praesentibus sunt appensa. Datum anno Domini 1382. ipso die Petri et Pauli apotolorum beatorum.

(a) Iam monasterium initium aliquod habuit, dum hae litterae extraderentur. Patres quatuor sub rectore Domino Ioanne a Deterhus Saxone pro prima paradisi huius Mariani plantatione anno Domini 1380. ex Cartusia Pragensi a superioribus huc missi sunt, qui eodem adhuc anno binos novitios Ioannem a Friedek et Ioachimum ad ordinem sub habitu monastico susceperunt. Anno vero Domini 1381. die 8. Augusti primus lapis fabricae monasterii positus est.

De incrementis Cartusiae.

Quod sanctus Paulus apostolus in re maximi momenti aliquando dixit[1]): non qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat, Deus, id in fundatione Cartusiae istius verificatum esse plane agnoscitur. Iussi fuerant patres nostri 1382 a capitulo generali locum hunc deserere et reverti in Germaniam ad monasteria ordinis, ideo quod primus fundator impar esset ad exaedificandum ordini Cartusiensi con-

---

[1]) Cor. 3, 7.

veniens monasterium et ad idem de sufficientibus red-
p. 419 ditibus pro sustentatione pri*oris et 12 monachorum ac pro aliis oneribus necessariis supportandis (prout statuta ordinis exposcunt) providendum. Sed Deus, cuius providentia in sui dispositione non fallitur, quique hunc locum sibi elegerat, ut in ipso Nomen illius magnificaretur in sempiternum, excitavit protinus spiritum plurium fidelium, quorum largitate novella haec plantantio infra unicum annum in tantum profecit, quod anno Domini 1383. tandem incorporata sit ordini. Verba chartae capituli generalis anni proximedicti de hac re sic sonant: Acceptamus et incorporamus ordini domum Paradisi Beatae Mariae Virginis in Prussia et ibidem praeficimus in rectorem Dnum Ioannem Saxonem. – Ne vero pereat memoria eorum cum sonitu, qui vagientem in cunis Cartusiam tam tenero affectu amplexi sunt, libet paucorum nomina ad numerum revocare.

Ioannes Thyrgart aedificator ecclesiae nostrae, habet quotannis tricenarium defunctorum a die 15. Iulii, quo obiit, incipiendo. Consecrata est ecclesia 1403 postridie festi sancti patris nostri Brunonis. Refectorium extruxit civis Gedanensis, cuius nomen obliteratum. Cellas in conventu aedificarunt benefactores diversi, quorum nomina nuncusque in parietibus leguntur: In cella C: Istam cellam aedificaverunt Tydemannus H... et Albertus Todorf, additae sunt H... Hospita nostra in Gdansk et Ka... In cella E: Hanc cellam aedificavit Margaretha filia ...de Oryngen, cui additae sunt duae eius sorores Christina Hidebrands de Elzen et... In cella P: Istam cellam aedificarunt D. Thlo de Ordine Dominorum, D. Ioannes Thyrgartte magnus Procuratur. D. Mi... Anno M.CCCC. In cella Q: Istam cellam aedificavit Magister Conradus de Iungyngen, cui addit... urniam Hermanus Hertvyn...

p. 420 *Veteres lapides sepulchrales ante locum capitularem positi referunt has inscriptiones: 1. ad ostium ecclesiae: Hie licht Tideman Eppenschede begraben mette sin Wif: gestorben in dem jar M.CCCC.X. – 2. Illi contiguus: A. D. M.CCCC.XVI. die SS. XI millium V. Martyrum obiit

Ioannes de Else, Hildebrande von Else. — 3. A. D. M.CCCC.XIV. obiit Herman Eppenschede feria IV post festum Corp. Christi. Oretur pro eo. — 4 tus detritus est, in quo haec duntaxat verba discernuntur: Ihesus Christus Marien Son ...Hans... A. D. M.CCCC.XXIII. 5. Fragmentum lapidis super mensam altaris in sacristia: Hyr lich im ...von Elsen u... 6. In pariete ad altare apostolorum: Commemoratio D. Gerardi Rodenheim cum omni parentela sua et amicorum suorum omnium hic semper a quolibet celebrante habeatur vivorum et mortuorum. — Quos benefactores haud vulgares fuisse ipsosque ad constructionem coenobii plurimum contulisse, ipsi parietes loquuntur.

(Reinholdus Curicke in Gedanographia lib. 2. cap. 8[1]): Albertus Thodorf, proconsul Gedanensis mortuus 1413 Ioannes von Oryngen mortuus 1398. Hildebrandus von Elsen consul mortuus 1426. Tideman Eppenschede scabinus mortuus 1413.)

Superest in archivo Cartusiae regestrum eleemosynarum de anno 1509. usque 1519., ex quo colligi potest, quanta fuerit civium Gedanensium (antequam haeresi detestanda inficerentur) in Cartusiam liberalitas, sed et inferius de his plura occurent.

*Robur vero maximum et vigorem obtinuit monasterium in adolescentia sua 1386, favore et munificentia Dni Conradi Czolner a Rotenstein, magistri generalis, aliorumque commendatorum ordinis Theutonici. De quo sunt litterae tales: Wir Bruder Conradt Czolner von Rotenstein Homeister des Ordens der Brüder des Spitalis Sente Marien des Deütschen Huuses von Iherusalem, mit Rathe, Willen und Vollborth nnser Mitgebietiger, haben Wir Gott unsirm Herrn und seiner lieben Muter Marien zu Loben und czu Eren, die Erwürdige Geistlichen Manne die Carthäuser czu Culpyn, und iren Orden, aller Reysen, Scharwerck, Steyufuhre czu Huußern und aller der Ritterdienste, die wir hatten und haben mochten in desen nochgeschreben Gutern ewiclich freü und ledig gelaßen, eß were denn, das daß gemeine Lande czu des p. 421

[1]) Curicke l. c. 88 sq.

Landes Beschirmunge gemeinlichen Ufczoge, so sullen ir Leüthe pflichtig seyn mitczuczyhende gleich den unsirn. Czum ersten in dem Gute Culpyn seyn hnndert Huben und anderhalbe und czwenczig Huben. In dem Gute Gedingen seynt 40 Huben und 10 Morgen, und in dem Gute Czapel seynt 61 Huben: welche Huben en von unsirn Brudern bynnen iren Grentczen vollkommelich seyn geweyset. Dese vorgenante Gutere geben wir en mit den Seen und mit den Molen, die in denselben Guteren legen, freü und ewiclich czu notczen und besitczen. Und do die Mole czu Culpyn liet, do gehoret ouch das über der Radunen, an der Seyten do Wyseczechou liet, eyn Seyl obenwendig der Molen und eyn Seyl nedirwendig der Molen, czu dem Gute czu Culpyn, und do czu was die von Wyseczechou von derselben Molen Stowunge Schaden haben, das haben Wir en ouch abegeleget. Ouch haben Wir denselben Carthusern mit unser Mitgebietiger
p. 422 Rathe 42 Hu*ben und drittehalben Morgen luuterlich durch Gott gegeben, czu derselben Freüheit und Nutcze, als vorgeschreben steet frey und ewiclich czu besitzen, die en von unsirn Brudern bynnen iren Grenitczen ouch vollkomelich seyn beweiset. Ouch geben Wir en den See Groß Grzyben genant czu allem Nutcze und eine Molestadt uff dem Fließe, das us dem See geet mit 8 Morgen Rumes und wellen das nymandt eingerley Stowunge oder Were czu demselben Fließe ober iren Willen sulle machen. Wir geben en ouch unsir Teyl an dem See Chotlube genant, der an das Gut Czapel stoßet, frey nnd ewiclich czu aller Bebruchunge und Nutcze. Ouch dirloube Wir en freü Fischereye bynnen den Grenitczen des Dorfes Gedingen, und allen Inwonern deßelben Dorfes ufczufaren in die gesalczen See mit allen Geczouw, und von sonderlichen Gnaden gönnen Wir den egenanten Carthuusern, das sie mit eime großen Czosiggarne desehalbe des Landes czu Heyle czu allen Nutcze fischen mögen, wo ander leüthe fischen, sunderlich in dem Heringefange mogen sie ouch und die Inwoner des Dorfes Gedingen fischen mit 4 Boten ein itczlich Bot von 5 Rümen uf demselben Strande widder czu czuhalten, und was sie vohen von Fischen, diß mogen sie behalten eder

verkouffen, wo es en eben und allerbequemeste wirt. Ouch geben Wir en di Gerichte groß und cleyn in allen desen vorgenannteu Guteren, ußgenommen die Straßen Gerichte, die wir uns selben czu richten wellen behalten. Czu ewigen Gedechtniße dieser Dinge haben wir unsir Ingesegil an desen Brief laßen hengen. Begeben uf unsirm Huse Marienburg, in der Jarczal Christi 1386, des neesten Donnerstagſ nach ad vicula Petri. Beczeüge seyn unsir lieben Bru*dere: Bruder Thymo von Liebenstein Groß p. 423
Kumpthur, Bruder Heinrich Gans Obirster Trappier, Bruder Ulrich Hachmberger Treßeler, Her Merten unsir Kaplan, Werner von Tettingen, Kuncze von Lichtenstein unsir Campan, Symon und Henricus unsir Schreibere und vil ander ersame Lewthe. – Idem Dnus Conradus magister generalis donavit etiam Cartusiae curiam Grabowo ad mare cum 10 mansis et taberna atque libertate piscandi in mari. — Anno Domini 1391. conventus Cartusiae iam vires huiuscemodi acquisiverat, quod in villa sua Culpyn ecclesiam parochialem et baptismalem erexerit et dotaverit, cuius erectionis instrumentum invenies supra pag. 237. — Anno Domini 1395. Cartusia in temporalibus locupletata est bonis Belkowo et Kohlbude per liberalem donationem Dni Conradi de Iungingen, magistri generalis ordinis Theutonici. — Anno eodem initium habuit Cartusia Coronae Beatae Mariae prope Rügenwald in Pomerania, fundata ab Illsma ducissa Pomeraniae Adelheide, pro cuius plantatione conventus Cartusiae Gedanensis submisit ac dedit primum rectorem ac patres. Haud levi honori huic Cartusiae accedit quod vix annos pubertatis egressa, iam mater effecta sit.

Charta capituli generalis ordinis Cartusiensis indicat sequentia 1397: Ad instantiam et humiles preces Dni Ioannis, primi fundatoris domus Prussiae, non obstante infirmitate quam patitur, concedimus sibi, quod possit recipi in conversum vel oblatum in eadem domo vel alia quae ipsum voluerit recipere. Quis ambigere vult ipsum immediate accepto indulto, in hac domo receptum esse; sed non diu supervixit, ex hoc Mariano, quem*plantaverat, ad coelestem paradisum p. 424

translatus per piissimam mortem, quae accidit ipso die Immaculatae Conceptionis Beatae Mariae Virginis 1398.

Fuit alias eques Pomeranus pro insigni nobilitatis gestiens in parma leonem, in casside caput struthionis, unicus filius Dni Petri a Russenczin, qui circa fundationem Cartusiae adhuc in vivis fuit. Uxorem nunquam habuit, sed coelebs permansit. Sefridus et Stephanus, quorum in litteris primae fundationis mentio fit, fuerunt filii Dni Bartholomei a Russenczin, hic vero frater germanus Dni Petri supradicti, adeoque Sefridus et Stephanus patrueles non patrui fundatoris primi dicendi veniunt. Ex uno illorum genitus est Gabriel a Russenczin, qui anno 1434. adhuc superstes fuit. Sed in hoc gens nobilissima Russencziniorum defecit.

Anno Dni 1403. die 7. Octobris ecclesia conventualis per Rmum in Christo patrem et Dnum Stephanum Armenum Leopolien ex sancto ordine praedicatorum, episcopum Chelmensem, vicarium generalem per Pomeraniam pluribus annis, consecrata est sub titulo Beatae Mariae Virginis in coelos assumptae. Quo die festum dedicationis nuncusque solemni ritu recolitur.

Anno Domini 1413. Dnus Henricus de Plauen magister generalis ordinis Theutonici donavit Cartusiae isti lacum Ostrowite alias Schwartze See.

Anno Dni 1418. nobilis Nicze Stolnik de Oslanin partim vendidit partim donavit Cartusiae huic bona Oslanino, Bandergou, Crocou et Błądzkou ipsemet factus praebendarius eiusdem conventus. (Bona haec ob distantiam longam a monasterio de consensu Rmi patris generalis 1617 commutata sunt pro bonis Grabowo, Klobuczyno etc.

Anno Dni 1422. emit conventus villam Ostrice.

p. 425 *Anno Dni 1428. scripsit pater Henricus Borringer, vicarius huius domus, illam (quae passim in chronicis reperitur) invectivam exhortationem de moribus corrigendis ad cruciferos. Cui Leo Gutstadiensis alludit his verbis:[1]) Vir pius providerat maximam cladem et ruinam

---

[1]) Iohannes Leo, Historia Prussiae. Brunsbergae 1725. p. 233

ordini Theutonico prae foribus adstare; nec id difficile ille fuit colligere, cum esset in sanctis litteris versatissimus. Erant tum enormia peccata, horum Cartusianus ille magnam partem collectam ac litteris comprehensam magistro Paulo legendam proposuit, ab eo serio postulans, ut sumat animum ea corrigendi. Subdit vir pius se debuisse hanc monitionem edere, ne se vae illud sempiternum more aliorum tacentium canum perpeti necesse sit. Apparet certe (tandem addit autor praefatus) monachum hunc non fuisse hypocritam et assentatorem. Anno Domini 1433 seviit in his oris atrox bellum, ab historicis apellatum Ketzerkrieg Hussitenkrieg. Qua occasione gens pessima Hussitarum vicina monasteria Olivense, Pelplinense et Zukoviense plurimasque per Pomeraniam ecclesias depraedavit et incendit, salva Deo protegente a ferocitate eorum manente Cartusia. Post cladem hanc monasterium Zukoviense in aliquot annos stetit sine tecto, commiserati patres Cartusienses huic desolationi contulerunt monasterio proxime dicto in subsidium reaedificationis 10000 tegularum, 50 marcas argenti. Vicissim gratitudinis ergo sanctimoniales Zukovienses de licentia superiorum suorum donarunt 1443 Cartusiae iure perpetuo pratum Smętowo.

Anno Dni 1445 accessit monasterio allodium insigne Quadendorf in insula Gedanensi ex liberali donatione Dni Conradi ab Erlichshausen magistri generalis, qui alias ordini Cartusiensium novam etiam domum sive monasterium aedificavit sub titulo Pax Dei prope Schivelbein in nova Marchia et ipsemet intendebat ordinem hunc ingredi.

*Anno Dni 1453 Cartusia obtinuit domum intra Gedanum Carthäuserhof dictam. Anno 1454 coepit saevissimum istud bellum intestinum, quo Crucigerorum iugum a Pruthenis excussum est. Pagi omnes Cartusiae hac occasione combusti sunt. Anno Dni 1460 inita est confraternitas intra monasteria Cartusiense et Gedanense sanctae Birgitae. p. 426

Anno Dni 1464 saeviente bello 9 alumni huius

conventus mortui sunt et quidem ipsemet prior, procurator, sacrista et 6 alii.

Anno Dni 1466 accessit monasterio medietas villarum Goręczino et Semlyn et 1474 altera istarum villarum medietas per emptionem, quam Srsmus rex Casimirus amplissimo privilegio confirmavit.

Anno Dni 1490 dominica post octavas Corporis Christi ecclesia inferior monasterii sub titulo sanctae Catharinae virginis et martyris consecrata est.

Anno Dni 1495 Srsmus Poloniae rex Joannes Albertus donavit Cartusiae villam Prakowo et 1504 Srsmus Alexander rex villam Smolzyno, quam 1506 Illmus Vincentius episcopus Vladislaviensis immunitati ecclesiae adscripsit.

Anno Dni 1524 pridie Nativitatis Beatissimae Mariae Virginis monasterium ab haereticis novis depraedatum est et patres omnes variis torsionibus subiecti sunt. Rem exacte enarrat Leo Gutstadiensis pag. 403 his verbis: [1]) Cum anno 1524 Gedanenses Lutherani lusum suum cum monasteriis intra civitatem habuissent,
p. 427 iam animum ad campestria vicina spolianda * adiiciebant, potissimum aggredi volebant Cartusiam, quae opulenta esse dicebatur, eo quod elocasset pecunias nobilibus Pomerellis quibusdam proximo bello exhaustis in censum, tum egentibus civibus pro clenodiis argenteis oppignoratis. Iam igiturii, quorum parentes argentum suum oppignorassent Cartusiae, extra civitatem processerant spe recuperandi pignoris et decies tantum, quantum pignus valeret. Convenerant quoque cum his ex nobilitate Pommerellica et Cassubiensi circiter 200 equites, ut Cartusiam, Pelplinum, Olivam, Zukoviam et Zarnovecium intra diem et noctem unam diriperent. Sed alii ex nobilibus tardiores erant et quidem in tertium primum diem. Dum itaque morantur nobiles, Pelplinenses monachi Starogardiam, Olivenses Dirsaviam bona sua avexerunt. Virgines Zukovienses et Zarnovecenses pro praesidio suorum monasteriorum suos rusticos adhibuerunt et sic sibi providerunt.

---

[1]) Johannes Leo l. c. p. 403.

Cartusiani vero confisi suis vicinis, quos pecunia commodata sibi devinctos putabant, securi monasterium nullo praesidio munierant. Irruentibus itaque quadam die (7. Septembris) summo mane 100 equitibus in monasterium debebant aperire et patefacere omnes ianuas. Cumque depraedatores pecunias et argentum multum se inventuros sperarent, praeter 7 calices et 71 marcas plures non repererunt. Quibus sublatis priorem et oeconomum atrocibus tormentis subiecerunt, nam igne adurebant eos atque setaceis funiculis (lumbaribus Cartusiensibus) circa loca genitalia afficiebant, instantes serio, ut confiterentur, quo loco thesaurum defodissent. Negabant patres quidpiam superesse domi, quam ipsi sustulissent. Postquam vero omnes monachos variis torsionibus subiecissent, omnem suppellectilem, quam comprehendere et avehere poterant, abduxerunt secum. Adusti pater prior et oeconomus delati Gedanum curabantur. Sed tamen pater ex vulneribus obiit. Sic res quievit. * (Fuit eius temporis prior p. 428
Dnus Joannes Conicz non tamen ex vulneribus illico obiit, sed supervixit 9 adhuc annos et 1533 diem clausit extremum.) Pater Gregorius Rathe eiusdem temporis vicarius de hac re in codice privilegiorum propria mauu adscripsit sequentia: Notandum, quod anno Dni 1525, cum domus nostra Paradisi Mariae a praedonibus erat invasa et spoliata, omnibus ablatis simul et privilegia et litteras abstulerunt, rex Sigismundus ad instantiam Dni Gregorii Rathe monachi, antequam huiusmodi litteras ab eisdem raptoribus obtinuerant, omnia bona et villas prout in regestris suae cancellariae inveniri poterant, innovare atque huiusmodi scripta ratificare et confirmare dignatus est, quibus et voluit fidem adhiberi, prout et desuper extant regales litterae. Litterae regales tunc monasterio concessae et datae sunt prolixae et continent, quae huic rei inserviunt sequentia: Sigismundus Dei gratia rex Poloniae, Magnus Dux Lituaniae etc. etc. Quoniam superioribus mensibus monasterium Cartusiense per praedones est violatum, direptum et despoliatum, omnia iura, omnia privilegia omnesque litterae praedictis fratribus a prae-

decessoribus nostris data et concessa, una cum rebus omnibus sublata sunt. Ideo supplicavit nobis humiliter frater Gregorius Rathe monachus praefati monasterii suo et aliorum fratrum nominibus, dignaremur eis supradicta privilegia ex regestro cancellariae nostrae descripta innovare, ratificare et confirmare... Nos igitur supplicationibus praefatorum prioris et fratrum Cartusiensium de Paradiso sanctae Mariae benigniter annuentes indemnitatique eorum clementer prospicere volentes, quo liberius orationibus suis vacent, et pro nostra posterorumque nostrorum salute et incolumitate ac reipublicae, regni et dominiorum nostrorum tranquillitate et quiete Dominum Deum per intercessionem sanctissimae Genitricis eius, Dominae nostrae et omnium sanctorum orent, volentesque apud posteros testatam relinquere erga fratres praedictos Cartusienses
p. 429 clementiam nostram regiam, de certa sci * entia et voluntate nostra assensuque consiliariorum nostrorum in praesenti conventu nobiscum existentium villas suprascriptas, videlicet Colpino et Czapel cum lacubus eius, Gedingen annexa sibi curia Grabow et piscatione in mari salso, prout ab antiquo fuit, Oslanin cum captura ezocum in flumine Rheda iuxta Brzezin cum piscatione in mari magno et parvo omnibusque piscationum generibus, quocumque nomine censeantur, Blądzkov in districtu Pucensi, litus maris vulgariter Karthäuser Strandt dictum, Somonin, Goręczin, Ostric cum lacubus suis et nemore Zorzewo, Patulen cum stagno suo, Golubie cum lacu suo, Prakowo cum prato, stagno et loco Glaßhute, Smolzin cum 7 lacubus, vulgariter dictis Sitno, Głębokie, Kamionki, Marchowo maius, Ielien parvo et magno, molendinumque inter Smolzyn et Przodkowo, curiam Quadendorf cum suis attinentiis et piscatione in Motlawa, Belkov maius cum suo molendino et 6 mansis Kohlbud eidem villae incorporatis, 5 mansos villae Simonsdorf in insula maiore, Pollenczin cum suis lacubus, stagnum Garcz in districtu Mirachoviensi (ex recensitis villis et lacubus haud pauca hodie in aliorum manibus sunt) cum omnibus et singulis eorundem bonorum proventibus, pertinentiis, utilitatibus

etc. cumque omni iure, dominio, proprietate, exemptionibus et libertatibus universis, prout eadem bona suprascripti fratres in hunc usque diem tenuerunt tenentque, habent et possident . . . tenendo, habendo, utifruendo, pacifice et quiete possidendo perpetuo et in aevum . . . Actum Piotrkoviae in conventione generali feria 2 ante festum Purificationis Sanctissimae Virginis Mariae, Dnae nostrae, anno Domini 1525.

De ista expilatione monasterii et cruciatu patrum supersunt etiam litterae supplices ad Illmum et Rmum Dnum Matthiam de Drzewica episcopum Vladislaviensem huius tenoris: Rme in Christo Patre et Dne clementissime. Post devotissimas preces nostras pro Rmae Dominationis vestrae incolumitate et felicitate ad Deum omnipotentem humillima eti * am parataque obsequia nostra Rmae p. 430
Dominationis vestrae pedibus advoluti eandem oramus et per viscera Dni Dei nostri obsecramus, ut quum latronum saevitia priore et nonnullis fratribus nostris immanissime antea cruciatis et extortis etiam privilegia nostra, tam a Srsmis olim divis et hodierno regibus Poloniae, quam a Rmis quondam ordinis Theutonici magistris monasterio nostro et nobis data et concessa, nobis rapuit, scimus, quod Rma Dominatio vestra facile considerat, tametsi iure nostro... non orbati, attamen a malorum insidiis hoc nunc saeculo plus nimio insolentium vix satis quieti. Nam abesse haud multum potest, ut qui fratres nostros tam immaniter cruciare, monasterium et fanum eiusdem tam nefarie et impie spoliare et prophanare, vasa et vestes sacras, privilegia quoque nostra violenter rapere ausi sint, nec Deum iudicem, regem ultorem, populum universum vindicem et postulatorem formidarint, non etiam aliud quippiam si non aeque, haud multo minus grave mox in nos audeant et moliantur, nostrisque nos etiam bonis exuere conentur.

In urbe Gedanensi mense Ianuario 1525 vesanus tumultus a Lutheranis plurimum iam auctis excitatus est, qui non solum ecclesias et coenobia expilarunt, verum etiam magistratum catholicum deposuerunt, surrogatis Lutheranis ex vili plebe consulibus. Qua qui-

dem tempestate Cartusia aliquot aedibus intra urbem praefatam exuta est.

Anno Dni 1526 Srsmus Sigismundus I rex Gedani existens, magis adhuc erga Cartusiam testatam reddidit clementiam regiam, tribuens illi in forma transumpti sub sigillo regni maiore omnia et singula privilegia a regibus, principibus Crucigeris etc. eidem a primaevo fundationis concessa et data. Post istam depraedationem et cruciatum patrum Cartusia plures alias
p. 431 tri * bulationes et aerumnas ab hareticis perpessa est.

Anno Dni 1540–1543 instabant nonnulli nobiles (haresi Lutherana imbuti) apud regem, ut proventus Cartusiae acciderentur et pars ipsorum scholae Culmensi applicaretur. Sed audi sapientissimum regis responsum: scholis prospectum cupit sua regia maiestas, sed citra cuiusque iniuriam; nam suis redditibus monasteria spoliare, iniustum est.

Tandem anno Dni 1559, cum multi abuterentur bonitate Sigismundi Augusti regis, et alii alia ecclesiae bona permissu eiusdem invaderent, quidam nobilis Pruthenus Ioannes Dulski, capitaneus Diboviensis et aulicus regius, impetravit ab eodem rege facultatem administrandi Cartusiam sub titulo conservationis, cum revera id solum ageretur, ut ipse suam partem de Christi vestimentis acciperet; nam cum patres Cartusienses promisissent illi ad dies vitae singulis annis 100 thaleros, administrationis suae munus eisdem libere resignavit, nec diu supervixit. Similem praedam quaerebat deinde Martinus ab Eden Colbergensis clericus saecularis, qui apud regiam maiestatem administrationem monasterii eiusdem post mortem iam dicti Dulski 1564 obtinuit, priore et fratribus plurimum reluctantibus, eique litem apud legatum apostolicum indicentibus, quam mors Martini mox secuta diremit.

Post hunc Rmus Dnus Casparus Geszkou, cum per Rndum Nicolaum Loka autoritate regia ex abbatia Olivensi, quem per aliquot iam annos possederat, esset amotus, Cartusiae administrationem apud regem 1565 consecutus est, contra quem prior cum conventu Illmi cardinalis Hosii et aliorum ecclesiasticorum praelatorum

patrocinium quaesivit, sed praevaluit autoritas regia. Continuarunt huiuscemodi administrationes in plures adhuc annos, un * de permoti patres Cartusienses, cum p. 432 viderent proventus monasterii in usus parum pios expendi, se illiberaliter tractari secesserunt in Germaniam et ibidem in monasteriis sui ordinis elegerunt mansionem.

Demum 1589 patres iidem per Illmum Rmum Dnum Hieronymum comitem a Rozrazew episcopum Vladislaviensem et Pomeraniae reintroducti sunt, et abinde Paradisus iste Marianus reflorere cepit.

Unicae huic per 3 ferme saecula in inclito Poloniae regno Cartusiae Deus tandem providit de binis sororibus et quidem 1639 per fundationem Cartusiae Gidlensis 4-to Częstochovia milliari ab Illma Susanna Przerębska succameraria regni, et 1648 per erectionem amplissimam Cartusiae Berezanae in magni ducatu Lituaniae ab Illmo Casimiro Leone Sapieha procancellario Lituaniae factam.

Series priorum.

1. Dnus Ioannes a Deterhus Saxo primus a fundatione monasterii rector et ab anno 1384 prior eiusdem, promovit strenue novellam Paradisi Mariani plantationem, erexit 1391 ecclesiam parochialem in Cułpyn, demum anno 1397 factus rector novae fundationis in Pomerania Coronae Beatissimae Mariae.

2. Dnus Ioannes a Friedeck, Pruthenus ex terra Culmensi, primus Cartusiae huius professus, 1405 factus rector Coronae Beatissimae Mariae.

3. Dnus Ioannes Lange prior per annum duntaxat, 1406 factus prior Cartusiae in Gyrio, alias Vallis sancti Mauritii.

4. Dnus Ioannes a Deterhus secundo prior, obiit aetate et meritis plenus 3. Februarii 1412.

5. Dnus Nicolaus Berger, vir amabilis valde, qui Cartusiam hanc 22 annis rexit, eamque in aedificiis in sublime erexit, in temporalibus* ampliavit et semper p. 433 omnia in summa pace suis diebus tenuit. Obiit 1434.

6. Dnus Henricus Plöne zelator ordinis, obiit 1444.

7. Dnus Ioannes Königswald prior 1447—1448.

8. Dnus Nicolaus Konigk, qui tantum rigorem ordinis tenuit, quod visitatores testimonium dederint in capitulo generali dicentes: domus Paradisi Mariae est corona totius ordinis nostri.

9. Dnus Martinus Snelle Gedanensis 1457—1461 absolutus.

10. Dnus Ioannes Königswald, secundo prior, vir honorabilis obiit 1464.

11. Dnus Casparus 1464, obiit 1469.

12. Dnus Ioannes Graue factus 1480 prior Coronae Mariae.

13. Dnus Nicolaus Lange 1480 prior et convisitator, missus cum 4 patribus pro nova plantatione Cartusiae Pacis Mariae in regno Sueciae.

14. Dnus Andreas Bretschneider prior 1485', missus 1489 ad novam Cartusiam in regno Sueciae.

15. Dnus Matthaeus Haveman 1489—1492.

16. Dnus Antonius Liebenwald 1492. Obiit 1497.

17. Dnus Laurentius Widov 1497 . . . . 1504.

18. Dnus Gregorius Rathe 1505 . . . . 1510.

19. Dnus Paulus Tornier 1510, obiit 1521.

20. Dnus Ioannes Conicz, qui 1524 ab haereticis pro defensione monasterii immensissimis tormentis subiectus fuit.

21. Dnus Ioannes Hamer, qui prioratu 31 annos functus est, obiit 1560.

22. Dnus Ioannes Spir prius rector et deinde prior, qui non ferens iugum administratorum collectis privilegiis et sigillis monasterii secessit in Germaniam, factus prior Cartusiae Hildesheimensis et visitator.

23. Dnus Andreas Haseman prior ab anno 1570 usque 1582.

(1582 patres Cistercienses occuparunt Cartusiam).

p. 434 * 24. Dnus Lambertus Ninglus de Odendorp, olim prior domus Moguntiae et convisitator provinciae Rheni, venit Gedanum 18. Februarii 1584 qua commissarius

dein recuperata domo rector et paulo post prior, vir piissimus. Anno Dui 1602 missus in Russiam in aula Illustris Dni Felicis Herburt (qui ordini Cartusiensi novam domum aedificare voluerat) sancte obiit, sepultus in ecclesia patrum Carmelitarum ibidem. Post aliquot vero annos corpus eius inventum integrum cum habitu, translatum est ad ecclesiam cathedralem Przemysliensem.

25. Dnus Petrus Hayman, qui 1614 electus est in priorem domus Rutilae, cuius profesus erat.

26. Dnus Henricus Villarius Leodicensis praefuit 9 annis, dein alibi promotus, vir doctus.

27. Dnus Ioannes Udalricus Repffius ex prioratu Molsheimensi huc translatus 1622. Vir pius et prudens, aedificavit ecclesiam Goręczinensem et Graboviensem, 1645.

Dnus Philippus Bolman electus prior 1645, vir egregius, aedificavit 1647 ecclesiam Kułpinensem. Obiit 1662.

28. Dnus Antonius Ziegler electus prior 1662, ad suam instantiam absolutus 1670.

29. Dnus Ioannes Bilstein ex priore in Snals et visitatore provinciae Alemaniae inferioris factus 1670 prior Gedanensis, cuius domus professus erat. Vir doctissimus. Anno Dni 1678 rursum factus prior in Buxheim et visitator.

30. Dnus Laurentius Fendrich olim prior in Ilmbach et Buxheim, dein 1678 Gedanensis, obiit 1691.

31. Dnus Petrus Beyer ab anno 1692 erexit 1701 capellam Graboviensem in ecclesiam parochialem. Obiit 1711.

32. Dnus Guilielmus Loesberg prius rector et ab anno 1714 prior, vir amabilis. Obiit 15. Aprilis 1728.

33. Dnus Ioannes Marx electus prior 1728. Vir sobrius et vigil. Obiit 28. Iulii 1735.

34. Ego, qui haec scribo, omnium minimus, frater Georgius Schwengel 26. Septembris 1735 a conventu electus et 28. Septembris installatus sum.

p. 435 ***Tabula defunctorum fratrum.**[1]

1389	12.	Maii	Dnus Martinus monachus, primus hac in domo mortuus.
1390	5.	Februarii	Dnus Moyses sacerdos.
1393	17.	Maii	Dnus Leo Redditus clericus.
1395	27.	Octobris	Dnus Ioannes Mast sacerdos.
1395	3.	Decembris	Frater Nicolaus conversus.
1408			Dnus Magnus sacerdos.
1409	21.	Iunii	Dnus Ioannes Lange quondam prior huius domus.
1409	16.	Februarii	Frater Nicolaus Grangiarius.
1411	29.	Decembris	Frater Theodoricus conversus primus professus huius domus.
1412	12.	Ianuarii	Frater Petrasche, professus huius domus.
1412	3.	Februarii	Dnus Ioannes a Deterhus Saxo primus prior huius domus.
1412	15.	Martii	Frater Thomas Fulkot conversus.
1417	27.	Martii	Dnus Wynandus de Colberg redditus sacerdos.
1419	27.	Martii	Frater Nicolaus conversus, qui mutato nomine dictus fuit Gregorius.
1422	12.	Septembris	Frater Nicolaus pistor professus.
1424	10.	Iunii	Frater Ioannes de Berby dictus Huxer, coquinarius conventus.
1426	5.	Octobris	Frater Nicolaus Sartorius, qui mutato nomine dictus fuit Paulus.
1427	26.	Aprilis	Dnus Ioachim monachus, secundus professus huius domus, qui egit in ordine 47 annos.
1427	19.	Novembris	Dnus Arnoldus, qui egit in ordine 37 annos, homo quietissimus, professus huius domus.
1428	23.	Maii	Frater Nicolaus Ruffus professus domus.

---

[1]) cfr. Calendarium vetus sive tabula defunctorum patrum et fratrum Cartusiae Dantiscanae ed. Kętrzyński: Monum. Pol. hist. t. IV. 1884 p. 125.

1428	16. Decembris	Dnus Daniel de Legnitz monachus.
1429	15. Octobris	Frater Ioannes Bursan braxator conventus. } ambo infra 2 horas mortui.
1429	15. Octobris	Frater Georgius donatus. } ambo infra 2 horas mortui.
1429	30. Novembris	Dnus Stanislaus monachus huius domus, habens annos aetatis 86, in ordine vero circa 47, homo ferventissimus. (Huius vitam admirandam *typis expressam extitisse, p. 436 et quod vir hic pientissimus fuerit tanti meriti apud Deum, quod suis precibus impetraverit, ut in communi contagione aut peste haec domus nunqam possit infici, etsi ubique circum ista grassaretur contagio. Hoc adeo est notorium, ut etiam magni Dni temporibus pestis huc se tamquam ad tutum asylum receperint, refert pater Erasmus Krays, professus domus huius in manuscripto).
1430	27. Martii	Frater Henricus Ortel conventualis.
1430	29. Augusti	Dnus Elias de Rosenberg monachus, qui egit in ordine annos circa 40.
1434	15. Augusti	Dnus Ioannes de Friedeck, primus professus et quondam prior huius domus ac rector domus Coronae Mariae in Pomerania, qui egit in ordine 54 annos, in multis laboribus religiose semper conversatus.
1434	28. Augusti	Dnus Nicolaus Berger, vir amabilis valde, qui prioratum 22 annis in hac domo egregie rexit, et in aedificiis in sublime eandem erexit, in temporalibus ampliavit ac semper omnia in summa pace suis diebus tenuit.
1434	24. Septembris	Frater Ioannes Vogelsheim conventualis.

1435	29.	Ianuarii	Frater Henricus de Insula conventualis.
1436	5.	Novembris	Frater Ioannes de Oslanyn conventualis.
1438	26.	Aprilis	Dnus Martinus Hugo de Gdantzk sacerdos.
1438	9.	Iunii	Frater Andreas professus.
1439	7.	Ianuarii	Frater Nicolaus coquinarius conventualis.
1441	15.	Februarii	Dnus Ioannes Schweisman monachus.
1442	20.	Aprilis	Frater Ioannes molendinator donatus.
1443	24.	Maii	Dnus Paulus Rulecke redditus sacerdos.
1444	19.	Iulii	Dnus Henricus Plöne prior huius domus et alias prior domus Coronae Mariae in Pomerania, zelator ordinis, praefuit huic domui 10 annis.
1444	7.	Octobris	Dnus Balthasar, qui egit iubilaeum in ordine, speculum con * (p. 437) gregationis moribus religiosis sacerdos.
1445	18.	Augusti	Dnus Nicolaus de Stąnzice monachus.
1445	26.	Decembris	Frater Ioannes de Geldria conventualis.
1446	6.	Maii	Dnus Nicolaus de Christburg vicarius per 20 annos, in ordine vero egit 33 annos, vir valde religiosus.
1448	25.	Februarii	Frater Nicolaus pistor conventualis.
1448	24.	Martii	Dnus Nicolaus Sponau monachus habens in ordine fere 50 annos.
1449	24.	Aprilis	Frater Matthaeus Kokram conventualis.
1449	25.	Aprilis	Frater Nicolaus Babau grangiarius, conventualis.

1449	25. Aprilis	Frater Nicolaus Ion conventualis, habens per totum ordinem anniversarium perpetuum.	
1449	25. Aprilis	Dnus Iacobus Fredeland monachus, qui vixit in ordine 50 annos.	
1449	26. Aprilis	Frater Petrus Fochs conventualis (fit huius mentio in actis 1414).	
1449	2. Maii	Frater Nicolaus Tischler (alibi Mensaefix) conventualis.	
1450	22. Aprilis	Frater Paulus Perbant conventualis.	
1451	31. Decembris	Frater Ioannes Fischer, conventualis, habens anniversarium perpetuum per totum ordinem.	
1452	15. Februarii	Frater Tydemannus conventualis.	
1452	26. Aprilis	Frater Ioannes Cracht conventualis.	
1452	25. Decembris	Dnus Ioannes Tolckemit monachus habens in ordine 38 annos.	
1453	12. Maii	Frater Nicolaus de Oslanyn donatus.	
1455	6. Augusti	Dnus Matthaeus Forstenau monachus et quondam procurator, habens in ordine 36 annos et anniversarium perpetuum per totum ordinem.	
1456	17. Augusti	Dnus Theodoricus von Schildern vicarius habens in ordine 25 annos.	
1457	2. Iulii	Dnus Simon de Colmen monachus, qui 54 annis in ordine laudabiliter peractis, felici fine quievit. (alibi cum rubrica de eodem ita scriptum est: Dnus Iacobus de Culmensee senior domus Paradisi Mariae, qui laudabiliter vixit in ordine 53 annos et super omnes religiosior et fuit propheta .... ultra legi nequit).	
1459	18. Martii	*Dnus Ioannes de Elbingo monachus.	p. 438
1459	22. Octobris	Dnus Thomas monachus.	

1460	12. Iulii	Frater Bruno conventualis.
1464	18. Februarii	Frater Nicolaus senior donatus.
1464	25. Martii	Honorabilis pater Dnus Ioannes Königswald prior, habens in ordine 30 annos.
1464	13. Augusti	Dnus David Rogger Thorunensis, redditus sacerdos (alibi clericus). Professus huius domus, obiit in domo Montis sanctissimi Salvatoris prope Erfordiam.
1464	1. Septembris	Frater Gregorius conventualis.
1464	12. Septembris	Frater Nicolaus molendinator (alibi pistor) conventualis.
1464	15. Septembris	Dnus Nicolaus de Königsberg monachus.
1464	16. Septembris	Dnus Ioannes Schwartzfeld sacrista.
1464	26. Septembris	Dnus Erhardus procurator.
1464	20. Novembris	Frater Nicolaus Metzener professus.
1465	15. Septembris	Frater Laurentius conventualis.
1468	8. Augusti	Dnus Franciscus sacerdos, habens in ordine 40 annos et anniversarium perpetuum per totum ordinem.
1469	7. Martii	Dnus Erasmus professus et olim prior domus Pacis Dei prope Schivelbein.
1469	10. Martii	Dnus Caspar prior huius domus.
1469	1. Novembris	Frater Syfridus conventualis, habens anniversarium per totum ordinem.
1470	7. Ianuarii	Dnus Georgius monachus huius domus et alias prior Coronae Mariae in Pomerania.
1470	23. Ianuarii	Frater Baltholomeus conventualis, braxator.
1470	5. Maii	Dnus Petrus, qui 40 annos laudabiliter in conventu conversatus, vitam feliciter finivit.

1472	18. Aprilis	Frater Ioannes Gramsou (alibi Grenczik) conventualis.
1473	23. Aprilis	Frater Abraham conventualis, habens 32 annos in ordine.
1474	18. Februarii	Dnus Martinus Snelle Gedanensis, quondam prior huius domus, habens 23 annos in ordine.
1474	21. Martii	Frater Ioannes pistor conventualis, habens 26 annos in ordine.
1474	27. Iunii	Frater Ioannes Gersdorf conventualis, habens ultra 30 annos in ordine.
1478	2. Novembris	Frater Henricus Scholte de Stolpis conventualis, habens fortasse 6 annos in ordine.
*1479	16. Ianuarii	Frater Nicolaus Grunau conventualis. p. 439
1480	20. Februarii	Frater Henricus (alibi der Wagenmeister) donatus.
1480	20. Februarii	Frater Nicolaus pistor conventualis, habens in ordine 7 annos.
1481	22. Iunii	Dnus Petrus de Lobau monachus.
1481	3. Iulii	Dnus Andreas de Costen (alibi sacerdos de Polonia) professus monachus.
1482	26. Februarii	Dnus Laurentius prior domus Pacis Dei, professus huius domus, habens in ordine 12 annos.
1483	17. Aprilis	Frater Ioannes Faber (alibi der alte Schmidmeister) donatus, plenus dierum (coaetaneus in ordine fratris Georgii proxime sequentis, aut forte senior).
1483	3. Iulii	Frater Georgius conventualis, coquinarius, habens in ordine 52 annos.
1483	9. Octobris	Frater Gerhardus conventualis.
1483	21. Decembris	Dnus Ioannes Graue professus et quondam prior huius domus, nec non Coronae Mariae in Pomerania, habens in ordine 19 annos.
1484	7. Iunii	Dnus Laurentius professus.

1484 7. Decembris Dnus Leonardus Gramsou professus, habens in ordine 35 annos.

1488 17. Augusti Dnus Ioannes Cranghe Starogardensis, magister artium, vicarius, habens in ordine 5 annos.

1489 17. Iunii Frater Ioannes Pfaffe conventualis, habens in ordine 23 annos.

1490 12. Februarii Frater Thomas Pick (alibi Biel) donatus, habens in ordine 32 annos.

1491 14. Aprilis Frater Andreas Becker conventualis, habens in ordine 26 annos. (Ante ingressum religionis civis Gedanensis et iam avus, adscripsit de consensu filiorum et nepotum monasterio aedem suam Gedani die kalte Badstube).

1492 27. Aprilis Venerabilis pater senior dominus Nicolaus Konigk, qui in ordine 47 annos religiose egit et tantum rigorem ordinis in spiritualibus invenit et tenuit, quod et visitator Saxoniae prior in Rostock dominus Thimotheus (hic iam obiit 1468 die 2. Ianuarii) testimonium dedit in capitulo generali dicens: domus Paradisi Mariae est corona totius ordinis nostri, et curam domus nostrae in spiritualibus et corporalibus strenuissimam gerens, prioratus, vicariatus, procuratoris
p. 440 et sacristiae onera laudabi*lissime suis in humeris portavit, et bona monasterii tempore gverrarum fidelissime custodivit.

1493 14. Aprilis Frater Gotschalcus conventualis, habens in ordine 30 annos.

1494 14. Februarii Frater Nicolaus Reddemer conventualis, habens in ordine 10 annos.

1494 13. Septembris Frater Ioannes Krumteich conventualis, habens in ordine 15 annos.

1495	29. Augusti	Frater Nicolaus de Flensborg conventualis habens in ordine 41 annos.
1495	29. Novembris	Frater Martinus de Livonia; donatus, quitantum 2 annos in ordine egit.
1496	5. Iunii	Dnus Andreas Bretschneider professus et quondam prior, habens 25 annos in ordine.
1496	30. Iunii	Dnus Hermanus Seydel professus, habens 18 annos in ordine, qui insignem dotem monasterio attulit, filius Iacobi Seydel consiliarii Regiomontani.
1496	27. Octobris	Dnus Nicolaus Lange magister artium, quondam prior huius domus et convisitator provinciae Saxoniae, habens in ordine 23 annos. Hic et Hermanus Seydel, Andreas Bretschneider, frater Nicolaus de Flensborg in nova plantatione domus Pacis Mariae in regno Sueciae mortui sunt.
1497	11. Iunii	Dnus Antonius Liebenwald prior, habens in ordine 22 annos.
1498	21. Ianuarii	Dnus Arnoldus Seteler Gedanensis, professus habens in ordine 28 annos.
1498	18. Maii	Dnus Ambrosius Voigtlender professus, habens in ordine 23 annos.
1499	31. Iulii	Dnus Nicolaus Schramme professus.
1500	13. Aprilis	Dnus Nicolaus de Lobau professus, habens in ordine 50 annos.
1500	15. Aprilis	Dnus Matheus Stentzeler professus habens in ordine 32 annos.
1503	27. Ianuarii	Frater Ioannes Geschkou (alibi Iaczkowski) nobili genere ortus, conventualis et advocatus huius domus, habens in ordine 25 annos.
1503	29. Ianuarii	Frater Bernardus Ewert (alibi

			Mildehaut) conventualis, habens in ordine 18 annos.
	1503	21. Martii	Dnus Iodocus (Iost) Plastenwigk professus (et 1471 procurator).
	1503	10. Decembris	Frater Nicolaus Kluwer conventualis et advocatus, habens 26 annos in ordine.
	1504	27. Februarii	Frater Stephanus Kostka (vir nobilis) donatus, habens ultra 30 annos in ordine.
	1504	6. Aprilis	Frater Henricus Kremer, conventualis, habens 26 annos in ordine.
p. 441	*1504	31. Martii	Dnus Ioannes Waldhauer professus et 1492 procurator, hospes in domo Pacis Mariae in Suecia, habens in ordine annos 21 cum dimidio et 6 hebdomadis.
	1505	1. Martii	Dnus Iacobus Lupi.
	1505	3. Martii	Dnus Petrus (alibi magister Petrus) senior, speculum Cartusiensium, qui conversatus est in ordine laudabiliter annos 33.
	1505	5. Maii	Frater Iacobus Donatus coquinarius, habens in ordine 28 annos.
	1506	8. Iunii	Frater Ioannes conventualis, senior, barbitonsor, qui habuit in ordine 22 annos et multis pauperibus hominibus solatio fuit.
	1507	1. Ianuarii	Frater Ioannes Tyle conventualis, habens in ordine 15 annos.
	1508	24. Novembris	Dnus Matthias Zeytz professus, habens in ordine 24 annos.
	1510	29. Martii	Frater Andreas sutor, donatus, habens in ordine annos 50, vir bonus.
	1511	29. Aprilis	Frater Ioannes Flachsman conventualis, habens in ordine annos 6.
	1513	16. Aprilis	Dnus Iacobus Eynwald professus, habens in ordine annos 8, homo laudabilis vitae.
	1514	6. Octobris	Frater Georgius Cellerarius con-

		ventualis, habens in ordine annos 7 cum dimidio.
1514	29. Octobris	Frater Michael donatus, habens in ordine annos 13.
1514	30. Novembris	Frater Gothardus Steenwigk conventualis, habens in ordine annos 9.
1514	21. Decembris	Frater Paulus conventualis, habens in ordine annos 5.
1515	26. Iunii	Frater Ioannes Koningk barbitonsor, conventualis, habens in ordine annos 26½.
1516	23. Iunii	Dnus Matthaeus Hofman (alibi Haveman) quondam prior, vicarius et procurator huius domus, habens in ordine annos 33.
1518	25. Februarii	Frater Georgius conventualis, pistor, habens in ordine ultra 40 annos.
1518	28. Octobris	Frater Nicolaus Stoltzfus conventualis, senior, habens in ordine 45 annos.
1519	31. Maii	Frater Matthaeus Rogger conventualis, sutor, habens in ordine 7 annos.
1520	12. Novembris	Frater Ioannes Pawest (alibi Bobist) conventualis et advocatus, habens in ordine 33 annos.
1521	28. Martii	Frater Georgius Faber, donatus, vir bonus, habens in ordine 50 annos.
1521	4. Octobris	Dnus Paulus Tornier, quondam prior, vir bonus et devotus, habens in ordine 23 annos.
1522	10. Ianuarii	Dnus Iacobus Blandou senior (1485 procurator) habens in ordine 52½ annos.
*1522	24. Iulii	Dnus Laurentius Wydou quondam prior et bis procurator, habens in ordine 33 annos. p. 442
1525	23. Iulii	Dnus Georgius Tyle senior, qui 54 annis summa cum laude ser-

28*

		vivit iugiter Dno usque ad extremam valetudinem et reddidit ei spiritum.
1526	1. Octobris	Frater Ioannes Lupi (alibi Hans Wolf Voigt) donatus et coquinarius, habens in ordine 6 annos.
1526		Dnus Petrus Lupi professus huius domus et alias prior domus Misericordiae Dei prope Francofurtum.
1527		Dnus Nicolaus Plastenwigk, professus huius domus, obiit Iuliaci.
1527	20. Maii	Frater Gregorius conventualis, habens 26 annos in ordine.
		Dnus Gregorius Rathe olim prior et vicarius, fit eius mentio ab anno 1505 usque 1526 in actis, sed obitus non est adscriptus, forte in Germania obiit.
1532	26. Iulii	Dnus Andreas Wels quondam procurator, habens in ordine 25 annos.
1532	25. Novembris	Dnus Ioannes Lovanii sacerdos.
1533	15. Februarii	Dnus Ioannes Conicz olim prior, ab haereticis immanissime 1524 tortus, habens in ordine 23 annos.
1533	1. Iunii	Dnus Christophorus Sonneman quondam vicarius, habens in ordine 35 annos.
1537	27. Decembris	Frater Petrus Bischof conventualis, habens in ordine 38 annos.
1537	8. Decembris	Dnus Antonius hic hospes, habens in ordine 60 annos.
1538	13. Ianuarii	Dnus Matthias senior, habens in ordine 38 annos.
1539	27. Aprilis	Dnus Wolfgangus sacrista.
1541	16. Aprilis	Frater Henricus conventualis, obiit Sabbato sancto.
1558		Dnus Rutgerus de Wyda sacerdos (iam 1513 in hac domo fuit).
1557	4. Ianuarii	Dnus Stephanus Müntzer a 30 annis procurator Regiomontanus.
1560	16. Maii	Dnus Ioannes Hamer prior circa

		31 annos, in ordine vero ultra 40 annos.
1564	22. Ianuarii	Frater Ioachim Beneke conventualis.
1564	5. Septembris	Frater Christophorus conventualis, habens in ordine 50 annos.
1567	1. Novembris	Dnus Mauritius Hageman diaconus.
1567	26. Octobris	Frater Gallus Schmidt conventualis.
1578		Frater Gvilhelmus professus huius domus.

*Dnus Andreas Haseman prior ab 1570 usque 1582. Vixit Hildesii adhuc 1593. p. 443

Dnus Henricus Breda procurator 1581. Obiit ante annum 1596 Lubecae.

Dnus Ionas Werger, sacerdos 1582, fuit ad latus Dni Lamberti 1584.

Dnus Ioannes Wanczenberg sacerdos 1550.

Dnus Conradus Fabri professus 17. Ianuarii 1580, fuit ad latus Dni Lamberti 1584.

Dnus Ioannes a Campen procurator 1559.

Frater Albertus Pomyn, conventualis 1550.

Dnus Iacobus professus 1531.

Frater Ioannes Maas conventualis.

Hi postremi, quibus annus et dies obitus non est appositus, sunt, qui non ferentes iugum administratorum extraneorum, quorum superius memini, secesserunt in Germaniam, ibidemque in domibus ordinis sui mansionem sibi elegerunt ac demum ibidem quoque diem ultimum clauserunt.

Extant item in veteri menologio adscripti sine anno sequentes:

14. Aprilis Frater Alexander novitius.

14. Aprilis Frater Georgius grangiarius.

11. Aprilis Frater Ioannes Grammentyn, reor hunc esse Ioannem Gramsou, qui supra 1472).

11. Aprilis Frater Ioannes molendinarius, donatus et hunc eundem, qui refertur 1442.

24. Maii Frater Abraham (hic certe idem est, qui supra anno 1473).

6. Martii Frater Henricus et hic qui refertur 1504.

24. Augusti Frater Clerus conventualis.

Dnus Theodoricus (alibi Didericus) Zweeten transivit ex Cartusiensi ad Cisterciensem ordinem 1559 et immediate factus est prior Olivae.

Deinde post recuperatum monasterium anno 1589 mortui sunt in Dno:

1593 18. Septembris Frater Ioannes Kannegisser conventualis, habens ultra 40 annos in ordine.

1601 10. Iunii Dnus Servatius Vlattenius professus domus Rutilae, huc 1589 missus.

p. 444 *1602 7. Maii Dnus Iacobus Martisdorf huc pro sacrista 1589 missus, dein prior Olomucensis, obiit in itinere oboedientiae domus Ruthenicae aedificandae.

1602 4. Augusti Dnus Lambertus Ninglus prior. Vir hic magnus in villa Odendorp ducatus Iuliacensis (unde cognomen de Odendorp, quod sonat villa antiqua, eidem adscriptum est saepius) natus, ordinem Cartusiensem in domo Treverensi ingressus est anno aetatis suae 19. Dein post professionem, doctrina et morum gravitate ac maturitate excellens, post varias minores functiones, in dicta domo evasit in vicarium, inde 1573 assumptus est in priorem domus Moguntiae et 1576 ad munus convisitatoris provinciae Rheni. Porro accepta 1583 relatione de afflictis rebus Cartusiae Paradisi Beatissimae Mariae tam per exules patres quam per patentes Illmi ac Rmi Dni Hieronymi comitis a Rozdrazew, episcopi Vladislaviensis et Pomeraniae, litteras, datas Vladislaviae 23. Maii 1583 pro amore Dei et zelo ordinis anno eodem itineri Dantiscum versus, adiunctis sibi 4 patribus exulibus, Andrea Hasemanno, Iona Werger, Conrado Fabri et Henrico Breda, se dedit, perveniens illuc 18. Februarii 1584. Hinc 25. Februarii egressus, Wolboriam attigit 4. Martii et 6 eiusdem ibidem se stitit mandato conformiter ante conspectum Illmi episcopi altenominati; a quo bene sperare iussus, Dantiscum reversus est. Die 11. Aprilis expedivit Cartusiam patres duos Henricum Breda et Ionam Werger cum notario publico et testibus. Quae vero deinceps subsecuta sunt, acta Rozrazewiana con-

suli possunt. Illud attingere satis sit, quod Dni Lamberti fideli opera, multo labore ac industria comitata Illmi ac Rrmi praesulis supranominati favore et summa benevolentia domus haec restituta est ordini Cartusiensi. Egit abinde rectorem per triennium et ab anno 1592 priorem huius domus disciplinamque ordinis Cartusiensis in eadem restauravit, ipsemet exemplo omnibus praelucens. Anno demum 1602 missus in Russiam, in domo Illmi Ioannis Felicis Herburt, qui ordini Cartusiensi novam domum aedificare voluerat, sancto fine quievit, sepultus apud patres Carmelitas iuxta Praemysliam. Post aliquot vero an * nos corpus ipsius p. 445
integrum cum habitu inventum, translatum est ad ecclesiam cathedralem Praemysliensem (mortuus anno aetatis 66, ordinis 47). 4 illos patres, quos Dnus Lambertus 1584 adduxerat, eodem adhuc anno cum non haberet, unde illos sustentaret, remisit per mare in Germaniam. Anno vero 1589 venerunt ex Germania 6 sacerdotes Cartusiani viri docti et sancti (uti annales Olivenses testantur) nucleus (uti annales Cartusienses habent) totius provinciae Rhenanae, nempe Ioannes, Hector, Servatius, Iacobus, Gerardus, Antonius, qui tanquam obedientissimi filii (verba sunt chartae capituli generalis 1590) relictis dilectis fratribus et propriis domibus ac provincia clementioris aeris ad remotissimam frigidissimamque domum pro Dei et ordinis zelo profecti sunt etc.

1610	14. Februarii	Dnus Matthias Hultzbach Trevirensis.
1611	2. Martii	Dnus Ioannes Spir quondam prior huius domus, dein prior in Hildesheim et ultimus visitator provinciae Saxoniae, anno aetatis 85, ordinis 60 et amplius.
1612	30. Septembris	Frater Gregorius Kemperius Boppardiensis donatus, habens in ordine 24 annos.
1612	12. Maii	Dnus Hector Hoen Vitensis, procurator ab anno 1589.
1613	9. Februarii	Dnus Gerardus Rhodius Campensis.

	1616	1. Octobris	Dnus Martinus Trzemesnensis, qui ex Societate Iesu ad Cartusiensem ordinem transiverat, theologus eximius, philosophus, hebraeus, graecus, musicus etc., hic ab anno 1599, postea prior Cantavii.
	1618	15. Novembris	Dnus Theophilus (in saeculo Petrus) Biskupski a Rudnicki propinquus Illmi Simonis Rudnicki episcopi Varmiensis, qui iam vir emeritus in ordine sancti Francisci ad Cartusiensem transiverat. Religiosus integerrimus.
	1619	31. Octobris	Dnus Hermanus Boussen Campensis, qui post studia in Germania expleta, aliquot annis egit Parisiis, dein in sacra Romana curia versatus est, linguarum plurium peritus, in hac domo professus 1596.
	1620	26. Iunii	Dnus Ioannes Caesarius Cochemensis senior.
p. 446	*1620	18. Decembris	Frater Ioannes Seytz Boppardiensis donatus, braxator.
	1724	9. Martii	Frater Nicolaus de Grigis Venetus, conversus, qui ex ordine sancti Dominici ad Cartusiensem transiverat, vir piissimus.
	1625	23. Maii	Dnus Ioannes Metzger procurator, obiit Gedani peste, sepultus Cartusiae.
	1625	30. Decembris	Dnus Ioannes Voerman Namurcensis, vicarius per 29 annos. Vir devotissimus.
	1627	6. Iunii	Dnus Balthasar Buperti Theonisvillanus procurator.
	1630	25. Iulii	Dnus Franciscus Russel Leopoliensis Polonus, habens in ordine annos 6. Vir moribus gravis et magnae abstinentiae.

1630	25. Iulii	Frater Antonius donatus.
1630	19. Octobris	Frater Adamus Lacher, donatus, vir devotus.
1631	18. Decembris	Frater Paulus Münch donatus, vir pius et laboriosus.
1632	16. Septembris	Dnus Petrus Hayman Ittelinus quondam prior huius domus et alias prior domus Rutilae ac convisitator provinciae Rheni.
1634	24. Augusti	Frater Ioannes Stapuhn, Gutstadiensis donatus.
1634	16. Novembris	Dnus Antonius Auriga Treverensis vicarius, habens in ordine ultra 50 annos.
1635	24. Decembris	Dnus Henricus Villarius, Durbutensis, quondam prior, vir religiosus, solide doctus, 5 diversarum linguarum peritus etc.
1637		Dnus Philippus professus.
1639	3. Martii	Frater Ioannes Hennigk donatus.
1639	17. Aprilis	Dnus Ioannes Desiderius, magister artium, sacrista, vir valde spiritualis et exemplaris ac solide doctus, ut bene post obitum lucerna lucens et ardens extincta dici meruerit, habens in ordine 19 annos.
1639	21. Septembris	Frater Ioannes donatus et sartor, qui ultra 30 annos pie vixit in ordine, a puero in culina securi percussus et innocentissime occisus.
1643	2. Iunii	Dnus Henricus Lucknerus, magister artium, vir doctus.
1645	3. Augusti	Dnus Ioannes Udalricus Repffius Spirensis, prior huius domus et alias prior domns Molsheimii, vir pius et prudens. Obiit anno aetatis 68, ordinis 46, sepultus* ante capitulum cum epitaphio. p. 447

1645	1.	Novembris	Dnus Bruno Cusanus, vir valde devotus.
1646	28.	Decembris	Dnus Adamus Blarer Svevus, sedulus cantor chori et scriptor indefessus.
1647	27.	Novembris	Dnus Georgius Heuserus, Selienstadiensis, procurator, habens 37 annos in ordine.
1649	19.	Octobris	Dnus Ioannes Hydatius alias Wasserman Hassus, vir bonus.
1653	7.	Aprilis	Frater Casparus Storich Bernensis, donatus.
1655	18.	Ianuarii	Dnus Casparus Binsfeldius ex Eiflia, magister artium, qui 41 annos laudabiliter vixit in ordine, obiit diaconus.
1655	16.	Octobris	Dnus Erasmus de Küssouen, filius cancellarii Mechlenburgensis, conversus ad fidem catholicam, in hac domo professionem fecit 17. Novembris 1646 et percepit quamdiu vixit quotannis a fratre suo, cui amplissimas ditiones suas ante professionem resignaverat, 500 Reichsthaler. Obiit longiore vita dignus anno aetatis 35, ordinis 10.
1656	10.	Februarii	Dnus Georgius Melchior Wormdittensis, qui 54 annos laudabiliter vixit in ordine.
1658	4.	Aprilis	Dnus Iacobus Simensen Gedanensis procurator.
1661	14.	Iulii	Dnus Vitus Hermeskel Treverensis, quondam vicarius et procurator, habens 46 annos in ordine.
1662	17.	Decembris	Dnus Philippus Bolman Wellenius prior religiosissimus et oeconomus prudentissimus. Obiit anno aetatis 76, ordinis 52.
1663	25.	Iunii	Frater Petrus Krüger Heilsbergensis, donatus.

1664	3. Decembris	Dnus Ioannes Gvalterus Keib Lotharingus.
1664	4. Decembris	Dnus Ioannes Loys Luxenburgensis, habens in ordine 20 annos.
1667	6. Septembris	Dnus Casparus Cochelius Treverensis coadiutor, cuius cura 1639 aedificata est ecclesia Goręczinensis, dein rector primus Gidlensis et postea prior II Berezae. Obiit anno aetatis 72, ordinis 52.
1668	24. Maii	Dnus Erasmus Krays Selienstadiensis, senior professus totius provinciae, scriptor indefessus, habens in ordine annos 58.
1669	11. Augusti	Dnus Georgius Weidenbaum Bohemus.
*1670	15. Maii	Dnus Ioannes Busch Aquisgranensis, professus huius domus, rector Gidlensis. p. 448
1671	19. Augusti	Dnus Cornelius Ziegler Sircensis, sacrista, habens 27 annos in ordine.
1673	11. Iulii	Dnus Ioannes Vderen Sircensis, procurator. Obiit Gedani sub manu medicorum.
1674	7. Ianuarii	Dnus Antonius Ziegler Sircensis, quondam prior, obiit anno aetatis 59, ordinis 29½.
1674	18. Augusti	Dnus Ioannes Brions Luxenburgensis.
1677	7. Iunii	Dnus Stanislaus Fabricius Gedanensis anno aetatis 49, ordinis 26.
1678	23. Iulii	Dnus Ioannes Lubietowski (von Lübtouen) nobili genere in districtu Leoburgensi natus, professus huius domus, prior Gidlis et Berezae. Vir egregius, obiit anno aetatis 57, ordinis 36
1680	2. Februarii	Dnus Henricus Beierlein Moguntinus, vicarius, habens in ordine 15 annos.

1682	22. Augusti	Dnus Reinoldus Schleien Regiomontanus.
1683	27. Octobris	Dnus Godefridus Münsterman, Marcoduranus, sacrista, in ordine 38 annos.
1684	21. Februarii	Dnus Christianus Deütz vicarius, vir exemplaris.
1684	1. Aprilis	Dnus Petrus Gadomski Polonus, professus huius domus. Obiit vicarius Gidlis, qui in ordine 52 annos laudabiliter vixit et habuit post mortem missam de B. M. V. per totum ordinem.
1684	22. Augusti	Frater Ioannes Block Picardus, donatus, habens in ordine 30 annos.
1684	22. Septembris	Dnus Ioannes Moltz Confluentinus, procuratior, habens in ordine 19 annos.
1685	2. Iulii	Dnus Matthias Alexander Sircensis, senior et olim coadiutor, habens annos aetatis 70, ordinis 41.
1686	7. Iunii	Dnus Ioannes Hofman Wormdittensis, vicarius, habens 26 annos in ordine.
1690	7. Novembris	Dnus Iacobus Nentwich Coloniensis, professus huius domus, prior in Snals, habens in ordine 39 annos.
1691	17. Augusti	Dnus Laurentius Fendrich Molsheimensis, prior huius domus nec non olim prior domorum in Ilmbach et Buxheim, vir prudens et charus omnibus, habens in ordine 40 annos.
1692	20 Aprilis	Dnus Cornelius Königsfeld Confluentinus, anno aetatis 50, ordinis 23.
1693	25. Aprilis	Dnus Ioannes Bilstein Coloniensis, prior domorum Gedanensis, p. 449 Ilmbacensis * et Buxiae, bis visitator provinciae Alemaniae inferioris, saepius commissarius ad

		visitandas domos visitatorum ad Rhenum, per Hispanias et alibi, pluries diffinitor capituli generalis etc. vir doctrina morum gravitate incomparabilis et zelator ordinis ferventissimus, professus huius domus olimque sacrista, vicarius eiusdem ante annum 1658.
1693	8. Decembris	Dnus Cornelius Esperius Confluentinus, subdiaconus, habens in ordine 27 annos.
1694	28. Ianuarii	Dnus Ioannes Rau Confluentinus, procurator, habens in ordine annos 27, aetatis 47.
1694	31. Decembris	Dnus Thomas Henrici Heilsbergensis, olim coadiutor, biennio ante mortem oculis orbatus, pie obiit anno aetatis 54 ordinis 32.
1696	12. Novembris	Dnus Philippus Bingen Sircensis, vicarius, habens in ordine 51 annos, vir bonus.
1702	5. Aprilis	Dnus Adolphus Hontheim Treverensis, sacrista, habens in ordine annos 27, aetatis 47.
1702	16. Iunii	Dnus Bruno Gerend Regiomontanus et olim praedicans castrensis exercitus ducis Curlandiae, qui Deo inspirante 17. Iunii 1675 in hac Cartusia publicam sacrosanctae fidei professionem fecit et 7. Septembris sacro habitu ordinis donatus est, egit deinde bis vicarium et 1695 institutus est prior domus Berezae. Vir doctissimus, linguae Hebraicae, Graecae etc. gnarus, scriptor indefessus.
1704	18. Ianuarii	Dnus Iacobus Quirenbach Confluentinus, vicarius, habens in ordine annos 39.
1707	25. Aprilis	Dnus Bernardus Mensinck West-

phalus, olim procurator, coadiutor, sacrista, obiit vicarius, habens in ordine 32 annos.

1707 16. Maii — Dnus Anthelmus Wernesch Bohemus, prius vicarius, coadiutor, dein obiit procurator, religiosus integerrimus.

1707 1. Iunii — Dnus Ioannes Gysen Coloniensis, senior, olim coadiutor, vicarius, sacrista, habens in ordine 56 annos, observantissimus ordinis sui.

1709 19. Maii — Dnus Leo Weingartner Confluentinus, vixit in ordine annos 41 et ingentem scriptorum farraginem post se reliquit.

1711 16. Augusti — Dnus Nicolaus Steurman Confluentinus, habens 42 annos in ordine.

p. 450 *1711 28. Aprilis — Dnus Petrus Beier Confluentinus, prior per annos 20, multa perpessus et incarceratus a Suecis belli tempore pro defensione monasterii. Obiit anno aetatis 65, ordinis 45. Asceta magnus et sacerdos precibus multum deditus.

1713 17. Aprilis — Dnus Petrus Mahr Treverensis, quondam procurator, bis coadiutor, bis sacrista, vir religiosissimus vixit in ordine annos 44 et multa scripsit.

1714 16. Novembris — Dnus Georgius Adenau Confluentinus obiit anno aetatis 70, ordinis 45.

1717 25 Aprilis — Dnus Ioannes Krebs Coloniensis, senior, vir simplex et rectus, contemptor mundi vanitatum et corporis commoditatum ad exemplum, silentii et solicitudinis tenacissimus. Obiit placidissime anno aetatis 69, ordinis 48; ante professionem donavit monasterio 6000 florenos.

1718	16. Decembris	Dnus Antonius Lasgötter Glatzensis, obiit anno aetatis 42, ordinis 23.
1724	10. Iunii	Dnus Martinus Haasen Gedanensis, olim theologus Lutheranus, vir lectioni librorum perenniter deditus et solidissime doctus. Obiit anno aetatis 86, ordinis 58.
1724	13. Iulii	Dnus Petrus Emmerscheidt Vitensis, senior, olim vicarius et sacrista, habens in ordine 37, aetatis 63 annos.
1725	23. Iulii	Dnus Michael Wiatrowski Schotlandensis, vicarius et magister novitiorum. Obiit anno aetatis 50, ordinis 31. Habuit fratrem germanum professum in Cartusia Berezana.
1726	8. Septembris	Dnus Iosephus Buschman Coloniensis, habens in ordine 11, aetatis 32 annos.
1728	12. Martii	Dnus Ioannes Foecher Coloniensis professus et olim vicarius, coadiutor ac sacrista huius domus, deinde prior Berezae. Vir activus. Obiit anno aetatis 63, ordinis 40.
1728	15. Aprilis	Dnus Gvilielmus Loesberg Traiectensis, prior, vir amabilis valde, qui huc domui qua rector et prior praefuit, cum magna laude annis 14, habens in ordine annos 29, aetatis 53.
1792	16. Martii	Dnus Michael Seither Friburgensis Alsata, magister artium et * mathematicus insignis, habens p. 451 in ordine 60 annos, aetatis nonagenarius.
1730	15. Februarii	Dnus Augustinus Klicznik Brunensis, habens in ordine 17, aetatis 39 annos.
1733	17. Iunii	Dnus Hermanus Höllingk Wipper-

		fordiensis, poeta extemporaneus, natus 1. Ianuarii 1671, professus 8. Decembris 1694, primitias celebravit 8. Decembris 1697.
1734	27. Decembris	Dnus Henricus Huberti Coloniensis, natus 11. Novembris 1696 professus 22. Iulii 1720.
1735	28. Iulii	Dnus Ioannes Marx Stabulensis, prior, natus 6. Ianuarii 1671, professus 6. Ianuarii 1700, primitias celebravit 1. Novembris 1702, electus in priorem 10. Iunii 1728, vir sobrius et vigil.
1736	11. Maii	Dnus Albertus le Vasseur Coloniensis, natus 23. Octobris 1694, professus 21. Octobris 1717, primitias celebravit die Ascensionis Domini 1720.
1739	26. Februarii	Frater Ioannes Gerth Bohemus, conventualis dispensator, natus 14. Decembris 1697, professus 25. Iunii 1730. In ordine vero iam a 20. Octobris 1722.
1744	23. Februarii	Dnus Carolus Lyon Coloniensis natus 10. Novembris 1699, professus 22. Iulii 1720, primitias celebravit 24. Iunii 1724.
1745	28. Decembris	Dnus Anthelmus Lyon Coloniensis (patruelis domini Caroli proximedicti) senior et cantor, natus 19. Aprilis 1693, professus 8. Septembris 1716, primitias celebravit 21. Martii 1718.
1746	2. Maii	Dnus Hugo Steiner Bohemus Habelschwertensis, procurator, natus 4. Aprilis 1708, professus 1. Novembris 1730, presbyter ordinatus sabbato 4 temporum in adventu Domini 1732, primitias celebravit 6. Ianuarii 1733.

1750 5. Martii Dnus Bernardus d' Elgleize Stabulensis, professus et vicarius huius domus, natus 5. Septembris 1700, professus 20. Augusti 1725, primitias celebravit 20. Augusti 1728, vicarius institutus 13. Iulii 1735.

*De monasteriis desolatis. p. 452

Ad sanctum Adalbertum.

Supra pag. 119 dictum est: hoc loco antiquitus religiosos Cluniacenses ordinis sancti Benedicti si non formalem conventum, saltem residentiam sub directione praepositi dependentis ab abbate Mogilnensi habuisse. Hi tamen quando, quam ob causam illum locum sanctum deseruerunt, compertum non habeo.

In Pogotkow.

Pag. 327 dictum est: Anno Domini 1258 Samborium ducem Pomeraniae hoc loco pro sancto ordine Cisterciensi monasterium fundasse; vocatis pro prima plantatione religiosis ex monasterio Doberanensi, quod fuit in Pomerania; indeque locum istum tunc Doberan novum apellatum fuisse. Demum vero 1276 in vigilia apostolorum Simonis et Iudae religiosos eosdem ductore Vernero abbate loco hoc deserto, Pelplinum migrasse ibidemque in novo per Mestvinum ducem Pomeraniae excitato coenobio disciplinam ordinis reassumpsisse.

Suarnogancz.

Damalevicz pag. 206 haec refert:[1]) Sub Venceslai (regis Poloniae ab anno 1300 usque 1305) regimine Boleslaus prior heremi in Suarnogancz cum fratribus

---

[1]) Damalevicz, Vitae Vladislaviensium episcoporum. 1642 p. 206 sq.

suis in monasterium Olivense transmigravit habitumque et professionem Cisterciensis religionis suscepit. Rex vero Poloniae Venceslaus omnes possessiones et redditus, quas heremus praedicta donatione principum Poloniae habuerat, monasterio Olivensi donavit et univit. Cuius ordinis isti eremitae fuerant, ubinam lo-
p. 453 corum eremus Suarnogancz po * sita fuerit ac hodie investiganda sit idem author silet, ego autem multo minus novi. Quae deinceps idem subiungit loco citato de Cartusianis, parum accomoda aut ut verius dicam penitus inepta sunt, cum monasterium Paradisi Mariae ordinis Cartusiensis in Pomerania nonnisi circa annum 1380 sub Ludovico rege Poloniae prima exordia habuerit.

Gedani patres Carmelitae.

Quando patres Carmelitae primum Gedani sedem suam fixerint, a quo fundati sint, documenta desunt; id vero certum est, monasterium ipsorum primum in civitate iuniori (Jungen=Stadt) extructum fuisse. Demum cum civitas haec ineunte bello tredecennali 1455 de consensu regio demolita fuisset, illudque monasterium paucis adhuc annis in campo stetisset. Religiosi vero ibidem propter hostiles insolentias parum quiete divina officia peragere possent, coacti tandem sunt illud vacuum relinquere et ad civitatem se recipere. Porro cum ratio belli dicti antiqui monasterii demolitionem exposceret, conventum tandem est 1464 inter patres praefatos et cives Gedanenses, ut in loco assignato in veteri civitate novum aedificarent et constituerent monasterium, quod et factum est, uti iam fuse supra pag. 385 narravi.

De aliis monasteriis Gedani.

Schütz pag. 211 enarrat:[1]) quod in civitate iuniore Jungenſtadt Dantzig praeter praefatos patres Carmelitas

[1]) Schütz, Hist. ser. Pruss. 1599 p. 211.

etiam Flagellantes sedem habuerint, item quod in eadem aliquot conventus monialium fuerint, et quod Flagellantibus demolita hac civitate 1455 alius commodus locus a civibus assignatus et concessus sit, cuius tamen nullum vestigium superest. Moniales illae, cuius ordinis fuerint et an eis pariter alibi locus datus sit, * idem autor silet, neque alii huius rei recordantur. p. 454

De monasterio Fratrum minorum sancti Francisci Gedani.

Curicke lib. 4 cap. 16:[1]) Die Kirche zur H. Dreyfaltigkeit oder das graue Mönchen Kloster haben die Franciscaner Anno 1431 zu bauen angefangen. Weil aber die Maurer meistentheils bey Feürabend ums Gottes Willen daran gebauet, ist es was langsam fertig, auch das Gewölb nicht allerdings wohl versehen worden; daher es denn geschehen, das Anno 1503 den 4. October am Tage sancti Francisci zwischen 4 und 5 des Morgens das Gewolbe nebenst 5 Pfeilern und dem Dach nach der Gaßenwerts eingefallen, gleichwohl aber niemand davon beschädiget worden; sondern es haben sich die Mönche solches verfallene Gewölbe wieder aufzubauen sehr angelegen seyn laßen, wiewohl es Anno 1514 erst gantz und gar wiederumb fertig geworden ist. Hart an der Kirche zur H. Dreyfaltigkeit lieget Sanct-Anna Kirche und ist gleichsam eine Capelle der großen Kirchen, ohne Zweyfel anfangs darzu gebauet gewesen; inmaßen man aus einer in die andere durch eine schlechte höltzerne Thür gehen kan.

De eius desolatione. Idem cap. 18:[2]) Welcher Gestalt dießes Kloster ehrwürdigen Rath von den Franciscanern aufgetragen, und nachmals das Gymnasium daselbst angeleget sey worden: Weil diese Geistliche wie daß Luterthum in Dantzig überhand genommen, schlechten Unterhalt hatten und niemand der Catholischen sich mehr zu ihnen begeben wolte, also daſ Anno 1555 nicht mehr

[1]) Curicke l. IV. c. 7 p. 333.
[2]) Curicke l. c. p. 333, 340.

als 2 fratres nebenst dem Custode vorhanden waren, welche ihrer geringen intraden halben gantz kümmerlich
p. 455 leben * müsten: Als seindt dieselbe eines worden, und haben nach gehaltener Unterredung freuwillig dieses Kloster Ehrwürigem Rath der Stadt Dantzig aufgetragen und eingeräumet, mit Vorbehalt deßen, das sie zu ihren Lebzeiten in ihren Cellen selbigen Klosters sollen geduldet und unterhalten, das Kloster aber zur Schulen gebraucht werden, wie solches ex actu resignationis zu vernehmen stehet. Ich Joann Rollau in den Landen zu Preüßen der Minoriter Custos thue kundt für jedermänniglichen geistliches und weltliches Standes, denen solches zu wißen von nöthen, nach Empfehlung meines zu Gott andächtigen Gebets, nachdem ich mich zu Vielmahlen aus guter christlicher Zuversicht von wegen dieser geschwinden sorglichen Läußten und Veränderungen beydes der Religion, wie auch unsers Standes Verfolgung nebenst der Klöster Untergange, so leyder fast allerseits jetzo für Augen, bei den Ehrbaren, Nahmhaften und Wohlweisen Herren Burgermeisteren und Rath der Rechten Stadt Dantzig als meinen sondern günstigen Herren Patronen und Freunden beschweret und beklaget habe, mit Anruftung derselben Rath Hülfe und Beystand, wie und in waßmaßen diesen fürstehenden zuwachsenden Beschwerlichkeiten möchte begegnet werden, auf das die Klöster binnen gemeldter Stadt Dantzig gelegen, insonderheit das fürnehmste Kloster der Franciscaner, welches man das graue Kloster nennet, in ihrem Wohlstande erhalten, und nicht in endlichen Untergang, wie in wenig Jahren wohl zu besorgen, thäte gerathen, das von wohlgedachten Herren Burgermeistern und Rath gemeldter Stadt, aus christlichem Mitleiden und Bedencken hierauf an mich, in Anmerckung dieser sorgfältigen Beschwerlichkeit zur
p. 456 Verhütung * alles Nachtheils zum freundlichen Vorschlage guter Wohlmeynung gesonnen und begehret, damit nicht alleine das gemeldte graue Kloster in seinen Gebäuden erhalten, sondern auch ich nebenst meinen Brüdern, dero jetzt im gemeldtem Kloster nur 2 seyndt, unsere zeitliche und sicherliche Versehung haben möchten, in ihren ehrbaren Weißheiten, vermöge meines Berufs und habender

Gewalt, gemeldtes graue Kloster einräumen, übergeben und cum plenitudine potestatis ac dispositionis mit all unser habender Gerechtigkeit zueignen wollte, dennoch daßelbige zu keiner andren Meinung oder Nutzung zu haben und zu gebrauchen, dann zur Zucht-Schulen. Dieweil für alters ehe und zuvor einige Universitäten aufgerichtet, die Klöster anstats der Universitäten und Zuchtschulen gewesen, alſ wäre wohlgedachte Herren Burgermeister und Rath nicht anders gemeldtes Kloster zu gebrauchen geneiget, dann das die junge Jugend von etzlichen verordneten christlich frommen, gelehrten Männern in aller Ehrbarkeit und Zucht zur Gottesfurcht und seinen göttlichen Namen zu Lobe, und gemeiner Christenheit, insonderheit dieser gemeinen Stadt, und diesem guten Lande, darin doch sonsten leyder wenig oder gar keine Schule vorhanden, zu Dienst und zu allem guten unterwiesen und aufgebracht werden möge. Hiernebenst angelobende, das sie gemeldtes Kloster auf ihre Unkosten mit aller Nothdurft versehen und erhalten wollen, mich aber sampt meinen Brüdern darin nicht irren, hindern oder zu molestiren gestatten, sondern uns beyde in der Kirche und in unsern Cellen und Wohnungen friedlichen Wesen und Leben laßen. Dennoch mit dem Vorbehalt, das sich ihre ehrwürdige Väter nach meinem und meiner Brüder Absterben, sofern keine andere unsers Ordens darin zu wohnen * begehren, der Kirchen und aller derselbigen p. 457
zugehörenden Kleynodien anmaßen, und in ihre sichere Verwahrung nehmen und halten sollen und mögen. Weil dem solches obengemeldtes Ehrwürdigen Raths Fürgeben und Ansinnen den Rechten und der Billigkeit nicht ungemäs, und hierdurch nicht allein dem Kloster, sondern auch unseren Personen in allen obliegenden Beschwerden möchte gerathen werden, als habe ich mit reiffem Rathe und Bewilligung meiner Brüder wohlbedächtiger Meinung diesem obgemeldten Ehrwürdigen Raths Ansinnen und Begehren zu deferiren und daßelbige in allen obgedachten puncten einzuräumen gäntzlichen entschloßen, wie ich denn auch aus habender Macht, gemeldte punct hiermit, so wie solches zu Rechte am beständigsten seyn soll, kan oder mag, nebenst dem

helen gantzen Kloster, und allen derselben zugehörigen Gerechtigkeiten, thue einräumen, übergeben und zueignen, nebenst Überreichung der Handfeste und Briefe (hoc pessimum) so ich als der Custos von wegen des Klosters bey mir gehabt, das und damit alles dies so viel desto beständigerer zu allen Zeiten seyn und bleiben möge. Das zu mehrer Versicherung habe ich wißentlich mein Sigill, so ich Amptshalben pflege zu gebrauchen, angedruckt, alles ohne Gefährde und arge List. Geschehen und gegeben im grauen Kloster am 30. September im Jahr nach Christi Geburt 1555. Ego Frater Ioannes Rollau fratrum minorum terrarum Prussiae custos immeritus approbo et confirmo hoc propria mea manu. Datum anno ut supra.

Miror valde quare patres antedicti ordinis celebre hoc monasterium non repetant.

Leoburgi

Monasterium monialium hoc loco quondam extitisse, novi, cuius tamem ordinis hae fuerint et quando illud desertum est, ignoro.

p. 458

*Chronicon Pomeraniae.

1107. Obiit Suantiborus dux Pomeraniae totius, cuius filii paternas terras sortiti, Vartislaus et Ratiborius citeriorem Pomeraniam, cuius caput Stetinum est, Bugslaus et Suantepolcus ulteriorem Pomeraniam, quae nunc Pomerellia nuncupatur, occuparunt, uti iam supra pag. 24 dictum est. p. 24.

1145. Bugslaus dux aedificavit civitatem Pucium et obiit 1150. p. 24.

1170. Oliva fundata a Subislao duce. p. 24.

1185. Gedanum in civitatem evasit. p. 24.

1207. Zarnovecense monasterium fundatum. p. 25.

1209. Zukoviense monasterium fundatum. 1209 item Sluchovia aedificata. p. 25.

1226. Dirsavia civitas initium habuit. } Kalendarium

1226. Conecum civitas aedificata. } Elbingense 1750.

1227. Gedani patres Dominicani fundati. p. 26.

1242. Suecensis civitas aedificata. Kalendarium Elbigense 1750.
1258. In Pogotkow Cistercienses fundati. p. 26.
1276. Pelplinum iidem translati. p. 28.
1283. Meva a Crucigeris exstructa. p. 31.
1285. Leoburgum aedificatum. Micraelius.[1]
1289. Dirsaviae patres Dominicani fundati. p. 27.
1310. Crucigeri Gedanum occuparunt. p. 32.
1311. Iidem Pomeraniam in suam redegerunt potestatem. p. 32.
1339. Idem Starogardiam de novo aedificarunt. Micraelius.[2]
1343. Gedani ecclesia major sanctae Mariae aedificari caepta. p. 33.
1378. Pucium civitas de novo a Crucigeris aedificata. Micraelius.[3]
1381.* Cartusia fundata. p. 33. p. 459
1391. Ecclesia parochialis in Cino a patribus Cartusianis erecta.
1396. Gedani Birgittani fundati. p. 32.
1431. Gedani monasterium fratrum minorum sancti Francisci aedificatum. Curicke.[4]
1454. Crucigeri ex Pomerania eiecti. p. 29.
1460. Gedani ecclesia sancti Ioannis de novo aedificata. Curicke.[5]
1464. Gedani patres Carmelitae ex civitate iuniori in veterem translati.
1475. Gedani ecclesia sancti Iacobi aedificata. Curicke.[6]
1541. Gedani hospitale orphanorum (Kinderhaus) exstructum. Idem.
1555. Gedani patres Franciscani tradiderunt ecclesiam et monasterium magistratui.
1606. Solęnczini ecclesia parochialis erecta. p. 298.

---

[1]) Micraelii, Sechs Bücher des alten Pommerlandes Stetin 1633. B. VI. S. 613.
[2]) Micraelius l. c. p. S. 575.
[3]) Micraelius l. c.
[4]) Curicke l. IV c. 7 p. 333.
[5]) Curicke l. IV c. 7 p. 321.
[6]) Curicke l. c. p. 330.

1616. Ecclesia Societatis Iesu in Schotlandia aedificata. Lengnich.
1635. Templum Lutheranorum in Petershagen exstructum. Curicke.
1639. Ecclesia Goręczinensis de novo aedificata a patribus Cartusiensibus. p. 233.
1645. Gedani fratres misericordiae fundati. p. 401.
1646. Weyheropoli ecclesia parochialis erecta. p. 260.
1648. Ibidem Calvaria erecta et patres Reformati fundati. p. 260.
1666. Stolcenbergae patres Reformati fundati. p. 400.
1678. Gedani capella regia aedificari caepta. p. 112.
1682. Topolno patres Paulini fundati. p. 409.
1696. Sveciis ecclesia patrum Bernardinorum de novo aedificata. p. 408.
1701. Graboviae ecclesia in parochialem erecta et dotata a patribus Cartusianis. p. 242.
1733. Lusini ecclesia nova ex muro aedificari caepta. p. 228.
1746. Rosenbergae ecclesia nova ex muro aedificata. p. 151.
1747. Schotlandiae patres Societatis Iesu auspicati sunt novam ecclesiae fabricam. p. 397.
1748. Langnoviae ecclesia nova constructa. p. 151.
1734. Ecclesia et monasterium fratrum misericordiae Gedani combusta. p. 401 confer infra p. 470.

p. 460

*Addenda et corrigenda.

ad. pag. 97: Iudices surrogati Gedanenses: nm. 10. Andreas Nycz olim praepositus Elbingensis dein sub reverendissimo Dno Corsz officiali Gedanensi, surrogatus iudex, ultimo parochus Lichtenoviensis in archidioecesi Gnesnensi. Obiit 1741.

Post nm. 4 : 1670 : 1671 Simon Andreas Stockius, iudex surrogatus Gedanensis, sed 1671 depositus et Pelplini incarceratus. Prodromus p. 58.

1671. Michael Stanislaus Videt, iudex surrogatus Gedanensis, parochus Langnoviensis et Rosenbergensis. Prodromus p. 29.

1667 die 7. Novembris Michael Stanislaus Karpinski,

iudex surrogatus Gedanensis. Litterae incorporationis Reinfeld.

1717 circiter Iacobus Bernardus Krolau surrogatus Gedanensis. Acta Zukoviensia.

*Pag. 105: In decanatu Gedanensi: Ecclesiae p. 461
sunt: Gedani: capella regia, tituli sancti Ioannis Baptistae, Olivae tituli sancti Iacobi, Chwasczyn, Kac, Kielnie, Szynwald, Przodkowo, Matern tituli sancti Materni et Valentini, Zukoviae tituli sancti Ioannis Baptistae, Prągowo tituli Sanctissimi Corporis Christi, Zulawka tituli sanctae Margarethae virginis et martyris, Czapielsko tituli aancti Nicolai, Nierosino, Przywidz (germanice Mariensee), Kłodawa, ad sanctum Adalbertum, Langnowo et Rosenberg, praeter eas quae penes monasteria et quae ab haereticis occupatae sunt.

Gedani: De ecclesiis et parochiis tam intra quam extra civitatem dictum est supra pag. 105 et sequentibus. Ordinatio episcopalis de obeundis functionibus parochialibus intra et extra civitatem, quae habetur pag. 145 poni potest immediate post titulum facies hodierna p. 116.

De capella regia dictum est pag. 112. Non tamen ab hac capella, sed ab ecclesia maiore S. Mariae (quamvis ab haereticis occupata) parochi Gedanenses dicendi sunt.

Olivae ecclesia sancti Iacobi pag. 143.

Chwasczyn et Kac pag. 142.

Kielnie, Przodkowo et Szynwald p. 139.

Matern p. 144 addendum: Materna, villa monasterii Olivensis, decanatus Gedanensis uno milliari Gedano et medio Oliva situata denominationem suam sortita est ab ecclesia eius loci sub titulo sancti Materni episcopi et confessoris, cuius festivitas celebratur
dominica II mensis Iulii. Sub eo*autem titulo ecclesiam p. 462
hanc olim fuisse erectam, testantur litterae diversae praesentationis in archivo Olivensi superstites. Celebrior tamen in eadem ecclesia est festivitas sancti Valentini martyris die 14. Februarii, sub cuius titulo altare maius erectum est et cuius imago multis gratiosa fuit. Hinc est, quod novissimae litterae praesentationis in se contineant se-

quentia: Vacat ad praesens ecclesia Maternensis sub titulo sancti Valentini martyris etc. Sed patronus principalis ecclesiae est sanctus Maternus.

Villa haec a Subislao duce Pomeraniae monasterio Olivensi incorporata est ideoque a iurisdictione episcopali exempta. Concessit nihilominus Rmus Franciscus Zaleski abbas Olivensis, ut ibidem congregatio decanalis 5. Novembris 1743 celebraretur. Post exdivisionem bonorum abbatialium a bonis monasterii patronus sive collator ecclesiae huius est Rmus abbas Olivensis pro tempore existens. Ad hanc ecclesiam olim erat clerus saecularis et adhuc temporibus Rmi Adami Trebnic, abbatis Olivensis circa annum 1627 fuit ibidem parochus Rndus Michael natione Danus, qui poenas promeritas declinans, ablatis libris, ecclesiae aufugit. Sed a centum et amplius annis semper unus ex religiosis Olivensibus ecclesiam hanc titulo commendarii tenuit et tenet, non tamen Maternae, sed in conventu Olivensi residens. Commendarii:

1. Pater Ioannes Kamehl Varmiensis 1729.
2. Pater Edmundus Schlesiger. 1732 per triennium.
3. Pater Ivo Rohweder Brunsbergensis, 1735 per triennium, dein factus prior Olivensis.
4. Pater Edmundus Schlesiger secundo, 1738 per decennium.
5. Pater Bernardus Mateblewski Varmiensis 1748.
6. Pater Isidorus Tokarzewski sanctae theologiae doctor, 1749 praesentatus ad ecclesiam Maternensem, sed hic cum proximedicto patre Bernardo convenit taliter: ut hic retento titulo commendarii contentus sit mensa illius et omnibus ecclesiae accidentibus, ille autem percipiat omnes decimas et agrorum conseminationes sibi habeat. Residetque nunc uterque ad ecclesiam saepedictam.

p. 463 *Villae ad hanc parochiam spectantes: 1. Matern villa Rmi abbatis. 2. Banino, Rmi abbatis. Scultetus eius loci habet in ecclesia Maternensi lapidem sepulchralem cum inscriptione: Mathis Pozancke Schultz von Banin, ist hier begraben sampt seiner Ehefrauen Elisabetha. Anno 1665 3. Aprilis. Michel Miłosz huius fun-

dator. 3. Kokoszki: Gnosi Dni Iosephi Grąbczewski assessoris Mirachoviensis. 4. Smęgorzyno, Gnosi Dni Michaelis Pastorii, capitanei Stolcenbergensis. 5. Kiełpinko Gnosi Dni Pastorii. 6. Kiełpino Gnosi Dni Iacobi Wisiecki suae Regiae Maiestatis capitanei. 7. Iakubowo eiusdem. 8. Czaple Gnosi Dni Iaczkou. 9. Nenkowy villa regia tenutae Gnosi Dni Ignatii Lewinski. 10. Bysewo. 11. Ovile Wolecka. 12. Klukowo 13. Karczemki. 14. Lezno villa Illmi Petri Przebędowski palatini Mariaeburgensis. De qua in metrica ecclesia Zukoviensis id legitur: Lezno olim fuit de parochia Maternensi, sed cura Rndi Ioannis Leydingk surrogati Gedanensis, poenitentiarii Zukoviensis, incorporata est parochiae Zukoviensi, cum Maternensi ecclesiae praeesset pater Bernardus Łaszewski professus Olivensis (electus 1736 abbas Andreioviensis). Item: Lezno wielkie nalezy do parafiey Zukowskiey i Maternskiey. Do Materni dają poddany zyta korcy 8 y owsa 8, a zaś do Zukowa zyta korcy 4 y owsa 4. Kolendę wybiera Ksiądz pleban Maternski dwie lecie, a trzeciego roku Zukowski. Ita Vnblis Nicolaus Sosnowicz poenitentiarius Zukoviensis annotavit in libro messalium 1665, licet praedictam quantitatem decimarum ex Lezno iam 1661 perceperit praepositus Zukoviensis, sed forsan ratione strenae hoc anno specialis conventio facta est, quae non legitur ante hunc annum percepta fuisse a Zukoviensi, nec anno 1663 ad cingendum coemeterium sancti Ioannis concurrerunt Leznenses, prorsus enim de illis tacetur. Porro ordine praefato Zukoviensis percepit strenam de Lezno annis 1666 * 1669, 1672, 1675, p. 464
1678, 1681 die 4. Ianuarii. Sed 1683 iam cepit mutari illa antiqua conventio, ab hoc enim anno Rndus Ioannes Leydingk non solum singulis annis peragebat visitationem populi Leznensis, sed etiam quantitatem decimarum 8 nimirum modios siliginis et totidem avenae a Maternensi percipi solitam, ipse pro se exigebat, unde anno 1685 in libro messalium non solum annotavit persolutos sibi 8 modios siliginis, sed etiam addidit: pro anno praeterito restant siliginem et hordeum, quod antea Maternensi dabant. Anno iti-

dem 1686 de Lezno annotavit: ex hac villa currunt 12 modii siliginis totidem avenae.

Zukowo p. 126.

Prągowo, Zulawka, Czapielsko p. 123, 151.

Nierosino p. 157, Przywidz 173: adscripsi decanatui Dirsaviensi secutus hoc in passu Damalevicium; sed a multis iam annis sunt de gremio decanatus Gedanensis, quo proinde reducendi sunt. De Przywidzensi ecclesia annotavit in metricą Wysinensi Rndus Gorka sequentia: Anno 1701 die 15. Novembris post visionem huius ecclesiae (Wysinensis) per Illmum et Rmum Stanislaum in Słupow Szembek episcopum Vladislaviensem et Pomeraniae, Dnum et Collatorem huius ecclesiae, idem etiam Przywidzi hoc tempore fuit, et fanum intra aulam situm consecravit sub titulo sancti Francisci Xaverii, fideique catholicae, quae ibidem vigebat, restituit, ex singulari zelo erga sanctam Romano-catholicam fidem Illris ac Magnifici Dni Bernardi a Canden Trczinski, iudicides(!) Culmensis et protunc deputati Mariaeburgensis, tum et Magnificae ac Gnosae consortis Barbarae Theophilae von der Linden. 1. 1749 Illris frater Wendt commendarius Przywidzensis.

p. 465 *Kłodawa: p. 160 adscripsi decanatui Dirsaviensi, sed error, pertinuit ab antiquo sicuti et nunc ad decanatum Gedanensem. Quod idcirco corrigendum.

Ad s. Adalbertum p. 118—144.

Langnowo et Rosenberg pag. 150 Deinde recenseantur monasteria in decanatu Gedanensi pag. 144.

Pag. 153: In decanatu Dirsaviensi sunt ecclesiae: Dirsaviae, Sobkoviae, Miłobądz, Gemlice, Dalwin, Lybiszewo, Godziszewo, Trąbki wielkie, Zbąszyno, Połułkowo, Skarszeviae, Szczodrowo, Wysino, Garczyno, Niedamowo, Rekownica.

Dirsaviae p. 153, Sobkoviae p. 154, Miłobądz p. 158, Gemlice p. 153—159, Dalwin p. 157, Lybiszewo p. 161, Godziszewo p. 160, Trąbki wielkie p. 160, Zbąszyno p. 158, Połułkowo p. 158, Skarszeviae et Szczodrowo p. 171 dictum est.

Wysino p. 157. Addendum: Wysin pagus est intra circulum decanatus Dirsaviensis situs, episcopalis mensae, gaudens titulo districtus (klucza) et comprehendens in se villas has: 1. Saraparty sive Szarpaty (male ab historicis Sardopardus nuncupatam) 2. Skrzydłowo, quam donatione Mestuini II 1283 acquisivit Albertus I episcopus Vladislaviensis. 3. Skrzydłowko praedium, quod modernus illustrissimus loci ordinarius V. A. C.[1]) voluit immune esse a decimis persolvendis. 4. Wysinum autem cum aliis bonis emerat a Casimiro et Samborio ducibus Pomeraniae 85 marcis Michael Godzięmba episcopus Vladislaviensis teste Hartknoch[2]). Damalevicz autem pag. 197[3]) asserit villam hanc acquisi * visse p. 466
Albertum episcopum donatione Mestuini II ducis Pomeraniae 1283 in crastino beati Iacobi apostoli, et appellat hoc tertium Wysino, quod Skrzydłowo dicitur. Idem author p. 179 scribit: Michaelem episcopum triplex Wysino emisse, et p. 192:[4]) meminit Casimirum ducem Cuiaviensem Wyszyno ecclesiae Vladislaviensi restituisse, sed forte Wyszynum hoc ultimum in Cuiavia situm est. De erectione primaeva ecclesiae Wysinensis non constat. Ea vero, quae nunc cernitur ex lignis dolatis, assurexit sub titulo Omnium Sanctorum (non consecrata) 1648 sumptibus partim Illsmi Nicolai Alberti ab Olexow Gniewosz episcopi partim cleemosynis christifidelium. Hanc ruinae proximam restaurari fecit Rndus Nicolaus Wilma parochus Wysinensis 1748 (solutis artifici 400 florenos) addiditque sacristiam novam. Anno 1677 sutor quidam in fundo ecclesiae construxerat sibi domum, asserens illum suum proprium esse non autem ecclesiae. Re delata ad Illmum Loci Ordinarium Stanislaum Dąbski, destinati sunt 2 commissarii, nempe Rndi Andreas Casimirus Laurinowicz Bernensis et Henricus Adolphus Lemke Skarszeviensis praepositi ad visionem faciendam, qui fundum illum

---

[1]) i. e. Valentinus Alexander Czapski.

[2]) Hartknoch, Preussische Kirchen-Historia. Franckfurt 1686. I, 4 p. 204.

[3]) Damalevicz, Vitae Vlad. epp. p. 197.

[4]) Damalevicz p. 179 et p. 192.

ecclesiae adiudicarunt et domum demoliri praeceperunt. Dos ecclesiae olim fuit 4 mansi, sed Illmus Christophorus Szembek episcopus addidit duos adhuc mansos pro taberna et libera propinatione in fundo ecclesiae. Parochus ibidem percipit messalia 40 modios siliginis et totidem avenae. Villae ad parochiam spectantes sunt: Wysin, Szarpaty 6 casae, Skrzydłowo wielkie 6 casae, Skrzydłowko małe praedium, molendinum et hortulani, bona episcopalia. Wiedze stary, Magnifici Mathei Grąbczewski notarii terrarum palatinatus Pomeraniae. Iełownica, Magnifici Ioannis Grąbczewski assessoris Dirsaviensis. Szumlis patrum Cartusiensium. Łąki praedium et 3 casae. Trzepowo prae-
p. 467 dium. Pieklo dolne bona capitane*atus Skarszeviensis. Rimanowicz villa Magnifici Skorzewski, collonnelli. Parochi:

1. 1627 Iacobus Odrovius, commendarius Wysinensis et Sczodroviensis (ea ecclesia nunc est filialis Skarszeviensis). Huius nominis 1634 fuit vicarius Zukouiensis.

2. 1642 Albertus Zychecki, commendarius Wysinensis et Garczynensis.

3. 1645 Albertus Zlotowicz, commendarius Wysinensis et Garczynensis. 1649 idem parochus, sed 20. Ianuarii 1677 privatus beneficio.

4. 1677 Ioannes Felicianus Rudzki commendarius (de hoc vide pag. 123).

5. 1678 Franciscus Rynkiewicz commendarius.

6. 1680 die 20. Septembris Ernestus Franciscus Kossowski parochus.

7. 1690 Michael Ignatius Rogaczewski, parochus Trąbcensis, commendarius Wysinensis.

8. 1691 Ego Ioannes Borowski ecclesiam parochialem Wysinensem de manibus Rndi Rogaczewski per commendam accepi.

9. 1694 Bartholomeus Gorka parochus (1701 idem commendarius Niedamoviensis et 1707 commendarius Garczynensis et Niedamoviensis. 1708 die 4. Iulii mane pie in Domino obiit Rndus Bartholomeus Gorka parochus Wysinensis et Niedamoviensis, quem ego Wil-

helmus Ioannes Parchem disposui). Post cuius obitum a Vnbli consistorio

10. 1708 Stanislaus Skorupski, habita commenda, missus est ad ecclesiam Wysinensem.

11. 1708 die 7. Octobris Stephanus Antonius Zgodzki commendarius.

12. 1709 Wilhelmus Ioannes Parchem commendarius.

13. 1709 die 23. Aprilis Ioannes Chamski commendarius.

14. 1709 die 25. Maii introductus est Georgius Ignatius Grundtman Rösseliensis, parochus Wysinensis, ad quam ecclesiam in senectute bona obiit ultimis Novembris 1746.

15. 1746 Nicolaus Wilma ex vicario Skarszeviensi institutus parochus Wysinensis.

Visitationes ecclesiae Wysinensis: 1648 Ioannes Schmak, canonicus Culmensis et auditor curiae Illmi episcopi Vladislaviensis, et Stanislaus Mysłkowski canonicus Crusviciensis visitatores generales, Ioannes Klugowski, presbyter notarius. * 1701 die 7. Novembris p. 468
Illmus Stanislaus in Słupow Szembek loci ordinarius visitavit personaliter, subscripsit metricae Franciscus Szembek, canonicus Vladislaviensis. 1703 die 17. Februarii Christophorus Antonius Szembek archidiaconus Pomeraniae, vicarius in spiritualibus et officialis Gedanensis ac Pomeraniae generalis. 1711 die 27. Martii Ioannes Iugowski archidiaconus Pomeraniae. 1724 die 19. Septembris idem. (1687 Andreas Albinowski, archidiaconus Pomeraniae).

Visitationes decanales: 1690 die 23. Octobris Albertus Iosephus Korpalewski Dirsaviensis, Stübleviensis decanus, Subkoviensis, Miłobądzensis parochus, sancti Adalberti administrator. 1719 die 13. Martii Iacobus Bernardus Krolau decanus, praepositus Dirsaviensis, parochus Lybiszeviensis. 1728 die 21. Octobris idem. 1740 die 14. Maii Thomas Muchowski decanus Dirsaviensis, Gedanensis, parochus Subkoviensis.

Garczyno p. 172 addendum: 1627 die 21. Decembris et 1728 die 16—30. Ianuarii vacavit ecclesia Gar-

czynensis. Metrica Wysinensis. 1703 Gabriel Stephanus Skwierawski parochus Garczynensis, commendarius Niedamoviensis.

Niedamowo sive Iadamowo p. 173. Corrigendum: parochi: 1. 1700—1701 Bartholomaeus Stanislaus Gorka, parochus Wysinensis, commendarius Niedamoviensis. 2. 1701 Ioannes Casimirus Ielinski commendarius. 3. 1702 Martinus Alexius Lipinski commendarius. 4. 1703 Gabriel Stephanus Skwierawski parochus Garczynensis et commendarius Niedamoviensis. 5. 1707—1708 Bartholomeus Gorka parochus Wysinensis, commendarius secundo Niedamoviensis. 6. 1710 Iacobus Bernardus Krolau, parochus Pogutkoviensis, commendarius Niedamoviensis. 7. 1714 Ioannes Casimirus Ieliński secundo commendarius. 8. 1724 Ioannes Białachowski parochus Kiszeviensis, commendarius Niedamoviensis. 9. 1726 Bartholomaeus
p. 469 Pelkowski commendarius. * 10. 1727 Ignatius Stanislaus Bielecki primus parochus Niedamoviensis. 11. 1730 Iosephus Słominski parochus Garczynensis, commendarius Niedamoviensis. 12. 1734 Remigius Hypolitus Sczawinski commendarius. 13. 1735 Georgius Ioannes Piączkowski secundus parochus Niedamoviensis, commendarius Rekownicensis.

Rekownica pag. 173.

Congregationes decanales Dirsavienses habitae:

1. 1705 die 15. Octobris praeside Petro Iesionowski decano.

2. 1712 die 19. Iulii praeside Thoma Stanislao Długonski decano, praeposito Dirsaviensi.

3. 1715 17. Octobris praeside Iacobo Bernardo Krolau decano in ecclesia Wysinensi.

4. 1717 21. Octobris praeside eodem in ecclesia Miłobądzensi.

5. 1720 14. Octobris praeside eodem in ecclesia Lybiszeviensi.

6. 1721 23. Octobris praeside eodem in ecclesia Subkoviensi.

7. 1722 22. Octobris praeside eodem in ecclesia Godziszeviensi.

8. 1726 8. Octobris praeside eodem in ecclesia Garczynensi.

9. 1727 7 Octobris praeside eodem in ecclesia Wysinensi.

10. 1732 29. Maii praeside Ioanne Kitowski locum tenente in ecclesia Trąbcensi.

11. 1739 22. Octobris praeside Thoma Muchowski decano in ecclesia Miłobądzensi.

12. 1742 25. Octobris praeside eodem in ecclesia Dirsaviensi.

13. 1747 2. Octobris praeside eodem in ecclesia Skarszeviensi.

14. 1748 8. Octobris praeside eodem in ecclesia Garczynensi. Haec ex metrica ecclesia Wysinensis.

Praepositi Dirsavienses p. 153. Addendum: Post resignationem Martini Augusti Szela .... Kitowski praepositus Dirsaviensis (patruus Ioannis Stanislai Kitowski surrogati Gedanensis). Illustris Bernardus Krolau decanus, praepositus Dirsaviensis, obiit 1728 circiter.

ad p. 458. * Chronicon Pomeranie inserenda: p. 470

Anno 814 Monachi Corbeinses praedicant evangelium Pomeranis. p. 14.
919 Henricus I imperator curat Pomeranis praedicari evangelium. p. 14.
997 Sanctus Adalbertus baptizat multos homines Gedani. p. 15.
1000 Reinbernus instituitur episcopus Colbergensis in Pomerania. p. 15.
1008 Mortuo Reinberno succedit Benno episcopus Pomeraniae. p. 15.
1013 Pomerani resiliunt a fide catholica, occidunt sacerdotes etc. p. 16.
1026 Bela princeps Ungariae res christianas collapsas in Pomerania restaurat. p. 16.
1124 Sanctus Otto episcopus Bambergensis praedicat Pomeranis. p. 19.
1174 Decimae manipulae in Pomerania initium habuerunt. p. 163.

1198 Equites Hierosolimitani Lybiszeviae et Starogardiae fundati. p. 161.
1198 Ecclesia Svecensis consecrata. p. 163.
1210 Ecclesia in Reinfeld erecta. p. 126.
1224 Beatus Casimirus abbas cum fratribus de Oliva martyrio coronati. p. 308.
1224 Decem virgines Zukovienses martyrio coronati. p. 350—352.
1226 Crucigeri in Prussiam contra barbaros vocati. p. 308.
1236 Fratres 6 Olivae a paganis trucidati. p. 308.
1403 Cartusiae ecclesia consecrata. p. 424.
1433 Hussitae incenderunt ecclesias et monasteria Pomeraniae. p. 122.
1524 Prior cum patribus Cartusiae ab haereticis crudelissime torti. p. 426.
1568 Ecclesia Pieniązkoviensis erecta. p. 184.
1577 Oliva devastata ab haereticis Gedanensibus. p. 317.
1587 Monasterium et ecclesia Birgittanorum Gedanensium combusta. p. 369.
1624 Bernardini Sveciis fundati et 1627 introducti. p. 214.
1631 Capella Graboviensis aedificata. p. 240.
1646 Ecclesia in Kiełpino de novo aedificata. p. 240.
1648 Ecclesia in Wysino aedificata. p. 466.

p. 471

*Decanatus Człochoviensis.

Quamvis decanatus iste spectet ad archidioecesim Gnesnensem, quia tamen ecclesiae illius omnes in Pomerania situatae sunt, libet de iis propter contiguitatem loci pauca, qualia assequi potui, pro appendice huic opusculo adiicere.

Synodus archidioecesana Gnesnensis anno Domini 1720 a Celsissimo ac Rmo principe ac domino Stanislao in Słupow Szembek archiepiscopo et primate celebrata, numerat in hoc decanatu ecclesias 43, iam modo (1749) decanatus idem comprehendit ecclesias 48 universim, harum pleraeque aut a Pomeraniae ducibus antiquioribus aut a Crucigeris erectae ac fundatae sunt. Pertinet decanatus hic ad archidiaconatum Camenensem.

Człuchow.

Alias Slochau. Hartknoch in Historia Prussiae pag. 443 perhibet civitatem hanc 1209 erectam esse, et credibile est, hac eadem aetate ecclesiam ibidem assurrexisse. Ecclesiae huius filiales hodie sunt in Damnice, Moszyn, Lichtenhagen. Eidem item a pluribus iam annis incorporata est ecclesia in Chritfeld cum filialibus Biskupice et Barkenfeld. Ecclesias has 7 ab anno 1739 usque modo 1749 regit Illstris et Rndus Sczepanski, canonicus Gnesnensis, praepositus Pucensis, Człuchoviensis etc.

Choynice.

Templum parochiale Conecense exstructum et erectum est anno Domini 1205 sub titulo decollationis sancti Ioannis Baptistae. Eius dedicatio celebratur dominica I et proxima post festum decollationis sancti Ioannis Baptistae. * Gaudet ecclesia eadem et aliis pa- p. 472
tronis, videlicet sanctus Ioannes evangelista et sancta Maria Magdalena, quorum festa cum octava celebrantur. Occupata erat a Lutheranis anno 1555, recuperata a catholicis anno 1616 die sancti Bartholomei. Exusta casu fortuito anno 1657 die 20. Decembris, denuo conflagrata anno 1733 in communi civitatis incendio. Sub eadem filia Schonfeld.

Praepositi: 1. 1578 Iacobus Techius. Acta Cartusiae.

2. 1734 obiit Iosephus Clodius Blistron, canonicus Caminensis, praepositus Conecensis. Cui a celsissimo principe episcopo Varmiensi Antonio Stanislao Grabowski Cameni sequens positum est epitaphium: D. O. M. Iosepho Clodio Blistron Czarnkoviensi, huius ecclesiae canonico et parocho Conecensi, viro pietate in Deum, zelo fidei, doctrina, honestatis cultu, animi candore et morum suavitate omnibus accepto atque probato, VIII Kalendas Maias MDCCXXXIV e vivis erepto, superstes amicus amoris et desiderii M. P. ac quo anniversaria depositionis eius dies in hac ecclesia perpetuo ageretur, constituto Fridelandiae Borrussico censu, curavit.

3. 1734 Iosephus Trzebiatowski. Obiit 1746.

4. 1746 Iacobus Rolbiecki, praepositus Conecensis et Słupensis. Vir zelosus.

Henrichswald.

Ibidem prima ecclesia erecta est anno 1366 die 1. Februarii per Ludolphum Hake, commendatorem Slochoviensem, sub titulo sancti Bartholomei apostoli, assignatis 4 mansis parocho et libera piscatione in pis-
p. 473 cina molendini Stretzin, quam fundationem ante Lu*dolphum diu promiserat Ioannes de Barkenfelde. Ita transumptum litterarum erectionis ex archivo Regiomontano extraditum 13. Februarii 1740. Templum modernum ex lignis dolatis constructum est anno 1742 sub titulo sancti Ioannis Nepomuceni, procurataeque pro hac die indulgentiae Roma 12. Iulii 1742. Portatile tantun unum habet anno 1647 die 10. Augusti consecratum a celsissimo principe et archiepiscopo Mathia Łubienski.

Parochi: 1. 1618 et 1620 Fridericus Markmannus parochus.

2. 1653 Matthias Dulcius parochus.

3. 1680 et adhuc 1721 Ioannes Ignatius Weidmanowski parochus, obiit in Iunio.

4. 1721 Martinus Casimirus Dega commendarius, resignavit 1722, nunc canonicus Caminensis, praepositus Hammersteinensis 1749.

5. 1722 Ioannes Franciscus Ressel Silesius, commendarius, resignavit 1724, nunc praepositus Iastroviensis 1749.

6. 1724 Iosephus Antonius Valentini parochus, resignavit 1737.

7. 1737 Ioannes Nepomucenus Paumbgärtner Silesius, parochus, vivit 1749.

Filiales Heinrichswaldenses sunt sequentes: Peterswald, Rosenwald, Schönwald et capella Landecensis.

Hammerstein.

Civitas regia. Ecclesiae ibidem filiales sunt: Hahns-

feld, Domysław, Falkenwald et Lozen. 1749 Martinus Casimirus Dega canonicus Caminensis, praepositus Hamersteinensis.

Koczała.

Ecclesiae huius filiales sunt: Starsen, Penckul, Eckwit.

*Baldeburg.

p. 474

Sub hac ecclesia filialis Wittenfeld.

Borzyszkowo.

Sub ecclesia hac filialis Brzezno.

Konarzyn.

Sub ecclesia hac filiae: Sampolno, Swarnogacz (*). 1749 praepositus in Konarzyn[1] ... Tuchołka, qui ibidem elegantem ex solido muro construxit ecclesiam. (*) Inquirendum est, utrum istud Swarnogacz idem sit, cuius supra pag. 452 recordatur, cuius certitudo haberi posset, si rudera desolati monasterii ostensa fuerint.

Przechlewo.

Ibidem anno 1720 Rndus[1] ... Ierzykiewicz parochus nitidissimam et comptissimam partim ex lignis partim ex lateribus construxit ecclesiam. Eius successor Rndus[2] ... Part parochus, altaria pulcherrima 3 nova et organa deaurata comparavit. Post huius autem fata Illstris et Rndus Iacobus Templinski canonicus et surrogatus iudex Caminensis, decanus Człochoviensis, parochus Przechleviensis. 1749 superstes. 1691: Herman Casimirus Zawadzki parochus Przechleviensis. Acta Cartusiae. Sub hac ecclesia filiales: Sczytno, Polemice, Kiełpin. Incorporata eidem ecclesia parochialis

---

[1]) Lacuna. Cognomen omissum.
[2]) Lacuna. Cognomen omissum.

in Fürstenou cum filiabus Krambsk (ubi templum novum ligneum comptissime exstructum) et Stegers.

Friedland.

Civitas regia. Sub ecclesia ibidem filiales sunt:
p. 475 Strzeczyn et Steinbou*1749 [1]).... Węsierski praepositus Friedlandensis.

Furchow.

Sub ecclesia hac filiae: Bukolt et Brzezno.

Monasterium Conecense patrum Augustinianorum.

Istud si non fundavit, saltem ex ruderibus resuscitavit et restauravit Winricus de Knieprode supremus magister ordinis Teutonici, electus 1351, mortuus 1382, teste Schützio, qui pag. 83 [2]) sic inquit: Bemeldter Hohmeister Winrich von Kniprode hat unter andern Gebaüden 4 führnehme Clöster im Lande aufgerichtet, oder je zum wenigsten restauriret und aufs neüe begabet und angebracht. 1. zu Königsberg 2. zu Welau 3. für Conitz (de quo hic agitur) 4. zu Heiligenbeyl.

Collegium Societatis Iesu Conecense.

Patres Societatis Iesu Coneci fundati sunt anno 1610 a patre et Rndo domino Ioanne a Gleisen Doręgowski primum decano, dein archidiacono et officiali Caminensi, praeposito Conecensi, sepulto in villa Moscienica. Ecclesia eorum nova elegantissima structura murata exstrui coepit 1635. Ita acta Caminensia. De fundatore non item de anno concordat Niesiecki [3]) tom. II pag. 73, ubi inquit: Ioannes Doręgowski decanus Caminensis et postea archidiaconus et officialis anno 1623 fundavit Conecensem in nostra provincia residentiam et missiones per Cassubiam et Pomera-

---

[1]) Lacuna. Cognomen omissum.
[2]) Schütz, Hist. rer. pruss. 1599. p. 83.
[3]) Niesiecki — Bobrowicz III, 388.

niam. Aliter adhuc Hartknoch in der Preüßischen Kirchen historia pag. 1087:[1]) Nach dem ersten Schwedischen Kriege sind in Conitz die Jesuiten eingeführet, welchen Anno 1638 auf dem Reichstag erlaubet worden, das die für 30 000 fl. Gütter kaufen könten.

*Coneci fanum Lutheranorum.

p. 476

Contra inhibitionem assessorialis iudicii et consistorii tam Łowicensis quam Caminensis erectum est fanum novum a Lutheranis Coneci anno 1649 atque ideo urgente zeloso moderno praeposito Conecensi omnes Lutherani Conecenses excommunicati sunt, aggravata, reaggravata et subreaggravata excommunicatione omniaque commercia interdicta catholicis

Addenda.

Człuchow: Niesiecki tom. IV p. 488:[2]) Iacobus Weiher palatinus Mariaeburgensis, capitaneus Człuchoviensis, etc. w Człuchowie kościoł wymurował, który że Łubienski arcybiskup Gnieznenski konsekrował, teste Damalevicio in archiepiscopis Gnesnensibus folio 41. Zona żaś iego Szaffgocowna bogato go przystroiła. W Kamieniu kościoł tameczny farny w kollegiatę przemienił. Damalewicz in dedicatione vitae sancti Bogumili archiepiscopi. Przy niey fundacyą uczynil na księdza, zeby co tydzień za siebie y za zonę swoię iednę pierwszą mszą świętą ofiarował. Trebnic w kazaniu na iego pogrzebie.

Hammerstein: Hartknoch in der Preußischen Kirchen historia pag. 1086 [3]): Zu derselben Zeit (1596) ist die Pfarrkirche in Hammerstein den Augsburgischen Confessions-Verwandten abgenommen.

Derectum reformationis pro universo archidiaconatu Caminensi. Christophorus Antonius in Słupow Szembek Dei et apostolicae sedis gratia

---

[1]) Hartknoch l. c. VI, 3 p. 1087.
[2]) Niesiecki — Bobrowicz IX, 271.
[3]) Hartknoch l. c. VI, 3 p. 1086.

archiepiscopus Gnesnensis, legatus natus regni Poloniae et magni ducatus Lituaniae, primas primusque princeps. Significamus praesentibus litteris nostris quorum interest universis et singulis. Quia nos inter caeteras curas nostras maxime ad pastorale munus (quod Deo humiliter obsequentes suscepimus) pertinere reputantes sanctae visitationes a sanctis canonibus laudabiliter institutum, adimplere totisque viribus ad ea con-
p. 477 tendere, per * quae animabus vigilantiae nostrae concreditis, debilibus quidem opem et subsidium, moestis solatium, fortibus et vigilibus in opere Dni robur constantiae adferre possimus. Id sane sollicitudinis nostrae officium ad eas maxime partes convertimus, ubi gregem Dni maioribus periculis obnoxium conspeximus, in haec loca contulimus, ubi praedecessorum nostrorum personalis visitationis vestigia nulla intelleximus et animadvertimus. Prosperum iter etiam fecit Dnus studiumque nostrum ac sollicitudinem pastoralem coelestibus suis benedictionibus obsecundare dignatus est debilesque vires nostras viarum incommodis labefactatas, ad consummationem usque suscepti oneris clementer sua gratia sustinuit. Proinde humiles Divinae Maiestati pro hisce gratiis et beneficiis effundentes preces, laboris nostri effectum scilicet reformationis decretum pro universo archidiaconatu Caminensi, supplendo eam reformationem, quam in libris metrices circa singulas ecclesias reliquimus, infrascriptum, dicimus, conficimus et pronuntiamus.

Non sine magno animi nostri sensu comperimus in ecclesiis huius archidiaconatus Camenensis nullam lucernam ante sanctissimum Sacramentum continuo et incessanter ardere, quocirca obviantes tantae irreverentiae, ordinavimus et iterum ordinamus praesenti decreto nostro, ut circa quamlibet ecclesiam, ubi Sanctissimum Sacramentum asservatur, noctu diuque ardeat et ad hunc effectum provisores lampadis in quavis parochia constituimus et assignamus, quorum muneris erit eleemosynam omni meliori modo conquirere et vel maxime quolibet quartuali circumeundo parochiam sive per se, sive per alium et eleemosynas sive in

pecuniis, leguminibus aut frumentis postea dividendis et pro lampade convertendis et quidquid superfuerit, ad carbonam deponendo, a qua erunt 2 claves, una penes parochum, alteram praefati procuratores lampadis habebunt, in praemium laborum suorum benedictionem * recepturi a Dno et in vim gratitudinis ab p. 478 ecclesia gratis quoad omnia post fata sua sepulturam habituri, requirimus itaque praesenti ordinatione Rndos parochos, ut ipsi nullo praetextu aut quapiam excogitabili ratione a procuratione huiusmodi lampadis desistant, quod ut exactius observetur, Perillustri archidiacono et officiali nostro Caminensi nunc et pro tempore existenti, ut serio attendat, ac Adm. Rndis decanis foraneis, ut summam in observanda inviolabiliter hac nostra dispositione diligentiam adhibeant, commendamus.

Decorem domus Dei quantum fieri potest, procurare Rndi parochi non intermittant, praecipue vero in ecclesiis adiunctis sive unitis, quae vulgo filiales nominantur, reparationem a parochianis urgeant, ad quas reparandas sat proclives eosdem prochianos sub tempus visitationis nostrae praesentis comperimus et vix non in omnibus ecclesiis paratas collectas per vitricos ecclesiae conservatas reperimus. Caveant autem in reparatione earundem ecclesiarum, ne scamna inordinate collocentur, demum rudes et deformes choros circa altaria indebitos, privatis nonnullorum usibus inservientes, aboleant, nec illos inepta forma exstrui amplius patiantur. Sacristias itidem aedificari, vel saltem intra ecclesiam aliquem locum aptum craticulis pro sacristia distinctum, compte per bonum artificem fieri curent. Tecta etiam in nonnullis ecclesiis nimis corrupta et iam stillantia quantocius corrigi et reparari procurent. Ecclesias nimis vetustas indecore et incompte more simplicium casarum exstructas in formam competentem reducant, vel eas totaliter diruant et novas per bonum artificem exstrui satagant. Ne vero reaedificatio et restauratio dictarum ecclesiarum intermittatur, procuratores fabricae, qui architecturam intelligant curamque seriam reparandarum ecclesiarum habeant, in

p. 479 singulis decanatibus 2 sacerdotes constituantur. Et* quod spectat ad devotionem, eam necessario ampliandam esse censemus et iniungimus Rndis parochis, ut indulgentias seu confraternitates sive Rosarii sive Scapularis procurent easque ad ecclesias introducant ac rosarium decantare populum instruant singulisque dominicis et festis statuto et determinato tempore cantare non intermittant. Item vesperas tam in vigilia festorum et dominicarum, quam et in ipsis festis et dominicis decantent. Similiter matutinum quolibet die dominico et festo Rndi parochi cum suis organariis sive cantoribus absolvant, ubi vero cantor aut organarius defuerit, pias ac devotas cantilenas materna parochianorum lingua concinant, ut ita populus ad recitandas Deo laudes magis alliciatur et inardescat.

Sacerdotes in devotionibus praebeant bonum exemplum: sacrificia missae etiam diebus ferialibus sine gravi impedimento non intermittant pro auctione cultus divini et pro suffragio defunctorum ac solatio spirituali vivorum, tum etiam pro semetipsis, nec non procedendo de virtute in virtutem, deficiant in causa salutis suae. Erudiant populum ad devotos sub tempus missae cantus patria lingua variarum iuxta temporis exigentiam cantilenarum.

Ecclesias nomine filialium appellatas licet distinguendas ac in statum distinctarum parochiarum (ex eo quod quaelibet ipsarum aliqualem dotem habeat) saltem ad normam ordinationis Gembiccianae pro hoc archidiaconatu factae, redigendas esse optaremus; nihilominus tamen attenta tenuitate earundem dotum, in eodem statu prout nunc exstant, easdem tantisper tolerandas esse duximus, hoc praecaventes, ut quilibet parochus absque ulla excusatione circa se vicarium pro adiutorio foveat. Quoniam vero parochi Waldoviensis, Ostrowitensis, Henrichswaldensis, Radawnicensis, Hammersteinensis, Kraynensis et nonnulli vi-
p. 480 carios pro adminiculo curae *animarum non habent, idcirco praesentibus iniungimus dictis parochis, ut in spatio 2 mensium vicarios idoneos conducant et foveant, quemadmodum circa alias ecclesias foventur,

sub poenis rigorissimis in contraventores per officium nostrum Camenense decernendis et extendendis. Baldenburgensi parocho mandamus, ut in oppido Baldenburg circa ecclesiam resideat, ad ecclesiam vero Koczaliensem vicarium foveat, quousque alia non intercesserit nostra ordinatio. Iniungimus etiam Rndis parochis, ut ecclesias filiales non solum diebus dominicis et festis iuxta cadentiam et alternativam seu turnum devotionis cum sacrifico missae condescendant, verum etiam diebus profestis et ferialibus iuxta ordinationem Gembiccianam illas adeant et visitent, ibidemque sacrae missae sacrificium celebrent ad augendum cultum divinum et ad demonstrandam populo suam erga illam sollicitudinem. Quando vero in parochiali solemniter celebrabunt missam cum concione, tunc pro vesperis discedent ad unam ex filialibus ubi exhortationem aliquam facient et in fine exercitium vespertinum cum populo absolvent ac cum aliquo pio hymno devotionem concludent.

Cathechismum cum explicatione sancti evangelii et sacrae scripturae ac conciones nunquam intermittant, post quas conciones sive catechismos, professionem sanctae fidei Romanae et maxime articulorum, qui sunt necessitate medii ad salutem requisiti cum populo clara, distincta ac intelligibili voce legant ac post haec actus fidei, spei, charitatis et perfectae contritionis cum iisdem eliciant. In villis sint semper scholiregae catholici et non alii, qui pueros erudiant.

Quantum attinet vitam Rndorum parochorum, aliquos scandalose viventes adinvenimus, in quos, ut officium Camenense summario processu quantocius agat, perillustri officiali nostro Camenensi commendamus, alios vero * memores vocationis suae esse vidimus. p. 481
Verumtamen cum in tam sublimi gradu sacerdotii dignitas collocata sit, ut eam omnes contemplentur et observent, cavendum venit non solum illas maculas, quae deformant et deturpant integritatem eiusdem, verum etiam minimas occasiones suspicionum ac opinionum humanarum, quae honorem et existimationem

sacerdotalem inter populum minuunt, quas suspiciones et opiniones malas facile in populo oriri credimus, cum in hoc archidiaconatu Camenensi residentias parochiales a familia muliebri non esse distinctas, sed per idem atrium tam ad cameram sacerdotalem quam ad hypocaustum familiae domesticae communem ingressum observavimus; idcirco huic malae consuetudini obviantes honorique et publicae existimationi sacerdotii consulentes, mandamus omnibus beneficiatis praesertim parochis, ut pro familia sua domestica separatam domum et a sua mansione remotam, sub poena centum marcarum aliisque arbitrariis, si quis intra annum non procuraverit separatam eiusmodi mansionem vel saltem ante hyemem ad interim non accommodaverit ita veteres residentias, ut non per idem atrium, sed per aliud novum a tergo, a latere aedificii plebanalis exstructum, ad familiam sit ingressus, ut nulla maneat privata communicatio cubiculorum parochorum cum hypocaustis familiae muliebris domesticae. In cubiculis etiam suis nunquam sibi sacerdotes per faeminas famulari vel ad dispensas aut armaria sub praetextu recipiendorum alimentorum per cubiculum suum cursitare permittant sub poena 3 marcarum pro qualibet transgressione praesentis mandati a decanis sine ullo processu judiciali, sed simpliciter, ubi de hoc constiterit, repetenda, quarum marcarum una pars ecclesiae fabricae, altera delatori, tertia decano cedet. In casu vero incorrigibilitatis vel contumatiae suspendatur a decano et ad officium remitatur
p. 482 cum prae*fixione termini ad comparendum coram eodem officio.

Attendentes quam multae animae reperiantur in quavis parochia huius archidiaconatus, ac providentes periculo cuiusvis earum animarum, monemus et serio hortamur Rndos parochos, ne simul cum suis vicariis pro indulgentiis ad alias ecclesias sive pro visitationibus ad nobiles aut etiam ad nundinas discedant, sed si parochum ad modicum tempus ex parochia sua discedere contigerit, nullo modo id faciat, nisi prius vicarium suum reilquerit; si vero et vicarium abesse

aliqua necessitas postulaverit, tunc aliquem idoneum sacerdotem substituat sub poenis gravissimis.

Observavimus in quibusdam parochiis aliquas fundationes esse neglectas, ut in oppido Kraianka et Łobzenica, ubi pro musico fundatio habetur, caeterum tamen vix organarius reperitur; proinde monemus eosdem Krainensem et Łobzenicensem et quosvis ecclesiarum rectores, ut menti et voluntati suorum fundatorum plene et integre satisfaciant.

Onera missarum, ubi incumbit, absolvant, et huiusmodi fundationum tabellam in sacristia parieti affixam habeant. Sacerdotum numerum iuxta praefatarum fundationum seu dotationum dispositiones nulla suffragante ratione et excusatione augeant et foveant. Demum has ipsas fundationes, si quae non absolvuntur, iure vindicent, documenta omnia exacte describant et regestrent sub poenis contra negligentes a sanctis canonibus sancitis.

Compositiones, combinationes privatas nullas ineant, verumtamen urgente pace et tranquillitate easdem praevia approbatione nostra vel officii nostri facere, formare et statuere poterunt. Si autem aliquae vel maxime cum dissidentibus compositiones sine nostro consensu et approbatione factae sunt, eosdem cassamus, annihilamus et pro nullis et irritis declaramus.

Non modicum etiam in proventibus prarochialibus consideravimus detrimentum, ubi mansos et agros locatos sive arendatos vidimus; cum itaque praefati
*contractus locationis sive arendae speciem aliquam p. 483
alienationis prae se ferant ac de iure sint prohibiti, proinde serio adhortamur Rndos parochos, ne suos mansos et agros locare, arendare audeant, sub nullitate eiusdem contractus ac poenis contra alienantes a iure praescriptis. Si vero inevitabilis necessitas seu evidens utilitas locationem et arendam suaserit, eiusmodi contractus non aliter ineant, nisi praevio consensu nostro vel officii nostri et motivis necessitatem vel utilitatem praefatam sufficienter demonstrantibus, in scripto dando et concedendo idque ad certum breve tempus.

Ecclesias catholicas a dissidentibus profanatas cum suis dotibus vindicent et repetant, nec quidquam contra leges dissidentibus permittant, sed vel maxime conventicula impediant ac quosvis hac in parte abusus tollant.

Provisores ecclesiarum sive vitricos circa quamlibet parochialem ac etiam filiales ecclesias esse volumuc et mandamus. Cum vero in nonnullis ecclesiis vitricos quidem extitisse adinvenimus, ab iis tamen rationem perceptarum et expensarum nullam habere potuimus, idque ex eo, quod ipsimet parochi in officium huiusmodi vitricorum se immisceant et ingerant omnesque collectas ac reditus ecclesiae ad se recipiant ac pro libitu suo disponant, quod uti a pia consuetudine alienum est, ita etiam summe vituperabile censentes, prohibemus parochis, ne ipsi vitricos ecclesiae in exercendo suo officio ullo modo impediant, sed illis reditus ecclesiae ac pias collectas colligere pacifice permittant, expensas quoque pro necessitatibus ecclesiae facere iisdem concedant, ita tamen ut praefati vitrici carbonam ecclesiae habeant, ab eaque duae claves sint, una penes parochum, altera penes unum ex praefatis vitricis, tum etiam rationem perceptarum et expensarum coram parocho bis in anno, primam in crastino sancti Martini, alteram in crastino sanctissimae Pentecostes facere et redere teneantur.
p. 484 Ut autem sint alacri*ores in hac functione tam ecclesiae quam lampadis provisores, in vim gratitudinis primum post collatores in ecclesia locum et post obitum gratis sepulturam habebunt ac benefactorum merita et suffragia participabunt. Ad hos quoque provisores ecclesiae expensas funeris pro apparatu funebrali, linteamine, vexillis, candelis et caeteris similibus accordare et componere, ad carbonamque ecclesiae deponere spectet et pertineat. Reliquum vero quidquid pro fabrica ratione funeris pro pia cuiuscunque loci consuetudine offeretur, per medium parocho ac ecclesiae divident. Nullas tamen extorsiones facient, sed quod status, conditio pietasque populi afferent, sint contenti; et a parte vero Rndo parocho loci respectu missae lectae unum tinfonem, cantatae duos et praeterea si

quis ex pietate in Deum et charitate erga defunctos voluerit decantari officium defunctorum trium nocturnorum 2 tinfones, respectu unius nocturni tinfonem unum recipient. Hac oblatione contenti sint. A parte tamen pro ministris ecclesiae aliqua contentatio non extorsiva offeretur. Si quis vero tamen pauper inveniatur, ut nihil ad sepulturam suam coferre possit, eius anima omni charitate juvanda erit, omnia deinde gratis expedientur, deducatur corpus eius cum omni pompa et apparatu, fiat missa, conductus, ac nullum cadaver sepeliatur, quod non fuerit prius expositum in ecclesia tempore missae, ut palam omnibus fiat, quod sacerdotum non desit charitas. Quod vero subsistentia sacerdotum et iura parochialia exposcunt, avaritia censeri non debet.

A similibus iuribus funebralium non se excusent dissidentes, sed ad proportionem conditionis, status catholicorum et etiam suae omnia exsolvant, nec ab ipsis plus exigatur, nisi ad similitudinem catholicorum. Quamvis enim dissidentes similia funebralia non exposcant et suffragia habere non curant, sacerdotes tamen pro suffragio animarum illorum consanguineorum, qui fuerunt catholici, ac salute animarum ipsorummet vi-
*ventium sunt obligati sacrificia absolvere et cum mini- p. 485
stris ecclesiae Divinam exorare Maiestatem, non reddendo malum pro malis, pro eo, quod in partibus dissidentium valde praeaggraventur catholici in similibus, et ut videant ecclesiae catholicae charitatem, quae omnes in gremium sanctae matris ecclesiae revocare cupit. Quidquid autem ratione funebralium dederint dissidentes, id exdividatur pro parocho et ministris ecclesiae, ac etiam ad carbonam provisoris ecclesiae pro fabrica et necessitatibus ecclesiae.

Acta decanalia exacte perscribantur, casusque omnes, qui propositi fuerint, et verbis et scriptis resolvantur, eorumque resolutio in acta inscribatur.

Inventaria beneficiorum omnium parochorum circa acta decanalia existant. Ad quem effectum mandamus Rndis parochis, ut quilibet eorum ecclesiam suam eiusque structuram, quanta et qualis est, accurate conscri-

bant dotemque illius seu fundationem pro fabrica connotent, ac demum dotem parochialem suam, fundationes ac obligationes ac universos reditus certos et actu perceptos pro certis et perceptis, controversos et in lite pendentes pro controversis registrent. Similiter etiam filiales ecclesias earumque inventarium ac quantumcunque quaevis filialis a matrice distet, connotabunt et conscribent. Eiusdem conscriptionis duo exemplaria conficient, unum penes acta decanalia, alterum penes ecclesiam parochialem maneat. Insuper regestrum omnium animarum in sua parochia existentium tam christifidelium quam infidelium ac dissidentium, adultorum, adolescentum et infantium conficiant numerumque natorum et mortuorum conscribant, illudque regestrum quovis anno in congregatione aestiva ad acta decanalia porrigant, quae regestra omnium parochorum Adm. Rndi decani ad officium Camenense exacte conscripta remittant. Officium vero eadem nobis quovis anno pariter remittere tenebitur. Revisio seorsiva ad
p. 486 interim pro memoria agendorum vel maxime cir*ca îabricas, tum circa adiacentes villas, quae suos parochos non curant, ex commissione nostra facta penes acta habeatur, et Rndis parochis pro necessitate uniuscuiusque parochi respective communicetur, ut omni meliori quosvis defectus parochiarum suarum et ecclesiarum suppleant. Decanos vero perillustris officialis ad satisfaciendum officio suo saepius excitet et obliget.

Biblia vulgatae editionis ac concilium Tridentinum cum annotationibus et declarationibus praeter alios libros quoque parochus habeat, et omnes sacerdotes habere curent. Vascula ad olea sacra, tum etiam ahena ad baptisterium, ubi deformia inveniuntur, nova omnino comparentur.

Hanc etiam ordinationem nostram perillustris archidiaconus et etiam officialis Camenensis coram clero praefato archidiaconatus Camenensis commodo tempore convocando (citra tamen omnem moram), ut publicet, mandamus. Post cuius publicationem quilibet decanus actis decanalibus praeinsertam hanc ordinationem nostram ingrossari, quivis parochus actis eccle-

siae suae inseri indilate curabünt. Quoniam autem leges minus prosunt, nisi debitam executionem sortiantur, idcirco pro salubriori observantia huiusmodi ordinationis nostrae mandamus Adm. Rndis decanis, quatenus in quavis congregatione, visitationibus quoque decanalibus primo et principaliter inquirant, in quibus punctis praesens nostrum decretum reformationis observetur, in quibus autem non adimpletur, eandem inquisitionem et indagationem ad officium Camenense remittant, ut contra tales tanquam contra contumaces et refragarios iuris mediis procedat, et ad exactam observantiam eos adstringat et compellat. Quam ordinationem in maiorem fidem manu propria subscripsimus et sigillo nostro communiri mandavimus. Datum in oppido Nakło die 27. mensis Maii anno 1741. Christophorus Antonius in Słupow Szembek (L. S.) archiepiscopus Gnesnensis etc.

*Parchowo. p. 487

Pag. 298: Addendum ex actis Cartusiae: Indulgentiae ecclesiae Parchoviensis pro festo Assumptionis Beatae Mariae Virginis et sancti Nicolai plenariae, pro festo sancti Stanislai et in dedicatione (celebratur prima dominica post festum sancti Michaelis) septem annorum. Scripta ante annum 1648.

Solęnczino.

Pag.: 298: Parochi: 1. Dismas. 2. Albertus Warszawski 1659. 3. Michael Brondwicz canonicus Camenecensis. 4. Martinus Zuromski parochus. 5. Michael Gurlicki 1719.

Collegium Gedanense Societatis Iesu.

Pag. 395: Catalogus patrum defunctorum:

Pater Antonius Guisanus, primus in vinea Gedanensi cultor, obiit 1594, sepultus Olivae.

Pater Iodocus Bognerus, obiit 1595, sepultus Olivae.

Pater Samuel Porębny, obiit 1602 in obsequio pestiferorum, sepultus ad sanctum Adalbertum.

Pater Albertus Koworski, obiit 1602 in eodem obsequio, sepultus ibidem.

Pater Martinus Grawicz, obiit 1610, sepultus Olivae.

Pater Ioannes Uberius, obiit 1610, sepultus Olivae.

Pater Ioannes Zembowski, obiit 1612, sepultus Zukoviae.

Pater Valentinus Hengelius, obiit 1618, sepultus Olivae.

Pater Gregorius Bobiok, obiit 1620 sepultus apud Birgittam.

Pater Chrisostomus Faber, obiit 1621, sepultus ibidem.

Pater Simon Swiętek, obiit 1624, sepultus Schotlandiae.

Pater Ioannes Baptista Nierenberg obiit 1625, sepultus apud Birgittam.

in obsequio pestiferorum.

Pater Ioannes Rozner, obiit 1625, sepultus ibidem.

p. 488 *1625. Olaus Ioannes, sepultus Schotlandiae.

1625. Paulus Twozek, peste.

1627. Pater Ioannes Kidius, sepultus in templo collegii.

1634. Pater Simon Schröter, sepultus ibidem.

1636. Pater Felix Brastensis, coadiutor spiritualis, sepultus ibidem.

1638. Magister Andreas Sokołovius sepultus ibidem.

1641. Pater Ioannes Aust, 4 votorum professus.

1643. Pater Ioannes Kuniberti, 4 votorum professus.

1643. Godefridus Radzki.

1644. Pater Balthasar Bieniaszewicz, coadiutor spiritualis.

1647. Paulus Weiss.

1647. Pater Carolus Hoffman, 4 votorum professus.

1649. Pater Iosue Bruno.

1649. Matthias Klups.

1650. Pater Stanislaus Plastkowski, coadiutor spiritualis.
1650. Iacobus Wortmer.
1652. Pater Stanislaus Piastus, 4 votorum profesus.
1652. Nicolaus Winkler.
1653. Georg Krzyzanowicz.
1653. Pater Stanislaus Kwapich.
1653. Pater Andreas Schlaufleben, coadiutor spiritualis.
1653. Matthias Witowski obiit peste, sepultus ad ianuam scholarum.
1653. Ioannes Wilkien obiit peste, sepultus in horto.

1653. {
Pater Matthias Adamowicz, coadiutor spiritualis, obiit peste, sepultus in horto.
Pater Ioannes Zachoklicki obiit peste, sepultus ibidem.
Pater Ioannes Głobinski obiit peste.
Albertus Pallicz obiit peste, sepultus in coemiterio retro sacristiam.
}

*1653. Pater Ioannes Lucides, in obsequio pestiferorum. p. 489
1653. Pater Stanislaus Laski.
1653. Iosephus Baczynski, peste.
1661. Pater Valentinus Korzykowicz sepultus Czepielscii.
1666. Pater Casimirus Kiełczewski, Niesiecki [1]) habet magister.
1669. Pater Georgius Hagenau.
1669. Valentinus Kokowicz.
1673. Pater Marcellus Iandewicz, coadiutor spiritualis.
1673. Magister Barholomeus Wardeski, scholasticus approbatus.
1674. Pater Albertus Ignatius Giza, 4 votorum professus.
1675. Pater Christophorus Keuter coadiutor spiritualis.
1676. Pater Albertus Długosz, coadiutor spiritualis.

---

[1]) Niesiecki — Bobrowicz V, 77.

1680. Pater Matthias Borucki, coadiutor spiritualis.
1680. Pater Ioannes Kreszewski, 4 votorum professus.
1682. Pater Ioannes Steffanowicz, 3 votorum professus.
1685. Pater Petrus Koczuski, coadiutor spiritualis.
1688. Magister Ioannes Miestelski.
1691. Pater Ioannes Gronkiewicz, 4 votorum professus.
1691. Pater Henricus Hollewig, coadiutor spiritualis.
1692. Pater Albertus Nigricius, 4 votorum professus.
1693. Pater Ernestus a Goes, 4 votorum professus.
1693. Martinus Schwegle.
1697. Pater Stanislaus Gołęski, coadiutor spiritualis.
1697. Pater Martinus Markiewicz, coadiutor spiritualis.
1698. Magister Stanislaus Skiblcki.
1705. Pater Ioannes Bobrowski, 4 votorum professus.
p. 490 *1706. Pater Elias Enwald, coadiutor spiritualis.
1707. Paulus Szafranski.
1708. Pater Andreas Kolaczkowski, 4 votorum professus.
1708. Pater Michael Ioachim, 4 votorum professus.
1708. Lucas Bogdanowicz.
1709. Thomas Milner.
1709. Matthias Krzyzanski, sepultus ex altera parte templi prope altare sanctissimae Trinitatis.
1709. Andreas Domaradzki peste, obiit sepultus ibidem.
1709. Prater Ioannes Reich, obiit in obsequio pestiferorum, sepultus in horto versus civitatem prope altanam.
1709. Theodorus Tereberski obiit in obsequio pestiferorum, sepultus prope patrem Reich.
1709. Magister Sebastianus Ropalowski obiit peste, sepultus Czepielscii.
1709. Pater Adamus Topolski obiit in obsequio pestiferorum, sepultus intra altare sanctae Crucis et Beatae Virginis Mariae ad extra.
1709. Pater Basilius Bukowski, coadiutor spiritualis obiit in obsequio pestiferorum.

1709. Valentinus Wilczek.
1710. Pater Nicolaus Działynski, 4 votorum professus, sepultus in templo.
1712. Stanislaus Kowalicz.
1713. Rndus pater Andreas Lewicz rector collegii, 4 votorum professus, die 8. Iunii.
1714. Pater Alexander Szuyski, coadiutor spiritualis, vide Niesiecki.[1])
1716. Magister Michael Raczynski — die 12. Iunii vide Niesiecki.[2])
1720. Pater Ioannes Stadler die 16. Octobris.
Pater Franciscus Głowczewski.
Andreas Wurm.
Rndus pater Reinoldus Gert rector.
*Albertus Skurkiewicz. p. 491
Pater Andreas Węgierski (natus in praedio Malkowo patrum Cartusiensium, patre nobili Ioanne et matre de domo Pałubicka, arendatoribus ibidem. Habuit fratrem germanum Ioannem, parochum Goręczynensem, et 2 alios fratres in ordine Carmelitarum sub nomine patrum Leonardi et Urbani; sorores vero 5 elocatas nobilibus diversis. Ioannes parochus Goręczynensis obiit 5. Decembris 1731, et circa idem prope tempus pater Andreas Societatis Iesu).
Adalbertus Muchacki. (Istis 6 non est annus obitus adscriptus).
1735. Pater Ioannes Fiedler, 4 votorum professus, die 6. Iulii.
1735. Pater Chrisostomus Bieczynski, 4 votorum professus, 5. Augusti.
1737. Pater Gabriel Rzączynski, 4 votorum professus, 13. Novembris, author historiae naturalis curiosae regni Poloniae.
1742. Pater Stanislaus Dobrzyński, 4 votorum professus; 8. Ianuarii.
1742. Ioannes Popart.
Magister Michael Grąbczewski (laesi cerebri) die 9. Martii.

---

[1]) Niesiecki — Bobrowicz VIII, 635.
[2]) Niesiecki — Bobrowicz VIII, 5.

1747. Rndus pater Bartholomeus Luder quondam rector.
1749. Franciscus Meyer.

Templa intra et extra Gedanum ab haereticis occupata.

Ad pag. 116—117. Prodiit typis Gedani 1733 liber in quarto tituli talis: Ephraim Praetorii Dantziger Lehrer-Gedächtnis bestehend in kurtzer Verzeichnis der (scilicet) Evangelischen Prediger in der Stadt und auf dem Lande, von anfang der Reformation etc. Ex hoc libro colligere licet, quo anno quodvis in = et extra praefatam civititatem templum ab haereticis prophanatum et occupatum est. Posita vero sunt templa et primi praedicantes Lutherani tali ordine:

p. 492 *Intra civitatem 1. Zu Sanct Marien bey der großen Pfarr-Kirchen.

Dominus Alexander(a) kam her 1524 kam weg 1525 — starb —
Michael Oberhan kam her 1525 – kam weg 1526.
Iacob Schwartz kam her 1525 – kam weg 1526.
Iacob Hogeseen — kam weg 1526 — starb 1573.
Pancratius Klein(b) kam her 1536 – starb 1546.

(a) Apostata ex ordine fratrum minorum. (b) Apostata ex ordine Praedicatorum.

2. Zu Sanct Ioannis:
Paulus Kerl kam her 1523 – kam weg 1526.
Ioannes Franck kam her 1525 – kam weg 1526.
3. Zu Sanct Catharinen:
Iacob Finckenblock kam her 1525 — kam weg 1526.
4. Zu Sanct Bartholomaei:
Peter Zanckau kam her 1525 — kam weg 1526.
5. Zur H. Dreyfaltigkeit:
Dominus Alexander cepit 1521.
6. Zu Sanct Anna:
Ioannes Polonus cepit 1552.
7. Zu Sanct Barbara:
Iacob Molner cepit 1525.
8. Zum Heiligen Geist:
Martin Ortscheid cepit 1552.

9. Zu Sanct Iacob:
Ioannes Domsen cepit 1557.
10. Zum heiligen Leichnam:
Iacob Finckenblock cepit 1522.
11. Zu Sanct Gertrud in Petershagen:
Iacob Finckenblock cepit 1522.
12. Zum Salvator:
Elias Hirschfeld cepit 1635.
13. Zum Lazareth:
Paulus Hirschius cepit 1620.
14. Zu Sanct Peter und Paul:
Ambrosius Hütfeld cepit 1524.
15. Zu Sanct Elisabeth:
Anonymus cepit 1556.
*16. Beym Zucht-Hause: p. 493
Ioannes Sivert cepit 1641.
Beym Spend-Hause:
Ephraim Praetorius cepit 1703.
Im Werder: 1. Zu Stüblau:
Gabriel Ulrich incepit 1576.
2. In Gütland:
Bartholomeus Peuterus 1582.
3. Zu Osterwick:
Daniel Butterbrodt ante 1590.
4. Zu Wossitz:
Ioannes Lado 1573.
5. In Trutenau:
Ioachim Stuzki 1573.
6. In Wotzlaff:
Ioannes Rose ante 1585.
7. In Gotteswalde:
Martinus Weidnerus starb 1570.
8. In Reichenberg:
Martinus Remus 1584.
9. In Käsemarck:
Enoch Hutzing 1592.
10. Zu Gross-Zünder:
Iacob Harder starb 1572.
11. Zu Letzkau:
Thomas Bronner 1557.

12. Zu Nassenhuben:
Martin Maunius 1632.
13. Zu Grebbin in der Capelle:
Fridericus Sohnerus 1643.
14. Zu Sperlingsdorf Capelle:
Ioannes Hoierus 1632.
In der Nähring: 1. In der Vestung Münde:
Ioannes Krosling kam weg 1569.
2. Zu Bohnsack:
Nicolaus Meuselius kam weg 1594.
3. Zu Schönbaum:
Salomon Colerus kam her 1605.
4. Zu Kobbelgrube:
Georg Klein kam her 1605.
5. Zu Neükrug:
Thomas Kleinschmid ante 1611.
6. Zu Pröbbernau:
Ioannes Brunerus kam her 1605.
7. Zu Tiegenorth:
Ioachim Fromm kam her 1605.
Auf der Höhe: 1. Zu All Gottes Engeln:
Stephanus Bilovius kam her 1549.
p. 494 *2. Zur Ohra:
Georgius kam her 1572.
3. Zu Müggenhahl:
Philippus Kirbach ante 1585.
4. Zu Praust:
M. R. 1578.
5. In Gischkau:
Anton Bosman ante 1610.
6. Zu Löblau:
Laurentius Graseman kam her 1599.
7. Zu Wonnenberg:
Balthasar Hettenbach kam her 1647.
8. Zu Rambeltsch:
Laurentius Graseman kam her 1619.
9. Zu Hela:
Philippus Michlerus kam her 1580.
10. Zu Reinfeld:
Ioannes Clausewitz kam her 1648.

Goręczyno.

Ad seriem parochorum p. 233 addendum: 1597 die die 1. Iulii dominus Georgius.

Huius recordatur in actis Cartusiae 1 Chet[1]) his verbis: Der erſte Zeüg: dominus Georgius Pfar-Herr zu Gorrentzin.

Cartusia.

Anno quo infra, millesimo quingentesimo tricesimo (1530) ego Nicolaus Golębowski intravi ordinem divi Brunonis patris nostri sanctissimi, pro die quo pater Domini nostri .... sub patre priore Ioanne (ita scriptum invenitur in quodam antiquo manuscripto libro. Obitus tamen viri huius non est adscriptus kalendario defunctorum).

Pelplinum.

Frater Eberhardus abbas in Polplyn etc. 1354. Testes sunt frater Matthias prior, Domnus Iordanus, praedecessor noster, frater Ioannes Cornelii, frater Iacobus de Elwingo, frater Ernestus etc. Acta Cartusiae.

*Skarszevia. p. 495

Pag: 172: ad seriem praepositorum addendi: Dominus Vincentius Kerger parochus. Huius recordatur in actis Cartusiae sub anno 1520 feria VI. post Gregorii papae his verbis: In Gegenwärtigkeit des würdigen Herrn Vincentii Kerger Pfarrer zu Schöneck, und Herrn Valentini vicarius daſelbſt.

Pelplinum.

Anno 1564 die 5. Iulii: Dominus Leonardus Turski abbas Pölplinensis B 28[2]); sed hic idem alio nomine

---

[1]) i. e. signatis 1 Chet.
[2]) cfr. p. 49 not. 7.

Leonardus Rembowski dictus est. Vide Niesiecki tomus 3 pag. 855 [1]).

Anno 1585 Christophorus Klinski Grodnae nominatus a rege abbas Pelplinensis. 50 singularia. De hoc vide Lengnichii To. IV a pag. 107 usque ad 169, sive ab anno 1590, quo mortuus est Rembowski abbas.

Anno 1599 Nicolaus Kostka, canonicus Culmensis, nominatus a rege abbas Pelplinensis. 50 singularia. Sed hic iam 1592 a conventu in abbatem electus fuerat. Lengnich To. IV pag. 154 et sequentibus

Anno 1668 Leonardus Rembowski post mortem Felicis Kos abbas Pelplinensis. 50 singularia, sed circa annum error est, vide supra pag. 332.

Anno 1291 Valterus abbas Pelplinensis postulatur in episcopum Culmensem Leo pag. 117 [2]).

p. 496

*Parochi varii.

1702: ad sanctum Adalbertum: Rmus Ludovicus Fantoni praepositus ad sanctum Adalbertum, Romae commorans per dispensationem. Cuius commendarium egit Ioannes Preiss utriusque linguae gnarus, qui bene administravit parochiam.

1700: Langnoviae, Pater Antonius Rusiecki sancti ordinis Cisterciensium, parochus, privatus beneficio.

1701: ibidem: Perillris Grasinski ab officio institutus commendarius, ne sibi patres Cistercienses usurparent ius.

1702: ibidem: Pater Wilhelmus Tropp, sancti ordinis Cisterciensium parochus.

1701: Olivae ad sanctum Iacob: Pater N. Verlohren, sancti ordinis Cisterciensium, commendarius.

1702: Oxiviae: Petrus Schlesiger parochus Oxiviensis et Chwascinensis, sed Chwascinensi resignavit eodem anno.

1640: Dirszawiae: Ioannes Ignatius Grąbczewski decanus et parochus Dirszaviensis.

---

[1]) Niesiecki — Bobrowicz VIII, 104.

[2]) Johannes Leo, Historia Prussiae — Brunsbergae 1725 p. 117.

1688: ibidem: Ioannes Franciscus Czarlinski canonicus Vladislaviensis, praepositus Dirszaviensis et Libiszeviensis.

1702: ibidem: Ioannes Ignatius Stechorowski canonicus Caminensis, decanus, praepositus Dirszaviensis.

ibidem: mansi dotalitii in Dirszov 4, Libyszeviae 8, sed modo vix 3; ita attestatum est ex regia cancellaria 1699 Augusti II.

1684 Neoburgi: Stanislaus Zimmerman praepositus Novenensis.

1701 Skarszeviae: Ioannes Iugowski canonicus Vladislaviensis, praepositus Mevensis, Skarszeviensis.

ibidem: Stanislaus Wymiecki praepositus Skarszeviensis, de anno non constat.

1693 Subcoviae: Georgius Petrus Iesionowski parochus, die 5. Iulii.

1702 Ciersk et Łąki: Michael Antonius Stolicki parochus.

1686 Zblewo et Libikou: Andreas Stanislaus Lęski commendarius.

1692 et 1703 Boboviae: Thomas Długonski parochus.

*1703 Klonoviae: Alexander Nurowski parochus. p. 497

1687 Trąbki: Michael Ignatius Rogaczewski a Rmo Kunigk officiali Gedanensi institutus et a Korpalewski canonico Crusvicensi, decano Dirszaviensi, die 22. Septembris introductus parochus Trąbcensis.

1653 Kokoszkowo die 17. Februarii Illmus Gniewosz episcopus donat patribus Dominicanis Dirszaviensibus ecclesiam Kokoszkoviensem vacantem, tituli sanctae Barbarae instituitque parochum patrem Thomam Trączkowicz priorem Dirszaviensem.

1703 Valichnoviae: Martinus Augustus Szela parochus. Acta Szembeciana.

1688 ad sanctum Adalbertum die 2. Augusti Georgius Rydelius decanus, parochus Gedanensis, praepositus ad sanctum Adalbertum. Litterae incorporationis villarum Sulnino.

1557 Lübelou die 21. Aprilis: Valentinus Leopolita parochus in Löbelou. Acta Zukoviensia.

1667 Pączewo et Piaseczno die 7. Novembris. Ioannes Babecki parochus. Litterae incorporationis Reinfeld.

1549 Garczyno: honorabilis vir Iacobus commendarius in Garczyn. Acta Zukoviensia.

Oxiviae: Thomas Brzeznicki canonicus Crusviciensis, poenitentiarius Vladislaviensis, praepositus Brestensis, parochus Oxiviensis, ante Rndum Iędrowski. Acta visitatoria Narzymsciana.

1418 Gedani: Gunterus Tilmannus parochus ad sanctam Mariam Gedani. Leo pag. 225 [1]).

Zukowo.

1340 Ioannes praepositus. Pancisława priorissa. Oxiviae Nicolaus plebanus et Nicolaus plebanus in Chraely.

1381 Didericius praepositus. Monica priorissa Zukoviensis. Reinfeld: Ioannes parochus; Mezow: F. Ioannes parochus.

1383 Didericus idem praepositus. Monica priorissa eadem Zukoviensis.

1384 idem adhuc, eadem adhuc.

p. 498 *1457 Franciscus praepositus Zukoviensis.

1462 Clodawa: Matthias Racht rector.

1462 Stanislaus praepositus Zukoviensis.

1492 Leoburgi: Nicolaus Ulrici rector.

1512 Frater Nicolaus Neysser praepositus. Catharina Godetlz priorissa Zukoviensis.

1554 Frater Blasius Borngreffer praepositus. Elisabeth Czenkers priorissa Zukoviensis.

1568 Ioannes Wentzigk praepositus. Elisabeth Czenkers priorissa.

1581 Georgius Wysocki praepositus. Elisabeth Brzeska priorissa.

1601 Gregorius Blędowski praepositus. Anna Radczięska priorissa.

---

[1]) Johannes Leo: l. c. p. 225.

1611 Alexander Wkrzinski praepositus. Anna Radczięska priorissa.

1646 Andreas Swinecki praepositus. Margaretha Czapska priorissa. Acta Zukoviensia.

Collegium Societatis Iesu Gedanense.

1636 Rndus Pater Ioannes Leznicki rector collegii Societatis Iesu Gedani. Acta Zukoviensia.

1747 Rndus pater Iosephus Domaradzki provincialis per Poloniam Societatis Iesu.

1750 a Pentecostes: Rndus pater Stanislaus Popiel provincialis Societatis Iesu.

Gedani patres Carmelitae.

Indultum pro confessionibus nautarum excipiendis: Nicolaus episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis priori et conventui fratrum ordinis Beatae Mariae de monte Carmeli extra muros oppidi Dantzig Vladislaviensis dioecesis salutem et apostolicam benedictionem. Iniunctum nobis .... Cum itaque ... ad ecclesiam vestram quam plures mercatores, nautae et aliae personae cum mercantiis et illarum occasione ad portum marinum iuvenilis — oppidi nuncupatum, extra muros dicti oppidi, iuxta quod *dicta ecclesia situata existit, pro divinis audien- p. 499
dis et alias devotionis causa confluere consueverint ... Hinc est .... Datum Romae apud sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae 1449, 6 kalendas Februarii, pontificatus nostri anno tertio. Bullarium p. 218.

Collegium Societatis Iesu Gedani ad annum 1754 in Septembri.

Rndus pater Gaspar Borowski rector.
Pater Ioannes Westerman minister.
Pater Antonius Dobrski.
Pater Andreas Węgierski.
Pater Constantinus Awedyk, concionator Polonicus.

Pater Henricus Stein.
Pater Andreas Mączynski.
Pater Ioannes Preiss, concionator Germanicus.
Pater Franciscus Wilczewski, professor theologiae.
Pater Iosephus Sczaniecki, professor theologiae.
Pater Franciscus Wiesiolowski, professor rhetoricae.
Pater Antonius Lutomski, professor physicae.
Pater Iosephus Kozlowski, professor logicae.
Pater Andreas Przanowski, praefectus studiorum.
Pater Simon Zaczkowski.
Pater Iosephus Zaplatynski, professor 3-tiae lectionis.
Pater Constantius Wysocki ad aulam Skorzewski.

Magistri:

Magister Adalbertus Czaplicki, professor poesiae.
Magister Martinus Muszetynski, professor syntacis.
Magister Petrus Hoszowski, professor grammaticae.
Magister Thomas Płotnicki, professor infimae.

Coadiutores.

Ioannes Rozanski.
Ioannes Wręzkwicz.
Ioannes Mordt.
Ioannes Kater.
Stanislaus Szmidzinski.
Andreas Alshut.
Balthasar Scheutaur.

Missionarii in Pfarrhoff.

Rndus pater Iosephus Piotrowicz superior.
Pater Iosephus Trebels.
Ioannes Wunder coadiutor.

p. 501

*Index.

Appendix ad Apparatum historiae ecclesiasticae Pomeraniae.[1]

Antonius Sebastianus a Dembowa Góra Dembowski Episc. Vladislaviensis LXIX.

Decretum inter conventum Olivensem et Zukoviensem ratione Oxive.

p. 421 Lephardus, ecclesiae Vladislaviensis decanus, Iudex a venerabili patre, domino Philippo, Firmano episcopo, Apostolicae Sedis legato, delegatus, viris discretis ccclesiae s. Katerine in Gdanzke, plebano et priori ecclesiae s. Adalberti ad Quercum, ordinis s. Benedicti, salutem in Domino Jesu Christo. Noveritis quod causam qua inter magistram, praepositum et conventum domus de Sucow, ordinis Praemonstratensis, Vladislaviensis dioecesis, ex una parte, et dominum abbatem et conventum ipsius de Olyva, ordinis Cisterciensis, ejusdem dioecesis, parte ex altera, super quibusdam villis de Oxyvia, quarum nomina, sicut in privilegio authentico super hoc confecto vidimus, sunt haec scilicet: Most, Zbichowa, Pierwissina, Kocchow, Kedrino, Nasenohina, Kossakewicz, Simichou, Dąmbogora cum decimis earundem, venerabilis supradictus pater dominus legatus nobis commisit terminandam. Partibus in Iune Vladislavia aliquoties in nostra constitutis praesentia, tandem in ultimo termino in VI. scilicet feria proxima ante diem beatae Margarethae Virg. in dicto loco, multis hinc inde altercautionibus habitis ad exhortationem venerabilis patris domini nostri Vladislaviensis episcopi et nostram, multis honestis viris praesentibus et discretis, ad proborum virorum fidedignorum arbitrium, in quos utraque pars bona fide, subvallatione pene

---

[1]) Ex opere Schwengelii: Ad historiam ecclesiasticam Poloniae apparatus. cfr. Fontes XVI p. XXVIII sq.

compromisit, magistra, praepositus et conventus memorati acceptaverunt habito consilio, liberaliter et voluntarie a supradictis abbate et suo conventu 30 marcas denariorum Thorunensium in Octava Epiphaniae Domini integraliter persolvendas, sicut etiam et 2 marcas ejusdem monetae infra Octavas beati Martini, episcopi, censualiter solvendas, et in perpetuum annuatim. Deinde saepedicta magistra, praepositus et conventus cesserunt in integrum de praenominatis villis et decimis earundem praedictis abbati et suo conventui. Omnem actionem, quam habebant vel habere possent in futuro, perpetualiter abrenuntiaverunt coram nobis, silentium super his voluntarie sibimetipsis perpetuum imponentes, sicut in tribus*super his con- p. 422
fectis praepositi et conventus dictae duobus sigillis, nostro et venerabilis magistri patris abbatis eorundem S. Vincentii apud Vrastilaviam praedicti ordinis Praemonstratensium sigillis roboratis plenius continetur. Nos igitur discretorum virorum habito consilio primum utriusque partis desiderium huius compositionis considerantes, praefatis domino Abbati et suo conventui juxta ejusdem compositionis formam praenominatas villas cum decimis earundem perpetualiter assignamus, omnes et singulos clericos et laicos, qui eos in possessione earundem villarum et decimarum molestare, fatigare, vel perturbare praesumpserint, excommunicationis sententia innodantes litteras per praesentes. Et ut vobis fex controversiae et turbationis exinanita permaneat et extincta, omnia et singula retroacta, et litterarum instrumenta a principio motae litis super his confecta, authoritate qua fungimur, in irritum revocamus. Mandantes vobis in virtute oboedientiae et sub poena excommunicationis, quatenus nostras sententias, quotiescumque et ubicumque requisiti fueritis, si necesse fuerit praedictis fratribus de Oliva fideliter promulgetis, publicantes compositonem similiter supradictam, realiter facientes, ut nostram constantiam debeamus, in Domino commendare.

Datum in ecclesia Vladislaviensi anno Domini MCCLXXXI. XIV Kal. Sept. (L. S.) Habentur hae lit-

terae in suo vero originali cum sigillo appenso Zukoviae.

Litterae super scultetiam Obluzensem: Nos Frater Ioannes, Dei patientia praepositus domus s. Mariae in Zukou, ordinis Praemonstratensium etc. Datum Zukoviae 1340, die s. Benedicti Abbatis, praesentibus fratribus nostris, domino Nicolao, plebano de Oxivia, domino Nicasio, priore, domino Henrico, custode, et fratre Nicolao, plebano in Chraely, Pancisława priorissa.

Litterae super molendinum in Chmielno: Wir Ditterich Von Gedolt Gottes Probest in dem Kloster zu Sukou, Monecha, priorissa, Agnes, subpriorissa etc. Datum Sukou anno Incarnationis MCCCLXXXI. Do by gewest ist: Herr Iohannes Pfarherr von dem Reyneveld,
p. 423 frater Iohannes * Pfarherr von Mesow, frater Franciscus Rosestengel, frater Franciscus de Novoforo, frater Ioannes Puppe etc.

Dispositio dotis Sororum Walburgis et Christina.

In Gotis Namen. Amen.

Wir Bruder Ditterich Von Gedolt Gotis Probest, Monecha (Monica) Priorinne, Agnes Under Priorinne des Gotis-Huses czu Sokou des Ord: von Praemonstr: mit unserm ganzen Convent gemeyne bekennen in desem kegenwerthegen Bryfe, das Wir mit Wyllen unde mit Rathe unser Brüder unde Swestern unsers Conventis haben genommen unde empfangen czu unsern lyben Tochtern, Swestern Walpurk Blorok unde Kyrstinen Wende X Marck gewonlicher Müntze eres rechtes Erbgeldes en ander sturben von eren Frunden. Dyselben X Marck wir gewant haben in unsers Klosters Nucz, also uns beste beduchte. Hyrumme durch besunder Gunst unde Genade, dy wir haben czu unserm Covent, so vorscribe wir eweklich eyne Mark Geldes uf unser Probesteye, czu dem Sich-hus (Krancken-haus) alle jar jerlich uf Senthe Mertins Tak des heyl: Bischof, den kranken Swestern allgemein sy sint, Sank Swestern ader nicht Sank-Swester, czu Troste unde czu Nucze. Dyselbe Mark dy Swestern under sich nicht trylen sullen, sunder also lange czu-

sammen sullen halden, bis das Sich-hus volbracht unde gebulvet werde. Ouch von Gunst weyn so günen wir denselben kranken Swestern halden eyne Frouwe, dy er warthen szal, wen iz en Not tut, dy man vor-Pfründen zal mit Byr unde mit Brote us unserm hofe. Hy nach dy Swestern des Conventis gemeine nach dem Tode der vorgenanten Swester Walpurk unde Swester Kyrztine ere järige czyt (Anniversarium) begeen sullen mit eyner Vigilien, dy sy sulle, singen ader lesen, wy sich die järige czyt gebort. Deze vorgenante Gabe unde Genade gelobe wir von uns nnde unser Nochkommelinge weyn stete unde gancz czu halden eweklich mit Orkonde dezes Bryfes, der domit * unserm unde mit unsers Conventis p. 424 Ingesegeln ist vorsigilt. Gegeben und geschen in unserm Kloster czu Sukou, noch Gotis Geburt M.CCC.LXXXIII. an S. Pauls Abende Conversionis.

Bona Zawory qualiter ad Monasterium pervenerunt.

In Gotis Namen. Amen. Wir Bruder Ditterich von Gedolt Gotis Probest, Manecha Priorinne, Agnes Under Priorinne, Sele Circatrix des Gotis Huses czu Sukou des Ord: von Praemonstr: mit unserm ganzem Convent gemeine bekennen offenbar in desem Bryfe, das wir mit Willen unde mit Rathe unser Brüder unde Swestern, unser Gut Zawor von Ansproche mit 45 Mark gefrüt han, unde daßelbe Geld ane Schaden nicht wohl czu wege brengen muchten, hyrumme so haben wir mit Willen unseres ganczen Conventis unser lyben und geistl. Tochter Mecczen (Maria) vorkauft eyne Mark Geldes eweklich czu eynem ewegen Lichte czu dem Slof-huse ume X Mark uf der Probestey, unde dyselbe Mark uf S. Mertins Tak alle Jahr gefallen soll. Ouch ume den Willen das ire Elder Seelen dorby das do baß gedocht werde, unde ouch aller guten Werken, Meße, Vigilien unde Commendatio teylhaft werden, hy nest noch erem Tode derselben Swester Mecczen, dy Swestern des Conventis ere järige Czyt begeen sullen mit einer Vigilien, dy do gesungen oder gelesen sal werden, dornoch sich dy järige Czyt gebort. Dese vorgenante Gobe unde Gnode geloben

Wir von uns unde von unsern Nachkommelingen stete unde ganz zu halden eweklich. Czu eyme merem Bekentniße unde Orkunde, so haben vir unser Ingesegel mit dem Ingesegel unseres Conventis an desen Bryf angehangen. Gegeben in unserm Kloster zu Sukou, noch der Gebort Gotis M.CCC.LXXXIV. an deme Freytage noch Conceptionis Mariae.

Donatio nobilis Przypke de Swyntz: Geschehen czu Sukou in der Kegenwortikeit des ganzen Conventis und dorzu unsir Brüder: Br. Niclos Iunge, Br. Niclos
p. 425 * Namslou, Br. Peter Buthou, Br. Stenczla unsir Voygt. Datum Zukou 1392 in deme Sonntag Misericordias Dni.

Decretum ratione lacus Brodno maj: Ioannis de Baysen, gubernatoris Prussiae ad instantiam reverendi domini Francisci praepositi, Zukou latum, fer. V. post Jacobi 1457.

Sententia abbatis Vratislaviensis de validitate professionis virginis Catharinae Wysen, monialis, et quod de eiusdem abbatis licentia professiones sanctimonialium recipere licite possit: Nos Franciscus, miseratione divina abbas s. Vincentii extra muros Vratislaviae, ordinis Praemonstratensium, volumus fore notum, quod dudum de anno Domini 1462, coram venerabili viro domino Matthia Racht, rectore ecclesiae pariochialis in Clodau, reverendi in Christo patris et domini Ioannis, episcopi Vladislaviensis, regni Poloniae cancellarii vicario et officiali terrae Pomeraniae, inter virtuosam virginem Katherinam Wysen ex una, nec non virgines et religiosos dominum Stanislaum, praepositum, ac priorissam et moniales dicti ordinis Praemonstratensis in Zukou ex altera partibus, ex parte professionis praedictam puellam Katherinam Wysen factae etc. Datum Vratislaviae 1462 die 11. Iunii.

Attestatum reverendi praepositi Leoburgensis super pio legato: Ego Nicolaus Ulrici, presbyter Vladislaviensis dioecesis, rector parochialis ecclesiae s. Iacobi in oppido Lewinburgk, recognosco etc requisitus per religiosum virum fratrem Gregorium Crokkau, sanctimonialium procuratorem, anno Domini 1492 die 10. Maii.

Praesentibus honorabili domino Gregorio Witken, presbytero dioecesis Vladislaviensis (citra dubium vicario Leoburgensi). etc.

Visitatio generalis conventus Zukou per reverendum Ioannem von Lopschütz, abbatem s. Vincentii Vratislaviae s. ordinis Praemonstratensis, reverendum Nicolaum Costen, praepositum Strzelnensem, reverendum Andream Dittrich, concionatorem Vratislaviensis conventus, expedita die Praesentationis Beatae Mariae Virginis 1497. Item ordinationes capituli generalis post festum ss. Corporis Christi 1499 Vratislaviae ad s. Vincentium celebrati cui * interfuerunt reve- p. 426
rendi praepositi ex Strzelno, Zukowo, Czarnowieś, Beuthen et seniores conventus Vratislaviensis. Acta haec habentur Zukoviae germanice in originali.

Litterae super molam papyraceam in Zukowo: Wir Bruder Nicolaus Neisser, Probest, Catharina Godertz, Priorinne, Barbara Borutza, Under Priorinne zu Sukou etc. verlihen dem Erben Görgen Hugewitz unser Papier=Molen bey unserm Kloster gelegen an der Radune oben der obersten Sleusen deßelbigen Waßers, und aus demselbigen waßer Radune einen freyen Graben sich czu halden etc. Datum Zukou, fer. IV. Pentecostes 1512.

Litterae super molam in Oxive: Wir Bruder Blasius Borngreffer, Probst czu Sukou, Elisabeth Czenkersze, Priorinne, Agnes, Under Priorinne, Anna Schmidesze, circatrix, Catharina, custrix etc. Datum Zukou, 22 Iulii 1554. Testibus Burchard, des Klosters Voigt etc.

Positiones Constantini Ferber proconsulis Gedanensis ratione bonorum Mezowo et aliorum nec non officinae ferrariae etc. contra venerabilem conventum Zukoviensem: Recordantur in his litteris Elisabeth Czenkers, priorissa, venerabilis virgo Euphemia Möllers, Gedanensis, patritio genere, Ioannes Wentzigk, praepositus (sed nondum presbyter, successit Gregorio ab Eden, et hi ambo in iudiciis de praepositura contendebant, sed neuter a monialibus pro praeposito, anno praesenti agnitus est, ille quod non esset sacerdos neque s. ordinis Praemonstratensis, hic quod monasterium in multis damnificaverit). Acta Zukoviae 14 Junii 1568.

Georgius Wysocki, praepositus, et Elisabeth Brzeska priorissa Zukoviensis, contrahunt cum David Bröcker Gedanensi, ratione quartae partis granarii Dantisci. Datum Zukoviae 9 Nov. 1581.

Litterae super officinam ferrariam Zukoviae: Nos
p. 427 Gregorius Błędowski, praepositus, * Anna Radczięska, priorissa, Margaretha Czapska, subpriorissa etc. honesto Georgio Henning, fabro malleatori elocavimus iuxta flumen Stolpa partem terrae incultae pro aedificanda officina ferraria etc. Datum Zukoviae 20 Iulii 1601. Testes snut venerabilis Martinus Pisdrenius, concionator et confessarius, professus ordinis Praemonstratensis, venerabilis Matthias Godowski, vicarius saecularis.

Decretum inter magistrum officinae ferrariae in Zukowo et creditores mercatores Gedanenses: Nos Alexander Wkrzinski, praepositus, Anna Radczięska, priorissa, Margaretha Czapska, subpriorissa monasterii Zukoviensis etc. Datum Zukoviae fer. VI. post Nativitatem Domini 1611. In praesentia reverendorum Gabrielis Milewski, ordinis Praedicatorum, confessarii virginum, Matthiae Wolthei, canonici Vendensis, vicarii Zukoviensis etc.

Litterae super scultetiam in Pogorz: Nos Andreas Swinecki, praepositus, Margaretha Czapska, priorissa, Elisabeth Rębowska, subpriorissa etc. Datum Zukou 5. Maii 1646.

Confirmatio iuris super templum s. Ioannis in urbe Dantisco et bona ad idem spectantia.

Sigismundus, D. G. Rex Poloniae M. D. Lithuaniae nec non terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Siradiae, Lanciciae, Cujaviae, Russiae ac aliarum terrarum Prussiae Pomeraniaeque Dominus et Haeres. Significamus tenore praesentium quibus expedit universis et singulis harum notitiam habituris. Monstratum nobis esse in membrana antiquum privilegium illustrissimi sanctae memoriae Subislai, Pomeraniae ducis, antecessoris et consanguinei nostri, propria manu sigilloque signatum, in se continens fundationem templi ac monasterii s. Ioannis Baptistae in urbe

nostra Gedanensi siti, in quo templo et monasterio a fundatore constituti venerabiles monachi Succovienses, ordinis Praemonstratensium, continua possessione habitare et celebrare soliti antiquo jure privilegii fundationis suae. Nos igitur authoritate nostra regia et assensu consiliariorum nostrorum regiorum privilegium istud fundationis memoratae hac confirmatione nostra fatemur, approbamus et confirmamus venerabilibus mon*achis et praepositis Zukoviensibus eorumque p. 428
successoribus legitimis, quos veros possessores haereditarios templi istius ac monasterii Gedanensis agnoscimus, quibus perpetuum ius haereditarium concedimus et confirmamus super praefato templo isto ac monasterio Gedani sito. In quo templo ac monasterio iuxta ordinationem privilegii fundationis perpetuam possesionem haereditariam habebunt, ibidemque exercitium devotionis continuabunt perpetuo sine ullius status et personae impedimento. Confirmamus quoque monachis istis supradictis bona ab antiquo ad templum istud spectantia et in originali privilegio descripta: Natenhof, Ochht, quae bona in se continent fundi 54 mansos agrorum, pratorum et super quibus bonis omnibus, uti et templo et area et aedibus sacerdotum quemadmodum et domo braxatoria, nec non omnibus mansionibus intra murum locatis, secundum descriptionem, privilegium fundationis ab anno Domini MCCXIV perpetuum ius haereditarium concedimus saepememoratis praepositis Succoviensibus eorumque legitimis successoribus, qui curam et regimen super bonis istis denominatis in pacifica possessione agent perpetuis temporibus vigore confirmationis nostrae. Omnes possessiones et iura ab exterminatis Crucigeris super bona ista ccclesiastica cuique data, perpetuo tollimus, cassamus et annihilamus hac confirmatione nostra, quandoquidem voluntas nostra regia ut incorrupta et indistracta permaneat. E quibus omnem proventum colligent monachi seu praepositi Succovienses ad usum et sustentationem capellanorum et templi istius Gedanensis, de quo proventu fructuum et frumentorum singulorum, quartam partem venerabilibus

monachis Succoviensibus quotannis reddere tenebuntur secundum ordinationem privilegii antiqui. Quae omnia et singula praemissa, et in originali privilegio late descripta, in omnibus punctis, clausulis, articulis conclusionibus, in hac confirmatione nostra privilegiata confirmamus perpetuis temporibus. In quorum fidem ac robur praesentes consensu senatus nostri regii manu nostra subscripsimus et sigillo regni nostri muniri fecimus. Datum Cracoviae in Vigilia s. Francisci anno Domini MDXXVII, felicis regiminis nostri regni Poloniae. Sigismundus Rex (L. S.) Stanislaus Czema, secretarius Sacrae Regiae Majestatis.

(Diploma istud apparet per Ianikowski esse confictum).

p. 429 *Ecclesia et Parochia Neoburgensis.

Neoburgum, oppidum fundatum a Subislao I. anno 1185, qui ex ducibus Pomeraniae ulterioris seu orientalis primus christianae religioni nomen dedit. Privilegiis praestantissimis locupletata est civitas haec a generalibus ordinis Theutonici magistris, imprimis a Conrado (Henrico) Dusener von Arffberg 1348 electo, qui Neoburgense oppidum cum 58 et dimidio mansis donavit cuidam bene merito equiti Sturnio. Idem et eodem fere tempore dedit intra civitatem fratribus minoribus conventualibus s. Francisci monasterium cum antiquis libertatibus. Privilegium secundum habet haec civitas a Winrico de Knieprode, magistro generali ordinis Theutonici, de anno 1361 collatum. Tertium de anno 1389 a Conrado Czolner de Rotenstein, magistro generali ordinis Theutonici, qui civibus Neoburgensibus nobilissima ad Vistulam prata et pascua, continentia in se mansos 18 cum dimidio donavit. Quartum a Wenceslao, Bohemiae et Poloniae rege, de anno 1301, in quo ab omnibus polonorum exactionibus liberi pronuntiantur cives Neoburgenses. Confirmata omnia iura a Sigismundo I. anno 1507, Sigismundo Augusto, Sigismundo III. Vladislao IV. Ioanne Casimiro regibus Poloniarum etc.

Ecclesiam Neoburgensem si non ante, certe una cum civitate assurexisse, citra dubium est. Eadem ex solido muro una cum campanili pristino et perantiquo more, bene et firmiter structa est iuxta alios a Subislao I. duce Pomeraniae aut (ut putat Martinus Augustinus Szela in Visitationibus decanatus Neoburgensis de anno 1703) a Crucigeris, sub titulo S. Matthaei Apostoli et Evangelistae, quemadmodum et Starogardiensis. Consecrationis diem obit dominica proxima hoc sequente. Altaria in hac ecclesia quinque, I. maius altare crucifixi Domini Nostri Iesu Christi. II. ss. Rosarii. III. Assumptionis Gloriosissimae Virginis Mariae. IV. Sancti Ioannis Baptistae. V. Sanctorum Angelorum Custodum in capella magnifici domini Werda, succamerarii Pomeraniae et capitanei Novensis, pro quo erigendo et capella fere collapsa restauranda reverendissimus Hacki, abbas Olivensis dedit 300 florenos. Cryptas seu murata sepulchra habet tria: I. generosorum Konojadcziorum. II. ss. Rosarii. III. sub capella Werdeniana vacuum.

Dos Ecclesiae: 4 mansi agrorum ad conseminationem et 4 mansi pratorum ab Henrico * Dusener p. 430
magistro generali ordinis Teutonici concessi. Tres mansos ad capellam S. Georgii et s. Crucis in porta civitatis spectantes civitas tenet, substituitque pro illis 300 marcas, a quibus annuatim ab anno 1615 censum solvit florenorum 16.

Villae ad hanc ecclesiam spectantes sunt sequentes:

Arx Novensis: solvit messalia modios 12 siliginis et totidem avenae.

Civitas: ex ordinatione Duseneri modios 41 siliginis et totidem avenae.

Bochlin et Rozielec: 2 villae generosorum Konojadzkich modios 6 siliginis et totidem avenae.

Mieliwo, haeredis generosi Gurowski, castellani Poznaniensis, modios 6 siliginis totidem avenae.

Mieliwko: generosi Pstrokonski, modios 6 siliginis et todidem avenae.

Rychława: generosi Alexandri Czapski, modios 6 siliginis et totidem avenae.

Kamionka: in 3 sortes divisa generosorum Konopacki, Pstrokonski et Czapski, modios 16 siliginis et totidem avenae.

Tryl: pendit 5 modios hordei et totidem avenae.

Łabętki Młyn zdroiowy, Morgi, Zabiiak, Kączyce, Głodowo.

Anno 1702 in parochia Neoburgensi fuerunt catholici confessi 710. Lutherani inventi 282, calviniani 7.

Ecclesiam hanc olim per annos 70 tenuere lutherani, sed eam una cum templo et monasterio patrum Bernardinorum vindicavit illustrissimus Rozrazevius, episcopus.

Ius patronatus regium. Conservatio tectorum civitati incumbit.

1703. Rector hujus ecclesiae Georgius Andreas Lesman Allensteinensis, ordinatus ab episcopo Praemislensi Sarnawski 1670, institutus a reverendissimo Hacki, abbate Olivensi et officiali Gedanensi, introductus a reverendo Stanislao Zolądkowski, parocho Lalkoviensi.

Ex lib. Visit. per Archidac. Pomeraniae.

Komorscensis Ecclesia.

Tituli s. Bartholomeae et s. Iosephi. Consecrata a Bonaventura Madalinski, episcopo. Anniversarium dedicationis dominica II. post Pentecosten. Aedificata anno 1684 sumptibus illustrissimi Madalinski, episcopi, Grzemski, decani Neoburgensis parochi Komorscensis
p. 431 *generosi Iacobi Dorpowski cum conjuge sua, haerede in Rulewo, Elisabethae de Garczynskie, qui totam materiam fere suppeditarunt, generosi Stanislai Konarski, haeredis in Grupa, castellani Kowalcensis ex parochia Bzoviensi, generosi Alexandri Czapski, vexilliferi Mariaeburgensis haerede in Bękowo, cum Hedwige de Działynskie coniuge ex parochia Płochocinensis [1]) generosi Ioannis Iasinski haerede in Płochoczyn cum uxore Marianna Dąbrowska et aliorum.

Altaria habet 5: I. majus deauratum Immaculatae Conceptionis II. s. Iosephi III. Assumptionis Beatae Mariae deauratum. IV. s. Annae pictum V. in capella

---

[1]) In orig.: Dłochocinensi.

s. Angeli. — Domus Plebanalis 1701 die 7. Octobris conflagravit et vix ecclesia servata est.

Mansi Parochiales 4, sed valde coangustati.

Villae ad ecclesiam spectantes:

Komorski wielki: pendit siliginis modios 24, avenae totidem.

Komorsk mały: pendit siliginis modios 15, avenae totidem.

Warlub: pendit siliginis modios 20, avenae totidem.

Rulewo: nihil solvit, quare? non constat.

1702. Catholici confessi 407. Lutherani 197.

Ecclesia Parochialis Bzovensis affiliata etc.

Ex Actis Decanatus Neoburgensis per reverendum Martinum Szela scriptum:

1701: die 14 Novembris institutus Paulus Malinowski, presbyter ordinatus ab Albinowski, suffraganeo Vladislaviensi 1701.

Ecclesia Weyheropolensis.

Anno 1645 die 6 Augusti consecrata. Dedicatio celebratur dominica IX post Pentecosten. Intuitu dotis percipit praepositus florenorum 400 ex arce Ruceviensi. In hac ecclesia olim solebant fieri duae conciones, quarum unam faciebat parochus loci, alteram patres Reformati. In ecclesia vero patrum nulla concio fiebat de mane, sed solum post prandium.

Anno 1651 die 1 Martii reverendissimus Florianus Falk, officialis Gedanensis concessit sacra celebra*re, verbum p. 432
Dei praedicare patribus Reformatis conventus Weyheropolensis, citra tamen jurium parochialium praeiudicium, ad unius anni decursum, quod prorogatum anno 1652 die 16 Aprilis. Scholam patrum Reformatorum a fundatore eis concessam approbavit reverendissimus Samuel ab Obory Czosnowski, protunc episcopatus Vladislaviensis et Pomeraniae administrator anno 1650 die 20 Augusti citra tamen praejudicium ecclesiae parochialis. Villae ad ecclesiam spectantes: Weyheropolis civitas, Kampin, Buza, Nowe Karczmy, Nanice, Śmiechowo, Pętkowice. Ecclesia Parochialis Gorensis est ei affiliata.

1702 Matthaeus Praetorius, praepositus Weyheropolensis.

Ex actis Visit. Gen. Szembecianis 1702.

Monumenta et Inscriptiones: Ecclesiae Solenczynensis.

I. A dextra parte altaris majoris in pariete figura uxoris Ioannis Heidensteinii cum hoc epitaphio:

Scire desideras?

Magnifica ac Generosa D. Catharina Heidensteinowa, ex antiqua Witosławiorum orsem de Sielec progenita Domo, primum Ioanni Smosewo Castellano Santocensi, deinde Ioanni Heidensteinio Succamerario Mariaeburgensi nupta, hic quiescit. Pietate, prudentia, foecunditate insigni Uxori, moestus Maritus ultimum dicit et deponit VALE. Mortua Gedani A. D. 1659 die 16 Maii, sepulta Sollenczyni anno eod. die 6 Novembris.

II. A sinistra parte altaris majoris in pariete figura uxoris Reinoldi Heidensteinii cum hoc hoc epitaphio:

Siste gradum Viator.

Magnifica et Generosa Theresia de Konarzyn Heidensteinowa Uxor olim Magnifici et Generosi Reinoldi Heidensteinii Secretarii Regii, matura annis et virtutibus,
p. 433 vetustae familiae suae, adijciens vitae suae et vidui*tatis per 38 annos laudabiliter actae, decora, Zarnovicii Resurrectionis Christi festo resurgit coelo, moritur mundo anno Domini 1658 die 21. Aprilis, aetatis suae 76. Olivam translata anno eodem, die 11 Iulii, tumulo infertur proprio. Vade in pace, et dum vivis, mortuorum memento.

III. Post altare majus effigies Reinoldi Heidensteinii cum hac subscriptione: Fundator ecclesiae huius Sollenczynensis Generosus D. Reinoldus Heidenstein Secr. Reg. Majestatis, Tenutarius Zajączkoviensis et Montauiensis. Obiit anno Salutis 1620, aetatis vero suae 67, die 24 Decembris, non multo post in Ecclesiam Mona-

sterii Olivensis honorifice delatus, ibique 4 Februarii non sine moerore suorum terrae traditus decumbit. Oretur pro eo.

IV. Ibidem altera effigies Ioannis Heidensteinii cum hac subscriptione:

Collator Ecclesiae huius Sollenczynensis Illustrissimus D. Ioannes Heidenstein Castellanus Gedanensis, in Sollenczyno et Pamiętowo Dominus et Haeres, Tenutatarius Zajączkovienisis et Montauiensis. Obiit A. D. 1673 die 13 Febr. Aetatis vero 63. Hic 17 Julii non sine moerore suorum, terrae traditus, decumbit. Oretur pro eo.

V. In lapide sepulchrali ante altare maius haec inscriptio legitur:

In magnis opibus ut admodum difficile, maxime pulchrum est, Seipsum continere.

Fuimus, non sumus, estis non eritis, nemo immortalis.

Quos Deus coniunxit, homo non separet. Viator si lubet, legito. Si properas, hoc te sepulchrum rogat, ut se aspicias. Generosus D. Ioannes Heidenstein in Sollenczyno et Pamietowo Haeres et Generosa D. Barbara de Zdzarowili Heidensteinowa Conjuges, comunis sortis memores, hoc conditorium sibi Successoribusque suis, vivi fabricari curarunt, ne mortui posteris crederent. A. D. 1642 die 18. Februarii. Hoc volebam, nescius ne esses. Vale.

Decipimur votis et tempore fallimur, et mors
Deridet curas. Anxia vita nihil.

In utraque fortuna, fortunae ipsius memor esto.

In omni vitae genere primum est: Seipsum noscere.* p. 434

Ecclesiae Zukoviensis utriusque.

I. D. O. M. Subsiste, qui transis, subjecta oculis haec paucula perlege. Sub duro hoc quem calcas, marmore, solutam in cineres Sophiam de Konopat Konarska noveris. Quae domum avitam dum clarissimo matrimonio Magnifici D. Miroslai de Konarzyn Konarski Vexilliferi Pomeraniae ornat, illumque postquam filiis et filiabus Patrem fecisset, gravissimo et diuturno morbo correpta, mors... (aliqua desunt) —

A. 1624 Iulii 30 die jam carum dissociat amicum, relicto sibi moerore et duabus filiabus taedio: Cui post omnia obsequia Maritus pientissimus saxum hoc gratae testem memoriae poni curavit. Anno a Christo nato 1625.

II. D. O. M. Iacet hic manibus tumulata suorum, Generosa D. Anna ex Nobili Czapskich stirpe, Kosowa, clara stemmate, virtute clarior, dum vixit. Patria ei coelum, Domus claustrum, Requies sepulchrum fuit. Obiit anno Salutis nostrae 1668, die 5 mensis Aprilis, aetatis suae 74.

III. Hoc tumulo conditus quiesco Generosus D. Ioannes Lniski in Lniska et Łączyno Haeres, genere Nobilis, religione Catholicus, consilio et prudentia maturus, de Republica optime meritus, quem mors invida rapuit die 2. Aug. A. D. 1629.

IV. D. O. M. S. Generosus D. Conradus Heidenstein de Lezno hic situs est, qui in numerum Secretariorum ac Serenissimo Rege receptus, prius quam vivere didicit, vivere desiit. Obiit A. D. 1618 die 7 mensis Maii aetatis suae 27.

V. Vivis in amplexu Christi dulcissime Fili,
Et quo laetetur mens tua, semper habet.

Samueli Lniski Puero Nobili, praemature crudeli fato extincto, Parentes moestissimi posuere. A. 1617.

VI. In ecclesia s. Ioannis Bapt. ibidem: Hic jacet Nobilis Georgius Pempowski, qui obiit die 6 Decemb.
p. 435 A. D. 1617 aetatis suae 48. Huic Deus propitius esto.*

Ecclesiae Gorenczynensis.

I. Hic jacet Generosus Philippus Ustarbowski Haeres in Brodnice qui obiit A. D. 1625, die 10 Septbr. aetatis 60, cui Deus misereatur. Stemma: Leliwa.

II. Georgius Wyciechowski liegt hier begraben. 1640. Stemma: Szorfas.

III. Obiit 1646 Catharina Smęgorzynska.

IV. Brigitta Hakarka, Iacobus Tuski y Mathias Maguła Sąsiedzi Dom swoim postawili. Roku 1641.

Campana maior aeri infusum habet annum 1274 et in circumferentia stemmata ducum Pomeraniae et Crucigerorum. Hinc ecclesiae vetustas convincitur.

V. In frontispicio templi cernitur effigies Cartusiani ante Crucifixum genua flectentis cum subscriptione sequenti: Haec Ecclesia exstructa in honorem Smae Trinitatis et omnium Sanctorum a Fratre Gasparo Cochelio Procuratore Cartusiae, Trevirensi. A. D. 1639 inchoata et erecta.

Ecclesiae Miłobądzensis.

I. † A. P. S. Z. M. (Antonius Postel Scultetus Zajączkoviensis et Miłobądzensis).

Natus 1590 Mortuus A. 1671.

II. George et Greger Melentz Gebrüdere von Kolincz. A. 1654.

III. Hier liegt begraben der Seel. Herr Stantzel von Cziernow dem Gott genädig seye A. 1575.

IV. Martino Melentz dem Elteren Scholtzen in Kolincz und Mittbürger in Dantzig, und seinen Erben. A. 1653.

V. Inscriptio altaris S. Margarethae:

Florum gemma Rosa est coelestis Margaris aulae.
Illa solum ditat, ditat at ista polum.
Sed pia, quae geminum decus, unio intulit Aris,
Et coelo et terris est pretiosa manus.* p. 436

VI. Inscriptio altaris ss. Ioachim et Annae. O par beatum Ioachim et Anna, vobis omnis creatura obstricta est. S. Damascenus Oratio de Nativitate B. Virginis.

VII. Inscripto altaris ss. Rosarii: Feliciter regnante Serenissimo Augusto II. Rege Poloniae Pastore Illmo, Excellmo et Rndmo Christoph. Antonio in Słupow Szembek, episcopo Vladislaviensi et Pomeraniae, moderno, altare hoc Confraternitatis Ss. Rosarii cura et sumptu Ioannis Stan. Kitowski Can. Crusvicen., Decani Surrogati Gedanensis, Parochi Miłobądzensis et Dalwinensis, et Ecclesiae sculptum, Famati vero Danielis Postel Sculteti Miłobądzensis Prioris Confraternitatis Rosarianae et Ecclesiae pictum et deauratum A. 1729. Ioannes Senckler et Petrus Ibekes pinxerunt et deaurarunt.

Ecclesiae Kielnensis.

I. Generoso Samueli de Kczewo Kczewski Viro antiquae Nobilitatis et virtutis, pio in Deum, moribus gravi et integro, fortuna sua majori et contento, tandem anno aetatis eius.. (deest).. Christi 1648 XIV. Kal. Iunii scelerata manu subditi improvisum capiti innoxio ictum infligentis, proh nefas! trucidato.

Nunc in lapide hoc hospitali ossium conditore, perfidae vero immanitatis indice et exprobratore, monumentum amoris et pietatis Coniunx dolentissima Susanna de Bukowiec Schlichtingia et superstites liberi multis cum lacrymis ponunt. Abi lector et vitae ingressum unum, egressus varios cogita.

II. Generosus Gasparus Uberfeld A. 1561 die 11. Septbris natus in Koleczkowo Haeres, obiit A. 1617 die 9 Mar. Cuius animae Deus misereatur.

III. Hic sepultus jacet Praenobilis D. et modestus Iuvenis Laurentius Iantzen de maiori Warsen A. 1632 die 2 Ian. A. 1668 die 23 Octobr. Praenobilis D. Carolus Iantzen de maiori Warsen obdormivit in Dno. Donet eis requiem.

Czepielsko.

Ad Columnam penes viam cum statua Ecce Homo inscriptio: * Niesmiertelnemu Bogu, w Ciele smiertelnem cierpiącemu, Iezusowi Chrystusowi, Krolowi Bolesci, Roku od cierniowey koronacyii 1696. Wdzięcznosc ludzka wystawiła. 4. Maia Roku 1729.

Turris ad capellam publicam exstructa est anno 1745. Capella nova domestica ad aulam nitida forma extructa est anno 1747.

Ecclesiae Wysinensis.

I. Fabianus Grąbczewski de armis Nałęcz obiit et sepultus est A. 1652.

Ecclesiae Dzblewensis.

I. Tu lezy Anna Magdalena Lewaltowna Powalska

Cora nasza kochana, z tego świata wzięta Roku 1695, Marca 17. Stemma Rogała. Połozyli to Dziecie kochaną Corę wieku swego lat 9.

II. Inscriptio imaginis flagellationis Christi:

Quas homo pro tanta grates pietate rependes:
Quod pretium reddes? te nisi quantus eris.
Se Christus tibi, tu Christo te impende vicissim,
Quid Deus ipse tibi? tu quid et ipse? docet.

III. Inscriptio chori: Musica mellifluo mulcet modulamine mentes.

IV. Ecclesia praesens aedificata 1719 cum inscriptione ad trabem sub choro huiuscemodi: Ad maiorem Dei gloriam et Ss. Michaelis et Nicolai Patronorum, erecta haec Domus Dei A. 1719. Ibidem habetur vexillum Confraternitatis ss. Rosarii comparatum 1708 sumptu Samuelis Opilionis.

Ecclesia Pinczyni cura reverendi Michaelis Gamratowski parochi aedificata est 1742 praevio consensu loci ordinarii die 9 Iunii dato.

Ecclesia Kiszeviensis vetus extructa fuerat 1573 juxta inscriptionem in fenestris * inventam. Ibidem in p. 439
nova ecclesia sub Crucifixo inscriptio talis:

Hic mea me pietas ligno confixit in alto.
Hic me solus amor, non mea culpa tenet.

Ecclesiae Bernensis.

I. D. U. T. (Deo uni Trino.) Piisque manibus Generosi D. Michaelis Levalt Iezierski, Iudicis terrestris Tucholiensis assessoris, qui avitae religionis orthodoxae acerrimus cultor, ad comitia regni et conventus generales nuntius, in bello Svetico districtus sui Rothmagister, pietate in Deum, fide in Patriam fortitudine in hostes, enituit. Demum non magis vetustissimae prosapiae splendore, ceris et imaginibus clarae, quam propriis virtutibus et meritis illustris, abrupto vitae filo, mortalitatis suae escuvias, hac in sacra aede, deposuit. Desiderium venustissimae Conjugi et Proli, propinquis, amicis, vicinis, annum sex-

tum supra 50 mum agens, reliquit. Obiit 8 mensis Febr. A. Salutis humanae MDCXXXIII.

II. In Apparatu meo ad historiam ecclesiasticam Pomeraniae pag. 218. invenies epitaphium secundum eiusdem ecclesiae reverendo Ioanni Borowski, parocho positum.

NB. Ecclesia Bernensis servat litteras donationis (nonnisi per copiam) praedii Pierszewko a Poppone ab Osternau, magistri provincialis Prussiae, ord. Crucigerorum sub dato 11 Augusti anno 1255. quibus subscriptum: litteras originales asservari in archivo Olivensi. Sed diploma istud est omnino apocryphum; praeter id enim, quod Poppo ab Osternau a Provincialatu iam 1247 amotus fuerit suffecto in ipsius locum Henrico de Weyda, Crucigeri ad annum 1255 in Pomerellia nullum adhuc pedem posuerant, sed eadem subiecta erat duci Svantopelco et fratribus principibus.

Ecclesiae Stęzycensis.

I. Iacobo Przewoski Dorothea Dulska curavit apponi anno 1630 die 29 Ianuarii.*

Ecclesiae Schottlandensis S. I.

Veteri Templo 1748 diruto intra parietes erant bini lapides infixi cum inscriptione: P. Adamus Topolski S. I. in obsequio pestiferorum 1709. P. Basilius Bukowski S. I. in obsequio pestiferorum, Matthias Krzyzanski, Andreas Domaradzki, Valentinus Wilczer Soc. Iesu 1709.

Cartusiae.

I. In sacello Omnium Sanctorum ad parietem: Generosus ac Magnificus DD. Sigismundus Ferdinandus de Sczepanki Sczepański Mieracoviensis Capitaneus, Sigismundi III et Vladislai IV Pol. ac Sueciae Regum Cubicularius monumentum hoc aeternum posuit. Imprimis pietatatis suae in Generosam ac Magnificam D. Susannam ex Cengris, Superioris Austriae Rom. Imperii Vice Domi-

nis Sczepanska Succamerariam Culmensem, piissimam Matronam, Matrem suam inter maiores Pedissequas Serennissimae Annae Poloniae ac Sueciae Reginae, Sigismundi III Conjugis, a Generoso ac Magnifico D. Iacobo Sczepanski Succamerario Culmensi Parente suo, Coniugem electam; tum amoris Conjugalis in Sophiam Constantiam de Sobieszyno Sczepanska Conjugum dilectam, Vixilliferi olim Regni M. D. Sebastiani Sobieski filiam, ex Gynecaeo Serinissimae Constantiae Pol. ac Suec. Reginae assumptam, quae omnigena virtutum honestate et sanctimonia inclyta quievit in Domino 5 Ian. A. MDCL. aetatis XLIV, hic cum Ioanne Sczepanski et prole sua Iacobo, Ioanne, Anna, Grisella, Anna, Caecilia, Constantia, quam ex Gen. ac Mag. D. Sigismundo Ferdin: Sczepanski suscepit, est deposita.

II. In lapide, qui cryptam tegit: † Sczepansciorum Ecclesia Catholica Mater, Terra domus, Christus vita aeterna.

III. Guilhelmus Kochanski Secretarius Regius, vivens S. P. C. — A. D. M.D.C.XXI.

Pacem quam toto quaesivi tempore vitae.
In Coelis tandem, tu mihi Christe dabis.* p. 440

Ex testitudine pendebat olim vexillum supra hunc lapidem cum inscriptione: Generosus D. Guilhelmus Kochanski Secretarius Regius. A pueritia cum lacte materno Calvinismum imbibit. In Adolescentia liberalibus artibus imbutus. Aulam petiit, de qua dici nequaquam potuit triti proverbii:

Exeat ex aula, qui cupit esse pius.

Nam in ea vixit sanctissime, gratus omnibus maxime Principi, qui illius opera in secretissimis Reipublicae negotiis plurimum utebatur. Et licet a fide Catholica alienissimus esset, secreta tamen sibi commissa etiam contra ipsam qua imbutus erat, haeresim vergentia, fidelissime custodivit. Hoc non habuit natura, sed Divina dispositione, quae in ipsius pectore vas electionis providebat insitum, ut fidem exactissime servaret et quos videret etiam in alia religione fidei tenaces,

summopere diligeret. In aula ita conversans et omnia fidelis Aulici et Secretarii munia prout par erat, exequens. Fluctuabat interim anima et angebatur, quaerensque ubi pedem certe figeret: statuit Patres Antiquos hac intentione legere, ut ex eorum lectione argumenta ad Catholicam fidem expugnandam colligeret, sed dum in lectione progreditur, invenit Patres omnes unanimi consensu, eam fidem praedicare, quam ipse expugnandam susceperat. Nec tamen leviter acquievit, sed suae sectae homines quos potuit reperire doctissimos, consuluit, quorum argumenta cum nullo fundamento subnixa videret, manus tandem dedit et ad fidei Catholicae castra transivit. In quibus ita militavit, ut Christi bonum militem addecet. Gratias imprimis agens D. Deo continuas, quid ipsum e tenebris ad veram fidei lucem perduxisset. Relictis quantum fieri poterat, huius saeculi negotiis, dies et noctes in sacra lectione et oratione terebat. Sobrius, Castus, iustitiae, aequitatis, constantiae amantissimus, in summis et continuis doloribus patientissimus, hoc frequenter in ore habens: hic ure Domine, hic seca, ut in asternum parcas, majores dolores peccata mea meruerunt, non habeo Domine, quod de te quaero, sed hoc oro, ut mei mise-
p. 441 rearis. Sacramenta frequentavit, Confirmationem sacram:* summo desiderio appetivit. Locum quietis iam ante aliquot annos in Cartusia elegit, cui uti corpus suum, sic et omnia, quae habuit ad gloriam Dei maiorem frequentissime dedicavit. — Sperandumque generosos dominos fratres huic ipsius sanctae voluntati plene satisfacturos. Iacob donans partem specialem Iosepho, nullo instrumento publico donationem roboravit. Ioseph madans aufferri ossa sua, nullum scriptum reliquit. Dominus Iesus in cruce pendens discipulo matrem commendans, nihil scribere potuit. Que tamen omnia diligentissime executioni mandata sunt.

Addidit quidam Cartusianus: Post mortem ipsius nihil accepimus. Ex funerali ipsius tela pro altaribus factae sunt mappae magnae 8 et manutergia 10. Vivens vero dedit Cartusiae anno 1621 die 7 Maii, pro casula et materia Crucifixi alba 85 fl., item pro funiculis

aureis circiter 30 fl., item cortinas 6 virides ex holoserico quae pendent apud summum altare. Mortuus est anno 1622... Iunii hora X noctis, sepultus die 13 Iulii in festo s. Margarethae ante altare ss. Nominis Iesu et MM. quod ipse fieri curaverat. Erectumque fuit die sabbato ante sepulturam ipsius die 9 Iulii. 10 vero die sequenti, Dominica VII post Pentecosten ad idem primum Sacrum celebravit venerabilis pater prior Henricus Villarius.

IV. Ad altare Apostolorum in pariete: Commemoratio D. Gerardi Rodenheim cum omni parentela sua et amicorum suorum omnium, hic semper a quolibet celebrante habeatur vivorum et mortuorum. In Kalendario defunctorum die 9 Ianuarii et 2 Octobris adscriptum: Geradus de Rodenheim, Benefactor noster.

V. Ante altare Apostolorum: A. 1569. Hic sepultus est Generosus Nicolaus Sczawinski de Tarnof Capitaneus Mirachoviensis cum legitima Uxore sua Generosa Dorothea Ławska, quae post ipsum obiit morte A. 1575. Ex testudine pendebat olim vexillum supra hunc lapidem cum effigie domini Nicolai Sczawinski ante crucem flectentis cum hac inscriptione:

Crux mihi cum fuerit semper spes firma salutis.
Per hanc me meritis suscipe Christe tuis.* p. 442

Generosus D. Nicolaus Sczawinski a Tarnof Capitaneus Mirachoviensis. Vir genere clarus, pietate omnique genere virtutum praeditus, ac in fide et Religione Catholica constans, Regibus et Principibus ob ingenii elegantiam et morum comitatem omnibus gratus, de Requepublica bene meritus. Vita functus vero die 18 mensis Aprilis, hora 2 noctis A. D. 1569. Cui sit propitius Omnipotens Deus.

VI. In medio ecclesiae sub lampade: † A. 1614 die 27 Aprilis obiit Illmus D. Ericus Brahe Comes a Weissenburg. Requiescat in pace.

Svecia me genuit, pulsum Cartusia fovit.
Exilium dabat alma fides, claustrumque sepulchrum.

VII. Ante altare sanctorum Confessorum: Ioannes Kopf Rutilanus Sac. Reg. Mtis Secretarius, obiit 2 Decembris 1638. Benefactor.

VIII. Ante capitulum: Obiit 1645 die 3 Augusti Venerabilis P. Ioan. Udalricus Repffig Prior huius domus. Vir pius et prudens.

IX. Ibidem: Hy licht Tideman Eppenschede begraben mette sin Wif, gestorben in dem Jahr 1410.

X. Ibidem: A. D. MCCCCXIIII obiit Herman Eppenschede feria IV. post festum Corp. Christi. Oretur pro eo.

XI. Ibidem: A. D. 1416 die Ss. XI. M. Virginum MM. obiit Ioannes de Else, Hildebrande von Else.

Ecclesiae Birgittanorum Gedan.

I. Generosus ac Nobilis D. D. Matthaeus Wichman Senator ac Patritius civitatis Brunsbergensis. Obiit Gedani A. 1628 die 14 Iunii. Hic gratus Deo, fidelis Patriae, Carus domesticis placens civibus et externis in bello Svetico multa perpessus, incarceratus, omnibus spoliatus, ob fidem extorris, post multos labores et pericula in exilio vitam beate finivit: Hoc S. M.
p. 443 filii filiaeque moesti posuerunt.*

Parochia Stężycensis.

		mod.
Stężyca:	Magnificus Dominus Ludovicus Łaszewski	5
Pustkowia:	Arendatores 5.	5
Ex altera parte:	Chmetoniae 4.	6
Gostumie:	Generosus Dominus Mathias Gostomski	3
	Nobilis Michael Kostka	1
	„ Albertus Wyszk	1
	„ Mathias Kistowski	1/2
	„ Mathias Iakusz Gostomski	1/2
	„ Andreas Iakusz Gostomski	1/2
	„ Ioannes Gawin	1
	„ Elisabeth Częstkowska	1/2
	„ Ioannes Czapiewski	3/4
	„ Vladislaus Kostka	1/2
	„ Ioannes Lisecki	1/2
	„ Thomas Gawin	1/2
Niesiołowice:	Nobilis Ioannes Niesiołowski, sen.	1
	„ Ioannes Niesiołowski, jun.	1 1/2
	„ Iosephus Bronki,	1/2

dant utriusque grani modios

mod.

Niesiołowice: Nobilis Albertus Gostomski . . 1
„ Podiaski 1/3
Borucino: Nobilis Crispinus Sampławski . . 2
„ Andreas Borucki 1 1/2
„ Ioannes Bronk 1 1/2
„ Andreas Częstkowski . . . 3/4
Molitor 12 gr
Msciszewice: Nobilis Mathias Grabla . . . 2
„ Mathias Wiecki . . . 1* p. 444
„ Iacobus Wolff 1
„ Mathias Bronk 1 1/2
„ Petrus Wolff 1
„ Mathias Koytała 2
„ Martinus Bronk 1 1/2
„ Michael Grabla 1
„ Petrus Dulak 1
Kamienica: Magnificus Dominus Georgius Bystram 3
2 Rustici 3
Zeromino: Nobilis Ioannes Zeromski 2
„ Michael Zeromski 1 1/2
„ Michael Czarnowski . . . 1/2
Arendator 1/2
Przewoz: Magnificus Dominus Ludovicus Łaszewski 3
Nobilis Franciscus Zeromski 1 1/2
Zgorzałe: Nobilis Kosznicki 1
in utroque grano modios dant.
Pierszczewo: Nobilis Ioannes Bronk 1 1/2
„ Iacobus Płachecki . . . 1 1/2
„ Węsierski . . . 1
„ M. Czarnowski 3/4
„ Gostomski, Arendator . . 3/4
Golubie: Villa Cartusiae: inquilini omnes . . 6 1/2
Czaple antiquum: Villa Cartusiae Arendator et molitor 2 1/2
Pierszczewko: Villa ecclesiae Bernensis . . . 1

Nowa-wieś:
Hutta Stęzycensis: } pecuniam aliquam dant, nulla autem grana
Przerowie:
Sznurki: * p. 445

Hutta Klukowa: Łosiniec: Hutta Kamieniecensis: Za Jeziorem Gołubskim:	Villae de nova radice: nulla grana dant, sed aliquam pecuniam.

Parochia Chmielnensis.

Ecclesia sub titulo sanctorum Petri et Pauli, Apostolorum

			mod.
Chmielno: Villa	Villae Żukovienses	. . . . . .	9
Chmielno: Praedium		nihil	
Molendinum		. . . farinae	1
Zawory: Chmetones		. . . . . .	4
Organario		1 mod. silig.	
Ręmboszewo: Chmetones		. . . . . .	5
Organario		1¼ mod.	
Ryskowo: Chmetones		. . . . . .	6
Organario		1½ mod.	
Koss seu Zarakowo: Chmetones 4		. . . . . .	2
Organario		½ mod.	
Smętowo: Praedium		. . . . . .	1
Organario		½ mod.	
Lipowiec: Praedium		. . . . . .	1
Organario		¼ mod.	
Lampa: Praediolum		. . . . . .	1
Brodnica dolna:		nihil	
Brodnica górna:		Generosi Domini Lniski . .	2
Lądczyno:		. . . .	4
Młyn Lądczynski: Organario ½ mod.		Nobilis Tokarski .	½
Hutta Lądczynska		nihil	
p. 446 Borostowo: Nobilium multorum			5*
Organario 1¼ mod.			
Borostowska hutta antiqua: nihil Bostowska hutta nova: nihil		Nobilium	
Cieszenie: Nobilium Cieszenskich			2
Organario ½ mod.			

in utroque grano modios dant.

		mod.	
Miechucino:	Villae Capit. Mirach.	3	in utroq. grano mod. dant
Garcze . . . . Organario 1¼ mod	Villae Capit. Mirach.	6	in utroq. grano mod. dant
Łapalice: . . . . Organario ¼	Villae Capit. Mirach.	5	in utroq. grano mod. dant
Prokowo: Villa Cartusiae		4	in utroq. grano mod. dant
Koziczkowo: Nobilium Koziczkowski, Lewinski Kręski etc.		4	in utroq. grano mod. dant

Parochia Sierakowicensis.

Ecclesia sub titulo s. Martini, Episcopi et Confessoris.

		mod.		
Sierakowice:	Magnificus Dominus Iacobus Łaszewski	2		
	Taberna 1 modium, Colonus ½ mod.	1½		
Puzdrowo:	Nobilis Czarnolęcki	1	in utraque grano modios dant	
	„ Poblocki	1		
	„ Zuromski	1		
	„ Bronk	½		
	„ Borucki	½		
	„ Kręcki	1		
	„ Stanislawski	1		
Tuchlino:	Aula	4		
	Nobilis Kasprzyk	1		
	„ Bułaczka	½		
	„ Borkowski	½		
	„ Kręcki	2		
Gowidlino:	Capit. Mirachoviensis	12*		p. 447
Kamienica:	Chmetones	8½		
Kamienskie Młyny:	. . . .	4		
Zatakowo:	Chmetones	10		
Łysniewo:	Chmetones	9		
Skrzeszewo:	Praedium	2		

Sequentes villae nulla messalia dant:

Małsz: 6 Coloni
Hutta Mściszewska:
Smolnicy:
Patoki:
Mrozy:
Hutta Szopska: 9 Coloni

Hutta Sierakowska:
HuttaTuchlinska:
Kijota:
Smolnicy — Gowidlinski
Lemani za Gowidlinem:
Hutta nad Ząkam: 3 Coloni

Kowale: 1 Colonus
Potęgowo: 1 Colonus
Paczewo: 7 Coloni
Kokwin: 1 Colonus
Szopa: 9 Coloni.

Parochia Strzepcensis.

Ecclesia sub titulo s. Mariae Magdalenae.

		mod.
Strzepc: Praedium	Villae Capitaneatus Mirach.	2
Tłuczewo: Praedium	Villae Capitaneatus Mirach.	3
Molendinum	Villae Capitaneatus Mirach.	1
Linia: Praedium	Villae Capitaneatus Mirach.	3
Chmetones	Villae Capitaneatus Mirach.	5
Niepoczołowice: Nobilis Witka		1
„ Percha		2
„ Bronk		1
„ Damaros		2
Nobiles Slos et Bronk		1
Zakrzewo: Nobilis Koss		2
„ Gruka		1
„ Lublewski		1
Nobiles: Michał, Lorenc, Bogusław		2
p. 448 Nobilis Kowalik.		1*
Tempcze: Nobilis Maciejowa		1
„ Dąmbrowski		1
„ Dzięcielski		1
„ Paweł et Fabian		2
Dargolewo: Nobilis Dzięcielski		1
„ Dargolewski		1
Pobłocie: Nobilis Pobłocki		1
„ Gorny		1
„ Kozlowski		1/2

in utrosque grano dant modios

		mod.
Pobłocie:	Nobilis Lewinski	1
	„ Nadolny	1/2
	„ Koscienek	1/2
	„ Ierzy	1/2
	„ Łukaszewicz	1/2
	„ Słoykowski	1/2
	„ Wysiecki	1/2
Smazyno:	Magnificus Dominus Weiher . . .	5
	Molendinum	1
Łebnie:	Generosus Dominus Łebinski . . .	2
	Nobilis Holk	1
	„ Tuchlinski	1
	„ Malotka	1
Bendargowo:	Generosus Dominus Donimirski .	1
	Illmus Dominus Thesaurarius Przebędowski	1
Lewino:	Nobilis Dzięcielski	1 1/2
	„ Ian Wielki	1
	„ Wdowa	1
	„ Lewinski	1
Ząblewo:	Villa Zukoviensis	10
Staszewo:	Villa capit. Mirachoviensis	12*
Swianowo:	Villae capit. Mirachoviensis	3
Cieszenko:	Villae capit. Mirachoviensis	2
Głasino:	Villae capit. Mirachoviensis . .	1
Miłoszewo:	Villae capit. Mirachoviensis	4 1/2
Mirachowo:	2 ton. cerevisiae	
	Molendinum . . . . . . farinae	1

in utroque grano modios dant.

p. 449

Ecclesia Swianoviensis est filialis ecclesiae Strzepcensis.

Parochia Lusinensis.

Ecclesia sub titulo s. Laurentii, Martyris

		mod.
Lusino:	Villa Zukoviensis 7 modios utriusque grani et 1 modium farinae	8
Gowino dalsze:	Praedium Regiorum Principum	1/2
	Nobilis Gowinski	1/2
	„ Zelewski	1/2
	„ Dambrowski	1/2

		mod.
Gowino dalsze:	Nobilis Sloykowski	1/2
	„ Christoph. Gowinski .	1/2
Gowino bliższe:	Nobilis Bandemer	1/3
	„ Christoph. Gowinski .	1/2
	„ Paulus Lublewski . .	1/2
	„ Poblocki . .	1/2
	„ Żelewski . .	1/4
Ustarbowo	Generosus Dominus Paulus Ustarbowski	1 1/2
	Molendinum . . . . . . farinae	1
Sopieszyno:	. . . .	2
Strzebielino:	Nobilis Dambrowski	1/2
	„ Bandemer	1/2
	„ Freza	1/2
	„ Chmielinski	1/2
p. 450	„ Poblocki	1/2*
	„ Bychowski	1/2
	„ Benkowski	1/2
	Sors Illustr. Thesaurarii Przebędowski	1/2
Dąbrowka:	tres Sortes nobilium et Molendinum	2
Milwino:	Generosus Dominus Zelewski et 2 aliae sortes nobilium	1 1/2
Częstkowo:	Generosus Dominus Sulicki . . .	2
	Nobilis Tępski	1/2
	„ Nagacz	1/2
Kamblowo:	Villa nobilitaris	10
Barlomino:	Villa Regalis simul et	6
Barlominska-hutta:	Pustkowie et Molendinum etc.	
Wysieczyno:	Nobilis Tępski	1/2
	„ Robakowski	1/2
	„ Kossa	1/2
	„ Ernestus Wysiecki . . .	1/2
	„ Kętrzynski	1/2
	„ Michael Erasmus Wysiecki	1/2
	„ Mich. Ezdun Wysiecki .	1/2
	„ Elt	1/4
	„ Bachowski	1/4
	Sors Przedwiesney . . . . avenae	1/2

in utroque grano modios dant.

		mod.
Robakowo: Generosus Dominus Iannewitz de 3 sortibus		1 1/2
Nobilis Donimirski		1/2
„ Gowinski		1/2
Gostycino: Generosus Major Bolszewski	in	11
Generosus Iannewitz	hordeo	4 1/2
Generosus Schachman	et	
cum molendino	avena	3 1/2
Przytoczyno: Sosnowa gora: Villae Capit Pucen. solvunt . . . . . . in pecunia		
Taberna za Sopieszynem: . . . . in pecunia		
Hutta Milwinska: 5 casae . . . . in pecunia*		

p. 451

Ecclesia Wielensis.

Ecclesia sub titulo s. Annae.

in utroque grano dant modios

Wiele: Chmetones	16 1/4
Piechowice: Nobiles Casimirus Piechowski . .	1/2
Czapiewski . .	1/2
Stanislaus Lipinski . . .	1
Ioannes Piechowski . . .	1/2
Matthias Piechowski . .	1/2
Albertus Piechowski . . .	1
Vidua Pelkowa	1/2
Vidua Paszkowa	1/2
Przytarnia: Chmetones	7
Klyczkowy: Geneross Dominus Ioannes Lewaldt Iezierski	2
Nobilis Michael Kott Kliczkowski .	2 1/2
Nobilis Thom. Kliczkowski . . .	1
Borszk: Chmetones 4	2 1/2
Gorki: Chmetones 10	10
Most Cisewski: Chmetones 2	1
Cisewie: Generosus Dominus Iezierski Generosus Dominus Sigismundus Prądzynski . . . . Nobilis Matthias Osowski	5
Odry Woytal: Generosus Dominus Iac. Lutomski	1 3/4
Nobilis Georgius Cisewski	1

		mod.
	Nobilis Iacobus Odrowski . . .	$1^1/_8$
	Nobilis Ioannes Cisewski . . .	2
	3 tabernae et 1 chmeto	$1^3/_4$
Miedzno:	Chmeto 1	1
Karsin:	Nobilis Michael Borowski	10
	12 Chmetones	$8^1/_2$
p. 452 Osowo:	Nobilis Simon Osowski . . . . . (in utro que grano.)	$^3/_4$*
	Nobiles Ludovicus Osowski	$^3/_4$
	Ioan. Kowalewski	
	Adamus Kowalewski	
	Stan. Kowalewski	
	Christoph. Osowski	
	Ioan. Zukowski	$1^1/_8$
	Albertus Piechowski	$^1/_4$
	Mich. Wysocki	
	Adamus Wysocki	$^3/_4$
	Georgius Iezierski	$1^1/_4$
	Będzmierowski . . .	$^1/_2$
Broda:	Molendinum . . . . siliginis	1
Dąbrowa:	Arendator	3
	Tabernator	$^1/_2$
Wdzidze:	Capit. Tucholiensis et Kiszeviensis: 18 Chmetones dant in pecunia.	

Capella Odry.

In bonis nobilium Odry ad ecclesiem Wielensem. Dotem nullam habet neque proventus. In ea 5 vicibus per annum persolvuntur divina. Pro qualibet vice accipit parochus 1 florenum et prandium.

Parochia Bernensis.

Civitas Berna:		18
Capit. Bernensis. Szydlic, Skorzewo, Neudorf	praedia:	11
Molendinum Bernense:	siliginis	1
Łubiana:		4
Korne		$4^1/_2$
Owsnice:		1

		mod.	
Capit. Bernensis	Bieprznica: cum molendino	$1^3/_4$*	p. 453
	Skorzewo cum molendino	$6^3/_4$	
	Czarlina:	1	
	Uszki: 2 florenos		
	Lizaki: 2 florenos		
	Fischer hutta:	3	
	Schönberg: ubi fanum lutheranorum . . .	5	
	Schönheid:	$^1/_4$	
	Kaliska:	5	
	Barkoczin nowy: ubi fanum lutheranorum .	4	
	Barkoczin stary:	$6^1/_2$	
	Kruzina:	$^1/_2$	
Bona nobilium	Sarnowy:	$3^1/_4$	in utroque grano.
	Klincz maius:	4	
	Graniczny Młyn:	1	
	Wąglikowice:	4	
	Klincz-minus: Nobiles Płachecki et Modrzewski	4	
	Puc: Generosus Carolus Lewalt Iezierski. .	3	
	Sikorzyno: Generosus Wybicki	4	
	Cząstkowo:	4	
	Skorzewino:	$^1/_4$	

Parochia Lipusensis.

Lipus: siliginis tantum	20
Kallisz:	$10^1/_4$
Tuszkowo:	9
Skwirawy:	5
Gostumko:	6
Scibor:	1
Zolna:	1
Grzybowo:	2
Wierowno:	1
Dziemany:	2
Trawice:	1
Turzonka:	1
Pelk:	1
Dywan:	1

	mod.	
Iabłusz:	1	in utroque grano.
Słuza:	1	
Borowiec:	1½	
Zdroie:	1	
Pila:	1	
Lorentz:	1	

p. 454 Radunia: quivis incola ½ modium utriuspue grani.*

Parochia Graboviensis.

Agri plebanales: 4 mansi in 3 campis:

Primus campus versus Rekownica:

1 ager na Pieniężnicę usque ad lacum, latus pertic.	7
2 ager na lawę do Tobołki	8
3 ager na przybrod sub molendino	10
4 ager na przybrod sub molendino	5¼
5 ager Dworznica usque ad limites Klobuczin	10

2-dus Campus versus Grabowko:

1 ager Dworznica od Płotu az do krzyżowego stawu	10
2 „ na czarną wodą do Ieziora	10
3 „ na kamienną gorę, do Ieziora	10
4 „ na Wieyski, do Ieziora	10
5 „ agri duo przy wielkim kamieniu, simul	15

3-tius Campus versus Fust-hutta et Grabows-hutta.

1 ager ab Opilione post stagnum usque ad silvam	8
2 ager na krzyż od płotu	10
3 „ od płotu na Cegielnicę	10
4 „ na Zdroiek	10
5 „ na Mogiłę	10

Penes agros sunt etiam prata immixta, tam lata sicut agri ubique. Organarius habet hortum et 3 iugera agrorum, inquovis campo unum.

Documenta praemissa de Parochiis Stęzycensi, Chmiełnensi, Sierakovicensi, Strzepcensi, Lusinensi, Wielensi, Bernensi, Lipusensi, Graboviensi collecta sunt ex libro Decanali Miraikoviensi. Anno 1720 circiter.

Subislaus Dux Pomeraniae baptizatus 1170.

Monumenta Olivensia: Illustrissmus Princeps dux Pommeranorum Subislaus senior per reverendum dominum abbatem Colbacensem baptizatur et hanc Olivam Cisterciensis ordinis monachis ex dicto Colbacensi monasterio assumptis * fundat Anno MCLXX. p. 455

Michael episcopus Cuiaviensis donat monasterio Zukoviensi decimas bonorum seu villarum.

Cum tempus sit instabile, instabiles sunt et rerum actiones, quae perennari poterunt, si fulcimento litterae roborantur. Noverint igitur tam praesentes quam posteri, quod Nos Michael divina miseratione episcopus Cuiaviae et Pomeraniae, communicato utriusque nostri capituli consilio, videlicet Vladislaviensi et Crusvicensi, decimas istarum villarum, quarum nomina subsequentur, claustro Sucoviae iure haereditario in perpetuum contulimus possidendas. Villae itaque quarum decimas praefato claustro contulimus, istis nominibus nuncupantur: Sucovia, Golubino, Rambechowo, Suvimirowo, Grabowo, Karsowo, Belecovo, Landochowo, Luzino, Ząblewo, Zbichowo et ipsius Oxive cum istis villis: Obluzino, Grambelewo, Pogore, Nemichowo, Cessancino, Dambegore, Kedrino, Mosci, Cochowo, Gogolewo, Nebudowo totum, Barchocino, Cossachowo Zbihowo, Pirvosino. Ne igitur processu temporis super nostra donatione cuique dubium oriatur, praesentem litteram nostro sigillo et nostrorum Capitulorum sigillis communimus. Datum in Radcis anno Incarnationis Dominicae 1245. (L. S.) (L. S.) (L. S.)

Casimirus Rex confirmat omnia iura, privilegia, immunitates Zukoviae.

Kasimirus, Dei Gratia Rex Poloniae, Magni Ducatus Lithuaniae, Russiae, Prussiaeque Dominus et Haeres etc. Significamus tenore praesentium, quibus expedit uni-

versis, praesentibus et futuris, praesentium notitiam habituris. Quomodo ad nostram nostrorumque consilialiorum veniens praesentiam venerabilis praepositus sanctimonialium claustri Succoviensis, ordinis Praemonstratensis, dioecesis Vladislaviensis, Majestati nostrae litteras, privilegia, iura, donationes et libertates dicto monasterio per reges Poloniae, principesque Pomeraniae, super bona, villas, possessiones, praedia, lacus, stagna, aliosque proventus, redditus, usus, utilitates et obventiones in eisdem litteris et privilegiis sanis, salvis, nec in aliqua parte sui vitiatis, latius expressas, data et attributa, obtulit et praesentavit; supplicans, quatenus dictas litteras, iura et privilegia praefatorum antecessorum nostrorum ratificare et approbare dignaremur. Nos itaque dictis
p. 456 litteris, iuribus, privilegiis * et libertatibus, visis, lectis et debite auscultatis, ea et ipsas ac omnia et singula, iura et privilegia praefato claustro per antedictos antecessores nostros data, donata, concessa, attributa, appropriata et quomodolibet incorporata, de consilio dictorum consiliariorum nostrorum, praesertim ut cultus divinus augeatur et ipsum claustrum felicia recipiat incrementa ratificamus, confirmamus ac in omnibus punctis, conditionibus et clausulis approbamus, perpetue in suis efficacia, vigore et robore valituris per praesentes. In cuius rei testimonium sigillum nostrum praesentibus est appensum. Datum in castro nostro Marienburg, fer. III. in Vig. s. Laurentii anno Domini 1457. Relatio R. P. D. Ioannis Eppi Vladislaviensis et Regni Pol. Cancellarii.

Erectio ecclesiae parochialis in der Junge-Stadt Dantzig 1380.

Wir Bruder Wynrich von Kniprode Hohemeister des Ordens der Bruder des Spitals Sante Marien des deutschen Huses von Ierusalem, verlyhen und geben mit der Gebietiger Rath und Willen, unsern getreuen Lange, Claus und Peter von Sandelem unser Stadt, die junge

Stadt Dantzke zu besetzen, und eren Inwohnern und eren Nachkommlingen allen ewiglich Colmisch Recht und Gerichte, also waß bußen der Stadt oder vor der Stadt uf erer Vrieheit der Bürger von Gerichte verbußet wird, daß de 2 Theile uns und unserm Huse gefallen, daß dritte aber den Besitzern zugehören soll. Doch behalten Wir Wege und Straßen biß an der Stadt Thore unserer Herrschaft zu richten, da niemand Gericht halten soll, denn Wir und unsere Bruder. Ouch nehmen Wir uß unsere Leute auf dem Lande wohnende, die man um alle Sachen vor uns soll beklagen, es sy denn, daß sie in der Stadt, oder auf der Stadt Fryheit mit handhafter That von den Burgern erwischet worden, so sollen unsere Bruder nach Gewohnheit und nach Rechte des Landes ober dieselben richten und was von Besserung davon ge*fallet, davon sollen 2 Theile unserem Huse, p. 457
das dritte Theil dem Richter gefallen. Ouch geben Wir denselben unsern Burgern unser Dorf Zuchanke und unser Vorwerck, daß da binnen den Gränzen, alß sie en bewyst syn von uns und von unsern Brudern, 40 Huben behalten soll. Is do me das gönnen Wir en wohl, wäre do minner, das wären Wir en nicht pflichtig zu erfullen. Und dieß geben Wir zu ener Friheit ewiglich also, daß die alten Städte gemeine Viehe-trift mit en haben sollen. Ihre gestrafte Ortheile sollen sie hohlen zu dem Colmen. Doch gönnen Wir en von sonderlichen Gnaden, ob unser Guth Ruttke genannt, hernachmals feil werde, das die junge Stadt deß uskoufen möge zu ihrer Friheit, und unserm Huse daßelbe davon thun, das die gethan haben, von denen sie es gekaufet haben. Ouch erlauben wir durch gemeinen Frommen, daß allermänniglich beide bußen der Stadt und binnen der Stadt en den Markt-Tagen mögen verkaufen Brodt ganze Syten Fleisch beide gesalzen und grün uf dem Markte, und nicht zu hauen. Ouch gönnen Wir den vorgenannten Burgern, einen Fisch-Markt zu legen, wo es unß und unsern Brudern bequem dunket, und doch wollen Wir, das keine handfische, sie seyn dürre oder grün auf den Fisch Markt gebracht werden, he en werde denn erst vor unser Huß gebracht an die Stadt, da es die Brüder gefällig dunket und der Herrschaft zu

Kaufe gebothen werde. So dan Fisch, den die Brüder haben wollen, den sollen sie kaufen und gelten nach siner Würde; denn mag tragen den andern Fisch zu verkoufen ohn Hinderniſ wer man will; an den Fisch, so da kommt von allen Heitz-Seen, den mag man ane Hinderniſ auf den Markt bringen und vor unser Huſ nicht bewiesen. — Wir wollen auch, das kein Fischer
p. 458 in der Stadt wohnhaftig sey, is en sy denn mit unser Brüder Wille; noch kein Höcker oder Verkäufer Fische aushöckern, is sy denne mit unser Bruder Wille. Ouch wollen Wir, das unsere junge Stadt zwischen den Muren binnen der Stadt 30 Seile behalte in die Länge, und also breit, alſ sie en von unſ und unsern Brudern bewyst ist, bis an die Wychsel: und wollen, daſ zwischen der Stadt Muer und den Erben gegen der Muer aller Enden um die Stadt inwendig soll wesen eine Straße eine Ruthe breit, uſgenommen das Theil der Stadt, das gegen der Wyßel ist gelegen: und einjeglicher Hof in dieser vorgenannten Stadt soll halten 2 Ruthen breit und 8 Ruthen lang, und soll unserm Huse zinsen ein jeglicher Hof eine halbe Mark Preuß. gewöhnlicher Münze deſ Landes uf Sente Martins Tag deſ heiligen Bischofs und welch eher besetzet wird, der zinset erst: und ob etliche Höfe unbesetzt blieben, den durfen die Besitzer nicht verzinsen: und ein jeglicher Hof soll unserm Huse eine Mark zu Verlieb geben, alle Martini eine Vierdung also lange, biſ die Mark vor Liebe bezahlet wird. Ouch geben wir den ehegenannten Besitzern Lange, Claus und Peter Sandel, eren rechtmäßigen Erben und Nachkommlingen, jeglichem 4 frye Höfe, also das sie unbeschwert und unbekümmert en fry bliewen. Binnen diesen vorgeschrewenen Gränzen nehmen Wir uſ, eine Ziegelscheune zu besetzen, da sie unſ fuget und daſ dazu gehöret mit 21 Morgen Sente Georgen, die wir ihn abgewechselt haben und wiederbewieset haben in so gethaner Wise, das sie kein Gebäude darauf setzen, wenn sie sollen deren Gut genüßen und auch das Graß. Ouch behalten wir uns Wege zu legen, ower das Gut, wo es unſ und dem Lande bequemlich ist. Moel-Graben, Mahlstätte behalten wir unſ fry und unbekummert durch daßelbe Gut gaende,

und wollen auch, wenn die neüe Stadt auf der andern Syte der Motlau er Vieh nicht geweiden mögen, sie ihr Vieh treiben laßen uf gemeine Viehtrift der jungen Stadt. Wegen der diesgenannten jungen Stadt geben wir der Jungen Stadt zwe gefuge Werderchen, also das sie kein Gebäude darauf sollen machen. Wißen soll man auch, das man in der Stadt zu Weddemen behalten soll dem Pfarrer 3 frye Hofstätte * aber soll man behalten bey der p. 459
Weddeme zu einer Kirchen in S Bartholomaeus Ehren und zu einem Kirchhofe 3 Seilen lang und zweer Seile breit, aber zu einem Markte und Kouf Huse und Rathuse 4 Seile, breit und lang. Fürbaſ waſ nutzes, frommen und Zinsen vom Rathhuse, Kouf Huse, Brodtbänken, Schubänken, Fleischbänken, Kramen und Badstuben kommen mag, und allen den Zinſ und Nutzunge, den sie haben und noch gemachen mögen in alle der Stadt, der soll den Vorgenannten Burgern die Helfte ewiglich zugehören, und waſ an diesem Zinse zu buwen oder zu beßern wäre, daſ soll unser Huſ die Hälfte usstehn, und die Burger die Helfte. Wir nehmen uſ Müntze und Wechsel und alle daſ der Herrschaft zugehöret, das wollen Wir uns und unserm Huse beholden. Ouch was dem Herrn Bischof von den Zehenden zugehöret, daſ sollen die vorgenannten Burger ungehindert ihm bezahlen. Daſ alles waſ hievor geschrewen stehet, geben Wir den vorgenannten Burgern und eren Nachkommlingen ewiglich fry zu allem eren Nutzen, ane daſ Wir usgenommen haben. Uf das niemand weder unsere Verleieunge und Gabe spreche, so haben Wir unser Insiegel zu ewigen bekanntniſ an desen Briev gehangen, der da gegeben ist zu Marienburg an der Mittwoche vor S. Vincentii Tag, in der Jahrzahl unseres Herrn 1380. Bezeugen syn des dese unsre lieben Bruder, Rutger von Elner Groß Comptur, Bruder Baldevin von Frankenhoven Treßler, Bruder Siegfried Walpode von Bassenheim Compter zu Dantzig, Hr. Pilgrim unser Capellan, Johann von Schönefeld und Rappolt von Welle unser Compan und viele andere ehrsame Leüte.

INDEX LOCORUM.[1]

A.

B.

---

[1]) Post nomina locorum, quae nostris temporibus in usu sunt, ea quae in libro reperiuntur, uncis signata posuimus. Ubi nomen germanicum cum polonico convenit, prius omissum est. Unum tantum nomen positum, eum recentioribus temporibus aut desertum aut oblivioni traditum esse, indicat.

[2]) cf. Perlbach, Pommerellisches Urkundenbuch p. 13.

---

[1]) cf. Perlbach, Pom. Urk. p. 22.
[2]) veresimile Kochoua legendum, cf. Perlbach, Pom. Urk. p. 110.
[3]) Perlbach, Pom. Urk. p. 15.
[4]) cf. Perlbach, Pom. Urk. p. 110.

C.

F.

G.

H.

I.

K.

---

[1]) cf. Perlbach, Pom. Urk. p. 110.

---

[1]) cf. Perlbach, Pom. Urk. p. 110.
[2]) cf. Zeitschr. d. Westpr. Gesch.-Vereins VI. 68.

L.

M.

---

[1]) forsitan Miłoszewo (ad Strzepcz), cf. Kujot. Roczniki II. 39.

N.

O.

P.

*) lectio corrupta, legendum Pogutkowo v. Pogutki.

Q.

R.

S.

---

[1]) cf. Perlbach, Pom. Urk. p. 258.

[1]) cf. Perlbach, Pom. Urk. p. 326.

---

[1]) Verisimilius legendum Swemirove cf. Perlbach, Pom. Urk. p. 13.

T.

U.

V.

W.

[1]) cf. Kujot, Roczniki Tow. Nauk. II. 37.

X.

---

[1]) cf. Perlbach, Pom. Urk. p. 13.

Z.

---

[1]) Cf. Perlbach, Pom. Urk. p. 110.

CORRECTA.

INDEX NOMINUM.

A.

C.

D.

E.

F.

G.

---

[1]) Goddertz legendum pro Goddetlz, quod erronee imprimatum est.

H.

J.

K.

L.

M.

N.

O.

P.

Q.

R.

S.

T.

U.

V.

W.

Z.

INDEX RERUM.

B.

C.

D.

E.

F.

G.

H.

I.

M.

P.

Q.

R.

S.

T.

CORRIGENDA.

Pag. 44. linea 16. superior pro papis lege pagis.
Pag. 125. linea 12. inferior pro recenistos lege recensitos.
Pag. 151. linea 17. inferior pro statutu lege statu.
Pag. 199. linea 9. inferior pro rivis lege vivis.
Pag. 492. linea 10. inferior pro Godetlz lege Goderlz.
Pag. 516. linea 10. superior Witoslawiorum orsem de Sielec deleatur orsem.

INDEX GENERALIS.

In decanatu Gedanensi.

Decanatus Stübelaviensis ... 156

Decanatus Dirszaviensis.

Decanatus Starogardensis.

Decanatus Mevensis.

Decanatus Novensis.

Decanatus Svecensis

Decanatus Mirachoviensus.

Decanatus Pucensis.

Decanatus Leoburgensis.

Decanatus Bütoviensis.

Decanatus Człochoviensis.

Appendix.